



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Orator Christianvs Caroli Regii E Societate Iesv

Reggio, Carlo

Romæ, 1612

Secvnda Pars Concio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68672](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68672)

SECUNDA PARS CONCIIO,

De Eloquentia, sine, officijs, ac
materia, Concionum.

LIBER QVARTVS.

Esse aliquam Eloquentiam bonam, & Sacris
concionibus adhibendam.

CAPVT PRIMVM.



Hec altera institutionis pars, quia verfa-
tur in opere concionatoris formando, vt
videamus, quale id, quoque modo de-
beat, ac possit effici, soluenda principio
videtur questio multum iactata, num se-
quenda sacro oratori eloquentia sit, &
quæ eloquentiæ forma seruanda. Sunt
enim, qui penitus nomen hoc oderunt,
ac fugiunt, alij ex altera parte supra-
modum requirunt. Ponendum igitur primum est, Eloquen-
tiam sine dubio aliquam esse, quæ digna laude sit, nam cum
in Actis dicitur Apollo vir eloquens, planum est in laudem eius
id exprimi, & causa cur Deus addiderit comitem Mofi Aaro-
nem, eloquentia significatur: Aaron frater tuus Lenites, scio
quod eloquens sit, ipse loquetur pro te ad Populum, & erit os
tuum.] Non igitur, quæuis eloquentia fugienda est, cum &
ipsum nomen, sacre literæ quodammodo sacrum fecerint, Et
ne forte quis cauilletur, & dicat de eloquentia peculiari men-
tionem fieri, in diuinis codicibus

Ponendum secundo est, cum eloquentia, vt communiter ac-
cipitur, sit quædam vis loquendi benè, & aptè ad persuadendū,
posse hanc vim esse, vel innatam, ac planè naturalem, vel studio,
ac disciplina acquisitam, vel infusam à Deo. Vnde potest, quasi
triplex

Aliqua elo-
quentia bona
est.
Act. 19.
Exod. 4.

Triples elo-
quentia Na-
turæ, Artis,
& infusa.

triplex eloquentia distingui . Nam esse multos, qui non institutione, aut extraordinario Dei munere, sed naturali quadam facilitate, & habitu ingenij, melius quàm alij loquantur, & affluentius, & efficacius, quos vulgus naturaliter eloquentes appellat, euidens est . Certum est etiam virtutem aliquam loquendi, accommodatè ad audientium persuasionem, & posse, & solere infundi, quin adeò hæc videtur, proprie gratia esse sermonum . Neque item, potest esse dubium, quin utrumque hoc genus eloquentiæ suapte natura bonum sit . Reliquum igitur est tertium idest eloquentia doctrina, & studio comparata, quam item bonam esse, nemo poterit non fateri, si rem satis intelligat, Nam si bona est eloquentia, cum a Deo infunditur, ut cum ingeneratur a natura, ex eo, quod, eadem, industria, & labore quærat, non apparet unde efficiatur mala . Ars quippe à natura orta est, & ad naturam ipsam perficiendam inuenta . Atqui eloquentia artificiosa inde orta est, quod homines cum videret alios alij melius loqui, obseruarunt causas huius differentiæ & re intensius contèplati inuenerunt, quoniam ea esse, quæ in homine naturaliter eloquentem magis placerent, & probaretur auditoribus, ac demum collecta ex ijs observationibus atque disposita in ordinem, præcepta, Artem vocarunt . Ex quo fit, ut qui ad bene loquendum, observationum illarum virtutem adiumento, inde supplens quod natura non dederat, & quod dederat perficiens, eloquentia acquisita dicatur uti, atque artificiosa, quæ hæcenus quidè considerata, non potest non esse bona, ac laudabilis . Nã si observationes, ex quibus alix confectæ sunt artes, ac disciplinæ, ut Agricultura, Architectura Grammatica, Dialectica, & ceteræ huiusmodi bonæ sunt, non videtur possit reprehendi observatio, quæ ad bene loquendum inuenit, cum loquutio in homine tam præcipua, & generalis, tamque cum ratione coniuncta, actio sit . Denique id apertè docet Aug. cum ait, Sunt etiam quædam præcepta vberioris disputationis, quæ iam eloquentia nominatur, quæ nihilominus vera sunt, quamuis eis etiam possint falsa persuaderi, sed quia de vera esse possunt, non est facultas ipsa culpabilis, sed ea malitientium peruersitas, nam neque, hoc ab hominibus institutum est, ut veritatis expressio conciliet auditorem, aut ut facile quod intendit insinuet breuis, & aperta narratio, & veritas eius sine fastidio teneat intentos, & ceteræ huiusmodi observationes, quæ siue in falsis, siue in veris causis veræ sunt, tamen in quantum vel sciri, vel credi aliquid faciunt, aut ad expetendum fugien-

Ars eloquentiæ non potest esse mala ex se .

1. de Doct.
Chr. c. 36.

fugiendumvè animos mouent, inuenta potius, quod ita se habeant, quam vt ita se haberent instituta.] quæ ferè eam rationem explicant, quam nos attulimus, si naturalis eloquentia mala non est, neque esse artificiosam, quæ ex illa conflatur, naturaliter enim inesse docet obseruationibus certis certam vim, non ex hominum instituto.

Sed fortasse de hoc quispiam dubitabit, an hisce obseruationibus, & aduinculis ab humana industria in ordinem, & artem redactis vt in explicandis rebus diuinis liceat, ac verbis ad populum, de religione faciendis; nam posset videri iniuria irrogari verbo diuino, tanquam per se satis non posset auditorum corda penetrare, cum tamen sit omni gladio ancipiti penetrabilius, Et Christus Dominus Apostolis dixit, Cum steteritis ante Reges, & Præsides nolite cogitare, quomodo aut quid loquamini, dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini, Et S. Paulus disertè affirmat, se missum ad euangelizandum, non in sapientia verbi, ne euacuetur Crux Christi. De sancto Francisco accepimus, cum aliquando concionem, accuratius preparasset, nunquam minus e sententia concionatum, & sanctum Hieronymum sectantem eloquentiam Tullianam, diuinitus vapulasse; Denique nonnulli, quod sacros libros, Rhetoricis exornare coloribus, voluerint diuino supplicio, etiam in hac vita, grauitè percussi narrantur; Quibus addi possunt testimonia multa Sanctorum Patrum, quibus eloquentiam damnant, quorum aliqua nos etiam infra adducemus. Hæc igitur cum ita sint, oritur Controuersia, num verbo Dei aliquis ex eloquentia debeat, aut rectè possit ornatus accedere. Et sanè hæc, quæ attulimus argumenta planè euincunt, aliquam esse eloquentiam, quæ adhibenda non sit.

Verum si per eloquentiam, id intelligamus, quod hæcenus posuimus, nempe vim dicendi benè, appositèque ad persuadendum, obseruando in hac re illas vias, & rationes, quæ possunt adiumento esse ad finem concionatoris propositum, id est ad gloriam Dei, & salutem animarum, procul dubio statuen- dum est, non modo posse in sacris rebus adhiberi, sed in illis maximè adhibendam. Nam si maledictus est, qui facit opus Dei negligenter, & prædicatio diuini verbi tam præstans opus Dei est, num hoc in opere laudabilis negligentia est? vel diligentia, & cura vituperabilis? Præmeditari quæcunque dicturus sis quoque modo rem iustam, priuatim amico persuadeas, laus prudentiæ ducitur, & ad populum de rebus diuinis disse-

N rendum

Ars Rhetorica potest esse utilis sacris concionibus. *Eccles. 48.*

Ecc. 21. rendum erit, temere? quid autem est, quod dicitur, labia imprudentium stulta narrabunt, verba autem prudentium statera ponderabuntur, nisi adhibendam ab eo, qui loqui prudenter velit, stateram id est, diligentem prameditationem, ac penfulationem verborum etiam singulorum in loco autem statera, præsto sunt monita ac præcepta artis, quæ sapientes ex sapientibus collegere. Et sanè cum certum sit præcepta eloquentiæ, aliquid omnino adiumenti afferre ad id efficiendum, sermone,

4. de Doct. Cbr. initio. quod volumus, diuine S. August. ostendit absurdum, ac plane stultum esse dicere, cum ad falsa suadenda, multi adhibeat præcepta Rhetoricæ; aduersus mendacium, in defensionibus suis inermem debere consistere veritatem? quem locum, quia frons sanctus ille Doctor exequitur, rogo lectorem vt consulat, & addit paulo post disertè, qui & sapienter, & eloquenter possit dicere, cum perfectum esse Doctorem. Ex quo satis nobis constat, in sacris quoque dictionibus, locum, & quidem admodum fructuosè, habere eloquentiam. Videat etiam si cui liber egregias laudes, quibus Nazianzenus patris ad filium, eloquentiam offert.

In carmine Nicob. Orat. de Affectata Constant. Cathedr. Idem in oratione alia proficitur ingenuè, amplectum se, eruditionem minimè mutam, non aridam, neque humi præstantem, Adde, quod cum duo præcipuè sint, quibus homines moueantur ad fidem suam præbendam, eloquentia, & miracula, placuit Deo post prima tæpora, de quibus mox agemus, consequutis temporibus per eloquentiam, (quæ via magis ordinaria est) suam administrare Ecclesiam, eoque Chris. plantiam necessariam Episcopo affirmat singularem dicendi vim, cum præstante coniunctam fortitudine, vt exequi opus prædicationis sincerè, & constanter possit, idque eo magis iam necessarium existimat, quo miraculorum propè nullum vestigium est reliquum. Sed antequam ad obiecta respondeamus, de factorum librorum, ac primo de Sancti Pauli eloquentia, de qua alia aliorum sententia est pauca dicamus.

Chris. lib. de Sacerd. iam necessariam Episcopo affirmat singularem dicendi vim, cum præstante coniunctam fortitudine, vt exequi opus prædicationis sincerè, & constanter possit, idque eo magis iam necessarium existimat, quo miraculorum propè nullum vestigium est reliquum. Sed antequam ad obiecta respondeamus, de factorum librorum, ac primo de Sancti Pauli eloquentia, de qua alia aliorum sententia est pauca dicamus.

De Eloquentia Sancti Pauli, & sacrarum litterarum. Cap. II.

Etiam si de eloquentia D. Pauli in fine primæ partis aliquid dixerimus non erit molestum rursus hic vbi de eloquentia sacra agimus, pauca opportunè adijcere. D. Chrysost. conuenitur ex Apostoli locis de epistola ad Corinth. prima, quodam suæ ignauia quæsiuisse integumentum dicens, Hoc ipsum

1. 4. de Sacerd.

(inquam) hoc ipsum certe est, quod plerisque perdidit, re-
 miliioresq; ad veram doctrinam studium reddidit. Et enim cum
 non possent, apostolicae mentis altitudinem, neque verborum
 sensum capere, totius aetatis tempus consumpserunt in somno-
 lentia, atque oscitantia. Deinde addit, S. Paulo, minus ne-
 cessariam fuisse eloquentiam, quod virtute signorum abunda-
 bat, Nunc autem cum ne vestigium quidem, ut loquitur, eius
 virtutis relictum sit, necessariam omnino vim esse dicendi. Ea-
 dem presse, ut solet Nazianzenus docet. Dum promptam
 ait esse plerisque, qui doctrina, & facundia careant, inscientia
 sua, fidei nomen obtendere, quod se quoque probaturum fuis-
 se, si illi sermonis, doctrinaeque loco, signorum & miraculorum
 vim haberent. Ex quibus id, quod modo dicebamus apparet,
 duo praecipua quibus res divina persuadeantur, praesidia esse,
 virtutem miraculorum, atque sermonum, & illam extraordi-
 nariam magis, hanc valde communi providentiae, naturaeque
 hominum convenientem. Cum igitur S. Paulus ita miraculo-
 rum facultate polleret, per quam magis divina testificatio elu-
 eet, non multum sermonum gratia indigebat, fuisse tamen de-
 monstrat. Christum etiam si virtus signorum adsit, necessariam
 vim esse dicendi, eamque in Paulo praestantem fuisse, & per
 eam antequam miracula ederet, preclare ipsum multa fecisse.
 Et plane si eloquentia est copiose loquens sapientia, quis ne-
 get eloquentiam Sancti Pauli summam fuisse? quid enim eo co-
 piosius? quid sapientius? quippe loquebatur sapientiam inter
 perfectos. Deinde cum eloquentiae vis ponatur ab Aristot. in
 Enthimemate id est in argumento, quod fidem auditori faciat,
 nihil est fortius eloquentia S. Pauli, nihil artificiosius: quid que-
 so prudentius, & artificio quodam divino instructius? quam
 habita in Areopago Athenis oratio? quam apte, proprie, ac
 iucunde, ab ara ignoto dicata Deo, sumit exordium? quam
 sapienter ab ipsis quoque graecorum poetis testimonia profert?
 porro oratio, quam coram Agrippa in sui defensionem habuit,
 tanta arte, ac sapientia plena est, ut vix quicquam inter omnes
 oratores, mea sententia possit simile reperiri, ut non miran-
 dum sit, si tanquam extra se abreptis voce magna Festus cla-
 marit, Insanis Paule, multa te litera ad insaniam conuertunt,
 Quo etiam loco, iure admiratur. S. Chris. illam vocem, quam
 Agrippa qui dixerat, in modico suades me Christianum fieri,
 respondit Apostolus, opto apud Deum, & in modico, & in ma-
 gno, non tantum te, sed & omnes, qui audiunt hodie fieri ta-

lib. 4. de sa-
 cerd.

Orat. sup.
 citata.

D. Pauli elo-
 queantia.

2. Rhet.

Act. 17.

Act. 26.

Hom. 52.
 in Act. 26.



les, qualis ego sum, exceptis vinculis his? Miratur inquam Chrysoſtomus, cū ſua illa vincula tanti faceret Paulus, & tantum charitate proximorum arderet, cur ea exceperit. Nimirum quod per illam prudentiam, qua fiebat omnibus omnia, videbat hanc ſignificationem urbanitatis aptiorem hoc loco eſſe, ad conciliandam ſibi auditoris benevolentiam, & Chriſtum Dominum inſinuandum, vt deinde ad perfectionem quoque, & vinculoꝝ deſiderium, cuius initio capaces non erant ſuo tempore promouerentur. De eius epistoꝝ vulgaris, inquit ſancti Hieronymi ſententia, cum ait, Paulum Apoſtolum proferam, quem quotieſcunq; lego, videor mihi non verba audire, ſed tonitrua. Legite epistoꝝ eius, maxime ad Romanos ad Gal. ad Ephes. in quibus, totus in certamine poſitus eſt, & videbitis eum, in testimonijs, quæ de veteri teſtamento affirmat quam artiſex, quam prudens, quam diſſimulator ſit, eius quod agit, videntur quidem verba ſimplicia, & quaſi innocētis hominis, ac ruſtici, & qui nec facere, nec declinare nouerit inſidias, ſed quocunq; reſpexeris, fulmina ſunt. Hæc in cauſa, capit omne quod tetigerit, tergum vertit, vt ſuperet, fugam ſimulat vt occidat. Sanctus autem Chriſtus præter Encomia præclariffima, quibus Apoſtolum, & epistoꝝ ornabat, in epistoꝝ ipſis ſingularum rerum, atque adeo uocum momenta, ordinem, gradus, ac progressiones, adeo ſubtiliter expendit, vt ad perfectiffimum artis Rhetoricæ genus diſcedendum, abundè ſint futuri eius commentarij, ſi obſeruentur, quæ ille de diuina Apoſtoli prudentia, & arte animaduertit, vnde & idè Paulus Chriſti Rhetor, merito ab eodem Chriſtoſtomo nominatur. hom. 6. de penit. Quia tamen vulgus, maxime in eloquentiæ, ſolet in eloquutione ponere, & in numeroſo copioſo textu, & periodorum cōprehensionibus, quæ commata & membra diſtinguant, fatendum, id genus ab Apoſtolo neglectum, potius quam ignoratum. Nam & Ariſtot. eloquutionem eſſe rem leuem teſtatur, & artiſcium Rhetoricum in hac re ſolè maxime imminuere, & fidem eleuare dicentis. Et alioqui præſtorum myſterijs diuinis pleno, & redūdanti, quæ in cælo hærent, ideſt ex fonte ipſo, non licebat homini loqui, ſuperuacuum erat, & planè difficile, æſtum illum, & impetum cohibere. Ita autem decurrit, ac rapitur, vt diuinum quiddam ſpiret, ſublime, magnificum, maius humano, admirationem ſimul & uenerationem, pietatem animis lectorum effūdendens. Quid præter opus eſt, cum ipſe Apoſtulus, quod Corinthij dicebant.

Episto-

In Apol.
ad Pam-
mach.

Homil. de
laud. Pau-
li.

3. Lib. de
Arte Rhetor.
c. 10.

Epistolæ quidem graues sunt, non diffiteatur, qui tamen & si addit sermo contemptibilis, ideo dicit, quia non adhibebat delicias foscilorum, quos Corinthij videntur sectati fuisse, non ideo quod verborum curam aspernaretur, Quinimo teste Hier. cum esset doctissimus, & scientiam haberet sanctarum scripturarum, & sermonis, diuersarumque linguarum idioma possideret, quia tamen diuinorum sensuum maiestatem, digno non poterat, Græci eloquij explicare sermone, habebat Titum interpretem, sicut & B. Petrus Marcum, & addit ideo contristatum Troade, non inuento Tito, quod prædicationis suæ in præsentiarum fistulam, organumque per quod Christo caneret, non inuenerat.] Maneat igitur id, quod robur, & spiritus eloquentiæ est, fuisse in Diuo Paulo eminentissimum, neque sic loquutū tamquam temerè verba funderet, sed vt prudenter excogitaret, quemadmodum posset, Christi doctrinam auditoribus quam aptissimè proponere.

Quid verò dicemus de alijs sacris libris? Nonne in ijs eloquentia & quidem perfectissima est? S. Ambr. Negant (inquit) plerique, nostros secundum artem scripsisse, nec nos obnitimur, non enim secundum artem scripserunt, sed secundum prædicationem, quæ super omnem artem est, scripserunt enim, quæ spiritus ijs loqui dabat; sed tamen ij, qui de arte scripserunt de eorum scriptis, artem inuenerunt, & condiderunt commenta artis, & magisteria.] En igitur ex Ambrosij sententia, non modo eloquentia est in sacris libris, sed & exemplar, & forma, & fons eloquentiæ etiam secularis. Dyonisius, longinus Ehtnicus Rhetor, qui de sublimi genere dicendi, libellum non malum scripsit, laudat initium Geneleos, & sacrum historicum, loquutum pro maiestate Dei affirmat, cum simplici sermone refert, dixit Deus fiat lux, & facta est lux, & similia, conueniebat enim de Deo loquenti res maximas, paucis efferre. De Isaia notum est, sancti Hieronymi elogium, cum ait, Ac primum de Isaia sciendum, quod in sermone suo disertus sit, quippe vir nobilis, ac urbanæ eloquentiæ, nec habens quicquam in eloquio rusticitatis, vnde accidit, vt præcæteris florem sermonis eius translatio non potuerit conseruare.] In Ecclesiastico adhibitam fuisse ornati sermonis curam, satis ex ipso prologo apparet, cum dicitur: Hortor itaque venire vos cum beneuolentia, & attentiori studio, lectionem facere, & veniam habere in illis, in quibus videmur sequentes imaginem sapientiæ, deficere in verborum compositione, nam deficiunt verba.

N 3 Hebrai-

Epist. II.
ad Hebd.

Eloquentia
maxima est
in sacris li-
bris.

1.8. Ep. 63.

Prefatione in
translationē
Isaie.

Hebraica, quando fuerint translata ad alteram linguam, vix apparet, si quid desideretur in eloquentia, non referri causam in curam, sed in ipsam linguæ proprietatem, quæ in alienis linguis, vim nativam conseruare non possit. Et scriptor Machabæorum, ita vltimum caput concludit. Et si quidem bene, & vè historiæ competit, hoc & ipse velim, si autem minus dignè, concedendum est mihi, sicut enim vinum semper bibere, aut semper aquam, contrarium est, alternis autem vti delectabile, ita legentibus, si semper exactus sit, sermo non erit gratus, & proficitur adhibita a se curam, vt volentibus quidem legere, effectus animi oblectatio, studiosis vero vt facilius possint, memoriam commendare, omnibus autem legentibus vtilitas conferatur, & addit. Sicut qui preparant conuiuium, & quærunt aliorum voluntati parere, propter multorum gratiam, libenter laborem sustinemus; Itaque tantum abest, vt stylum neglexerit faceret author, vt etiam plenum vigiliarum, ac sudoris assumptum, sibi, negotium dieat, vt placeret, & narrationem accommodaret ad legentium voluptatem, sicut ij, qui diligenter conuiuium instruunt nimirum, non vt id faceret, quod coquinaria Rhetoricæ tribuit Plato, vt mox dicemus, sed vt per delectationem tanto magis prodesset. Rectè enim Augustinus sicut (ait) sapè sumenda sunt, & amara salubria, ita semper vitanda perniciofa dulcedo, quanto enim magis, illic appetitur suauitas, tanto feliciter salubritas prodest. Et planè inesse vim oratoriam in sacris literis, superuacaneum est, post ipsum Augustinum, velle docere cum tantus Doctor, vè in ipso Prophetarum, maximè rudi Amos, etiam in obseruatione periodorum, commatum membrorum inesse fusè demonstrat. His positus facile est, obiecta diluere, sed planius tota res illustrabitur, si de Rhetorica sæculari, nouo quasi sumpto principio, pauca interferamus.

Esse aliquam falsam Rhetoricam. Cap. III.

Sciendum est apud ipsos quoque Ethnicorum nonnullos, Rhetoricæ nomen malè audiuisse, & ea est causa, quia vt mors, & vitæ in manu est linguæ, & gladius idè, potest ferire hostem, ac ciuem; noxium & innocentem. Ita præcepta Rhetoricæ quemadmodum loquitur S. Augustinus in medio posita sunt, quæ ad persuadenda, seu recta, seu falsa valeant plurimum. Nazianz. dicendi facultas, vt probis (inquit) & honestis virtutibus

Prima Orat.
in Iulianum.

virtutis instrumentum, atque armatura est; Ita improbis; & flagitiosis, vitij stimulus efficitur.] Sicut igitur laudes plurimæ congeruntur in linguam, & in eandem vituperationes plurimæ, ita possunt in eloquentiam eadem convenire. Non quod vitium in ipsa sit, sed quia ex abutentis crimine redundat in eam, tanquam in instrumentum infamia, quemadmodum & aurum, cum per se bonum sit, vitæque humanæ ac liberalitatis instrumentum, per quamdam tamen communicationem, ex hominum prauitate, cuius instrumentum & occasio est, solet valdè vituperari. Cum igitur multi ad maxima rerum publicarum damna, abusi eloquentia sint, inde factum est, ut velut res noxia, ab ijs, qui segregare subtiliter nesciebant bonum à malo, Rhetorica condemnaretur, & à sapientibus quoque ejiceretur e civitatibus rectè institutis; Auxere invidiam Rhetores quidam, qui palam profitebantur, docere se, quemadmodum in iudicijs causa ex peiore melior fieret, quod erat palam iustitiæ bellum indicere, ijdemque, ut Plato loquitur, profitebantur se. vi orationis efficere, ut parua esse magna, & magna vicissim parua, vetera noua, & nouissima vetera viderentur; Auxere in eam odium magis ijs, quos appellarunt antiqui sophistas, audum pecuniæ genus, gloriosum, ac iactabundum, qui profitebantur, de re quacunque se in vtramvis partem dicturos ex tempore quos Plato sæpè ac vehementer exagitat. Et quia (ut ipse docet) idem est sophista ac Rhetor, vel propinquum aliquid, atque simile, inde factum est, ut sophistarum quoque infamia in Rhetores redundaret.

Veruntamen laudibus veræ eloquentiæ nihil hæc debent officere: Nam omnium sapientum sententia, distinguendæ sunt duæ Rhetoricæ, Altera veræ & laudabilis, altera adulterina, ac iure vituperabilis. Expressas hæc voluit apud Homerum in Vlyssè ac Tersite, quorum ille sapienter, & ex pectore orationem fundere dicebatur, & tanquam iucundum quemdam nium sensum, & absque strepitu labentium imbrem, Hic temerè, & impudenter, magnoque cum strepitu, litigabat potius, quam dicebat; Itaque Iulius candidus (ut loquitur Plinius) non inuenuste solebat dicere, aliud esse eloquentiam, aliud loquentiam, nam eloquentia vix vni aut alteri, Imo si Marco Ant. credimus nemini, Hæc verò, quam candidus loquentiam appellat, multis atque etiam impudentissimo cuique maximè contingit. De hoc genere dixit Eupolis Poeta Græcus, & eum imitatus Salustius loquax magis, quam facundum, & alio lo-

N 4 co, idem

1. 1. 360
2. 90

Abusi sunt plerique Rhetorica.

In Phædro.

In Gorgia.

Rhetorica duplex bona & mala.

Lib. 5. Ep. 20.

Gell. 1. 1.
cap. 5.

eo, idem Salustius satis loquentiæ sapientiæ parum.] Quos ho-
mines præci Romani non Oratores, sed Locutuleios, & Blate-
rones, & Linguaces dixerunt, vt author est Gellius. Arist. di-
fertè docet, sicut Dialecticæ deprauatio sophisticæ est, & cauil-
latrix peritiam, ita habere suum malum eloquentiam, quo de-
prauetur; Quamquam hæc eius præritas apud Arist. videatur
eo loco, nomine suo carere; Vnde scilicet factum est, vt cum-
laus sua Dialecticæ permanferit, quamuis Sophista poneretur
in vitio, Rhetorica propè infamiam subierit etiam vera, quia
eodem ac falsa nomine appellabatur. Et sanè diligenter est ob-
seruandum, vt in natura, sic in disciplinis, & artibus, vitia
quædam esse vicina, in quæ, res, de suo demotæ statu degen-
rant, triticum ex malignitate soli, corrumpi dicunt in auenam,
& lolium; vinum satis est notum vitari in acetum, in rebus
humanis, monarchia in tyrannidem, Aristocratia in Oligar-
chiam, Popularis dominatus, in tenuiorum potentiam modica
inclinacione transeunt. Et fortitudinem (inquit Cic.) auda-
cia imitatur, & patientiam duritia immanis, Et illam dispu-
tandi prudentiam concertatio, captatioque verborum, & hæc
oratoriam vim, inanis quædam profluentia loquendi.]

In Gorgia.

Sed omnium optimè, ac fusissimè Plato in hunc fermè mo-
dum disputat. Ad corpus rectè habendum duas esse artes, Gym-
nasticam, & Medicinam, quarum prior sanum corpus respicit
altera ægrotum spectat, vt valetudini reddat, duas item, pro-
portione his respondere ad animi rectam constitutionem, fa-
cultatem legalem, quæ dat præcepta rectè viuendi, & Iudicia-
riam, quæ persequens delicta, tamquam morbos animi curat,
atque ita, quod corpori est medicina, hoc animo esse Iudicia-
riam, quodque est corpori Gymnastica, hoc legalem esse ani-
mo. porro hisce quatuor veris, & honestis artibus, quatuor
esse persimiles illiberales peritias, quas ad vnicum adulationis
caput reuocat, quia solum valent ad gratiam quamdam
professoribus suis conciliandam, legali, respondere dicit so-
phisticam, Iudiciariæ falsam Rhetoricam, quæ duæ ad animum
pertinent, earum vero quæ pertinent ad corpus, Agonistica
imitationem, esse fucatoriam quamdam, & mangonicam so-
lertiam, quæ non verè bonam habitudinem, sed apparentem
solum quamdam oculis speciem inducat, Medicinæ vero do-
cet, respondere, industriam coquinariam; Deinde comparans
inter sese falsas hæc artes, & illis animi, illas corporis opo-
ponens, cum Rhetoricam veram hic, & clarius in phædro sta-
tuat,

Quatuor fa-
cultates com-
parantur in-
ter se.
A Platone.

rnat, doceatque esse medicinam: falsam dicit esse Coquinariam
 facultatem. Nam quemadmodum, id solum studet coquus, qua
 ratione palatum mulceat, & oblectet, non autem quomodo
 conseruet valetudinem, vel restituat, neque rationes eius effi-
 ciendæ nouit, neque ad eam suum opus accommodat, ita Rhe-
 toricam, quæ debuit esse medicina animi, dum solum occupa-
 tur in efficienda inani voluptate, coquinariam fieri. Talia cum
 sint, facile apparet, quod à Sanctis reprehendatur eloquentiæ
 genus, id nimirum, quod ad decipiendum adhibetur, vel quo
 falsa per artis lenocinium suadentur, Deinde id, quod assumi-
 tur ad inanem ostentationem ingenij atque iactantiam, tertio,
 quod nõ ad utilitatem veram auditorum refertur, sed ad futile
 solum prurientiũ aurium titillatione, eodq; nil nisi ludicrũ quasi
 tinnitũ cymbali habet. Præterea id, in quo solo is qui verba fa-
 cit repositã habet suã vim, spemq; omnẽ persuadendi cõfideas,
 sua arte se effecurũ, vt res perinde videantur, vt ipsi libitũ fue-
 rit. Ideo sanctus Paulus negat, prædicationẽ suam esse in persua-
 sibilibus humanæ sapientiæ verbis, non quod temerẽ loqueretur,
 & suã industria, quam Sanctus spiritus dirigebat, non ex-
 cogitaret, quemadmodum posset, Christi doctrinam auditori-
 bus, quam aptissimẽ proponere; Sed quia in rebus, & cogitan-
 dis, & dicendis, non respiciebat humi affixam hominũ sapien-
 tiam, cui Crux Christi stultitia erat, neque per sese persuasibi-
 lia populo loquebatur, idest inania, & placentia, magnificam
 adhibens adulantium pompam verborum, vt ij faciebant, qui
 suã ostentationi, vel auditorum delectationi famulabantur,
 sed nunquam Euangelium Christi erubescibat, quamuis mun-
 di sapientibus stultitia videretur, nunquam quæ sua essent quæ-
 rebat, quia volebat totam Christi Cruci laudem, totam utili-
 tatem auditoribus cedere. Interim tamen ille, quo utebatur,
 loquendi modus erat aptissimus, atque adeo eloquentia per-
 fecta, primum quia, quo oratio erat simplicior tanto aberat ló-
 gius à suspitione fallaciæ, cum persuasum sit omnibus, Verita-
 tis simplicem esse sermonem. Deinde quia volebat tunc Deus
 certiore quadam via fundari Ecclesiam, magnis nempe, ma-
 nifestisque miraculis, vt nulla vnquam suboriri posset suspicio,
 sapientiæ aut eloquentiæ humanæ viribus esse fundatam. Vo-
 lebat igitur, sanctus Paulus, virtutem apparere, Crucis Christi
 dum ea, quamuis tantum abhorreret à communi hominũ sen-
 su, tamen fidem inueniret, eamque fidem esse non in sapientia
 hominum, sed in virtute Dei. Et hanc ob causam D. Chrysost.

repre-

Que nã Elo-
 quentia re-
 prehendãtur
 à Sanctis.

1. Cor. 2.

02 edition 01

01212

Contẽtio de
 Eloquentia
 Pauli, & Pla-
 tonis.

reprehendit quemdam Christianum, qui cum Ethnico alterca-
batur, contendens eloquentem S. Paulum, magis, quam Plato-
nem fuisse; & ait contrarias vtrumque egisse partes, ac debe-
ret, Debuisse enim Ethnicum ostendere, sanctum Paulum fuisse
eloquentissimum, vt inde concluderet, religionem Christiana-
nam humana profeminatam industria: Christianum vero vltro
concedere sancto Paulo eloquentiam defuisse, vt tanto certius
concluderet diuinum opus, fuisse, mundi ad Christum conuer-
sionem, Cum philosophi illi Græcia, quorum admirabilis, &
doctrina, & eloquentia copia fuit, adeo paucos ad suas, pellicere,
sectas potuerint. Hæc tamen omnia neutiquam obstant,
quo minus sanctus Paulus adhiberet industriam, in tractanda
hominum animis, quam conuenientissimè fieri posset, cum ob
id, omnibus, omnia fieret, & congruentissimum rei, locoque
dicendi genus afferret, in quo perfecte facundia sita vis est.
Nec vero Christus Dominus, cum dixit Apostolis, ne cogita-
rent, quomodo, aut quid loquerentur ante Reges, & Præsides,
iussit esse socordes, ac stupidos, sed noluit sollicitudine angere,
noluit desperare, suam considerantes incertiam, noluit demum
sibi confidere, sua diligentia nixos, nã si quis intelligat, vetuisse
eos præmeditari sapienter, quia dixit, nolite cogitare, quomo-
do aut quid loquamini, eodem modo intelligere posset, prohibita
agriculturam, & omnem aliam rei domesticæ curam, quia
item Dominus dixit, nolite quærere, quid manducetis, aut
quid bibatis, hæc enim omnia gentes inquirunt, pater autem
vester scit, quia his omnibus indigetis, quamquam hic locum
non magis potest afferri contra eloquentiam, quam contra
omnem prudentem cogitationem, si sonus verborum dumtaxat
consideretur, quo nihil dici potest absurdius, Nam vt optime
docet S. August. Paulus Apostolus ad Timotheum, & Titum
scribens, non solum tradidit eis quid, sed etiam quomodo,
vnumquodque personarum genus deberent instituire iubens eos
in his esse, & meditari. S. autem Petrus non tantum prædicatoribus,
sed vniuersis fidelibus loquitur, cum dicit, parati sitis semper
ad satisfactionem omni poscenti vos rationem reddere de
ea, quæ in vobis est spe. Voluit ergo Dominus Apostolos fiducia
in Deo reponere. Et ad id, famulum quoque suum Franciscum,
quem per Apostolica deducebat vestigia, erudire voluit,
cum fecit, vt minus aptè loqueretur, cum se accuratius
præparauerat. Et qui puniti diuinitus narrantur, quod vellent
lacris libris cultum elegantiorẽ inducere, non odio eloquentia

Explicatur
locus Matth.
10. nolite cogitare.

4. de Doct.
Chr. c. 10.

cia puncti sunt, cum ea; (vt diximus) in sacris libris, & perfectissima sit. Sed quia Deus, qui nouit, quod genus dicendi, rei cuique conueniat noluit illam à Sancto Spiritu eloquentiam, electam deformari, quia illa aptissima est, & adeo conseruanda, vt nec puncta, nec apices vacare mysterijs. S. Hieronymus dicat, & fortasse ijdem factu aliquo inflati, falsaque eloquentia corrupti specie, sapientissimam diuini verbi eloquentiam, quia non agnoscebant aspernabantur, & propterea volebant complecti elegantius, quia existimabant, posse aptius se inuenire dicendi genus, quam ipsi sacri authores adhibuissent. Nam alioquin si paraphrasim, elaboratam, humili, piaque mente voluissent conficere, vt rudiorum quoque oculis, sapientissima Eloquentia appareret, non videntur, condemnandi fuisse, cum id impune, imo cum laude videamus à multis, & prosa, & carmine facitatum.

In ps. 90.

Quanam sit vera, & falsa Eloquentia. Cap. IV.

HActenus tria docuimus, esse aliquam Eloquentiam bonam, esse aliquam malam, Itemque sacris etiam rebus, quae bona est, posse laudabiliter adhiberi. Quae tria plane apud mediocriter eruditos nihil dubitationis, aut difficultatis habebant. In eo labor est, vt vera eloquentia distinguatur à falsa, certa que assignentur notae, vnde possit vtraque dignosci, ac mala vitari, postremo ex bonae eloquentiae formis, quanam maxime sacris concionibus debeatur: quae vt pro nostra tenuitate, quam clarissime exponantur, Animaduertendum est Artem vt Ars docet esse habitum, cum recta ratione factuum, eòtrarium vero artis habitum factuum cum falsa ratione, Itaque vbi ratio recta non adest, nec adest ars. Recta autem ratio praecipue spectatur ex fine cuiusque artis, quo proposito talis materia deligenda est, eique certa, inducenda forma ea ratione ac modo, quemadmodum ars ipsa praescribit, Itaque fieri potest, vt ars ipsa destruat, vel ratione finis, vel materiae, vel formae in materiam inducenda. Aedificandi ars habet pro fine habitationem commodam ad hunc consequendum, necesse est artifex legat aptam materiam, & mente concipiat idoneam formam, quam secundum artis praecipua, aedificationem faciendo, materiae imponat, si ex charta domus fiat, quamuis tectum, parietes, & caetera distinguantur, non erit vere domus, quia deest apta materia, si colligas caementa & ligna, & in vnum cumulum temere aggeras, neque item erit domus quia forma desideratur, aedifi-

6. Eth. c. 4.

Ars tria attendit finem Materiam, formam.

edificant & pueri casas, & pictores coloribus exprimunt, ne-
tri tamen fabri sunt, quia non spectant habitationem commo-
dam, nec quicquam idoneum ad eam efficiendam adhibent.
Venefici etiam ac magi solent interdum pulcherrimas figurarum
ædes, aulis, cænationibus, cubiculis magnificè, & artificiosè
distinctas, qui tamen ludificatores sunt, non edificatores, qui
non ad usum solida recta, sed inanem speciem ad oculorum la-
dibria fabricantur. His positis eadem ratione, de eloquentia
philosophandum est, sunt in ea, Res quasi materia, sunt verba
& compositio quasi forma, & est finis, qui præscribit qualia esse
debent, & verba, & res.

Ex fine di-
dicanda Elo-
quentia.

Finis autè qui nam sit generatim eloquentiæ, non multum ad
nos refert, satis est, si rectè intelligatur, quis sit finis eloquen-
tiæ nostræ, qui non potest esse alius, quam finis ipsius prædica-
toris, hoc est gloria Dei, & salus animarum, quod tum fit, cum
auditores prædicatoris voce & eloquentiæ usu, tamquam per
instrumentum præcipui agentis Dei, meliores efficiuntur. Hoc
posito sine duo consequuntur; primum fieri interdum posse
vt genus eloquentiæ maneat, non tamen hæc peculiaris eloquen-
tiæ species, de qua nos agimus, atque ita possit aliquis vere
nominari Orator, qui tamen verè prædicator non sit, tales fue-
runt Ethnicæ oratores, tales qui hodièque vel in senatu aliquo
aut foro causas ciuiles tractant; tales denique esse possunt, etiam
qui vulgo sibi prædicatorum nomen ascribunt, si habitu utan-
tur, non cum recta ratione, sed cum praua factiuo, Deinde
sequitur, vtrum quis prædicator sit necne, itemque bonus, an
malus, censendum ex materia orationis ac forma, respectu pro-
positi finis, nam si vel materia prædicationi, apta non sit, vel
in ea formam, ad consequendum, finem, minus idoneam effi-
ciat, is, qui dicit, sacer Orator esse non poterit. Hoc perma-
gni interest intelligere, sunt enim interdum nonnulli, qui ma-
gni prædicatores, vt habeantur prorsus a recta aberrant via,
tantumque abest, vt magni, vt ne prædicatores quidem dici
mereantur.

Ex tribus vi-
ciatur eloquẽ-
tia sacra.

Ex omnibus autem his, tria euidenter manifesta capita sunt
vnde potest eloquentia christiana vitiari, Primum est finis, se-
cundum materia, tertium forma oratoris. Ex fine tunc destruc-
tur eloquentia, cum non ad efficiendos meliores auditores re-
fertur, quod dupliciter potest intelligi. Primum si ipsa dictio
referatur quidem a concionatore, ad auditorum profectum,
sed ad lucrum, seu inanem gloriam, & ostentationem ingenij
& elo-

& eloquentiæ. Verum quia non posset lucrum vel alia cõsequi, nisi etiam aptè ad profectum auditorum diceret, accommodet etiam ad hoc opus, dictionem suam, hoc si quis consequi posset, peruersissimè ille quidem faceret, tamen fortassè cuiuspiam videretur, quantum ad eloquentiam spectat, nomen obtinere Christiani Oratoris, quod dixerim vt naturam facultatis ostendam, non quod titulus ille inanis peruerso concionatori quicquam, nisi fortè ad maiorem condemnationem conferat. Quamquam satis à nobis in prima parte demonstratum est vix fieri posse, vt qui bonus non est, bene ea, de qua loquimur eloquentia, dicat, ac prorsus sacrum prædicatoris nomen, non nisi in viro bono debere consistere, quæcunque enim eloquentia manere fingatur, nomen hoc tamen, & munus cum adeo sacrum sit, nunquam nisi virtute prædito dabitur, Deinde potest ex corrupto sine opus dicentis vitari, si scilicet ita lucrum, inanem gloriam, aut aliquid huiusmodi spectet, vt ne materiam quidè, aut formam, ad auditorum profectum accommodatam orationi suæ adhibeat, Et tunc qui id faciat, planè etiam prædicatoris nomen amittit, solumque est sophista, vel vt ait Plato, Coquinarius Rhetor. Ex eodem hoc capite, Hæretici omnes declamatores excluduntur, qui præterquam quod nihil aliud, quam priuatum emolumentum spectant, etiam tum cum sibi videntur, auditorum profectum spectare, reuera non ad profectum eorum, sed ad maius exitium concionantur. Ex materia multa possunt vitia oriri; primum si scandalosa sit, si abhorrens à captu multitudinis, si nimium sublimis, atque subtilis, si prophana, si leuis, de quibus alibi dicemus. Ex forma possunt oriri vitia, tum in dispositione, modoque tractationis, tum in eloquentione de quibus item singulis infra præcipietur. Hic solum generatim paulo fufius explicare satis erit, quænam eloquentiæ forma, oratori Christiano maximè conueniat.

Quæ maximè, Eloquentia Christiano Oratori conueniat. Cap. V.

Summum in sacri concionatoris officio negotium est, videre quo eloquentiæ genere vti debeat; Nihil enim tam facile deprauatur, nihil difficilius ab authore ipso cognoscitur, nam in sua causa ferè omnes mali sunt iudices, Et in hoc genere, eo peiores, quod vitia ipsa delectant; Eloquentiam vero etiam Germanam, & in alijs causis laudabilem, non tamen promi-

In Gorgia.

promiscuè, ac temerè locum habere in sacris, sed in his cetera quasdam postulare notas suas, ac proprias, facilius est vniuersè pronuntiare, quam eas assignare notas, atque distinguere. Omnes præcipiunt, & faciliè quivis intelligit, modum ac formam eloquentiæ cuiusvis metiendam ex fine, eoque esse præstantiorem, quò aptius ad finem perducatur. Sed hoc ipsum habet difficultatè, nam vt agamus de bonis viris, quales æquum est, existimare sacros concionatores, si interrogemus singulos, quare hac potius, quam illa dicendi ratione vtantur, Respondent quia hanc ad finem sibi propositum, aptissimam iudicant, Et tamen haud raro euenit, vt multi fallantur, parum accommodata ad salutem animarum dictione vtantur, Necessè est igitur, regulas certas præscribere, vnde possint, hi, quosque errorem suum agnoscere.

Proponuntur
obiectiones
pro nimis or-
nata Eloquen-
tia.

*l. de Diale-
ctica prin-
cip. 7.*

Prima obie-
ctio.

Secunda obie-
ctio.

Tertia obie-
ctio.

Sed ante omnia expendenda sunt, rationes eorum, qui nimis confestantur ornatum. Obijciat enim aliquis Sancti Augustini auctoritatem, qui ita loquitur, Quamuis nec disputationem deceat ineptam, nec eloquentiam oporteat esse mendacem, tamen & in illa sæpè, atque adeo penè semper, audiendi delicias discendi cupido, contemnit, & in hac, imperitior multitudine, quod ornatè dicitur, etiam verè dici arbitratur. ¶ Vnde apparet ornata orationis magnam esse, apud multitudinem, cum omninò etiam falsa, per illum ornatum persuadentur, Deinde obijciat ex dialogo de oratoribus, seu Quintiliani, seu Taciti, seu alterius, sententiam Apri, qui cum dixisset accommodandam temporibus eloquentiam & iam splendorem quoque poeticum, ab Oratoribus exigì, subiicit, Neque idè minus efficaces sunt orationes nostræ, quia ad aures iudicantium cum voluptate perueniunt, Quid enim (ait) si infirmiorum horum temporum templa credas, quia non rudi cimento, & informibus tegulis, extruuntur, sed marmore nitent, & aure radiantur. cui loco, potest illud addi, quemadmodum aurum, & gemmæ maiestatem augent templorum, cultusque divinitatis ita flores eloquentiæ, ac lumina, maximè adhibenda esse religiosi sermonibus, Nec modò nihil detrahè ex gravitate illorum, sed etiam plurimum maiestatis adijcere, nam etiam in vestibus sacris, & apparatu omni sacerdotali, opes barbaricæ, colores exquisiti, opera phrygiorum cum laude, fructusque spectantur. Quid? in cantu, musicisque instrumentis, quantum inest venustatis simul & utilitatis, ad alliciendos in templa homines, animosque ipsos, dum aures dulci modulatione tenentur,

tur, blandis tamquã insidijs ad diuina afficiendos? Igitur multorum Christianorum, cum tantum sit, rerum salutarium fastidium, quã maior seu prudentia, seu charitas esse poterit, quam quemadmodum ille ait, oras poculi dulci melle contingere, vt dulcedine illa illecti, potionem salubrem exhauriant? Denique Sancti Patres, qui maximè laudantur, non solida modò, sed etiam culta, & florida eloquentia ita excellere, vt atatibus suis, ne ex prophanis quidem Oratoribus, facillè haberent quẽquam superiorem. Libanius Ethnicus homo, idemque sophista sui temporis ornatissimus, Sanctum Basilium ob eloquentiam Atticam, admirabilem vocat, & sibi non rarò anteponebat. Nazianzeni eloquentia non solum culta, sed ad poeticam accedit, An Chriostomus aureum illud nomen, nisi aureo eloquentiã flumine consequutus est? Quid apud Latinos Chriostologus, persimilis cognomeni titulo cohonestatus? Quid sanctus Ambrosius re, & nomine Orator, cuius eloquentiam, vt olim Platonis, apud in ore eius mellificio pramonstratam accepimus? Augustinum, Hæreticus Cresconius, audet eo nomine, vocare apud populum in inuidiam, quòd nimis eloquentia polleret. D. Hieronymus quãquam se verberatum ab Angelo dicat, & alibi frondescentem sermonem affirmet in sacris literis interpretandis minimè adhibendum, tamen aliter stylo suo videtur docere. Nam de Cypriano quid attinet dicere, qui, vt ait Lactantius magnam sibi gloriam ex artis oratoriã professione quãserat, & multa conscripsit in suo genere admiranda. Erat ingenio facili, copioso, suauis, & quã sermonis est maxima virtus, aperto, vt discernere nequeas, vtrumne ornatior in eloquendo, an facilius in explicando, an potentior in persuadendo fuerit. Nihil est, quod abeamus per singulos ceterorum, cum de principibus constet, qui alijs omnibus pro exemplo vel fuere, vel certè esse debuerunt; Videtur igitur quod non solum grauis, ac serua, sed etiam amena; compta, florida, in sacris concionibus habere locum eloquentia debeat. Probabilis videtur hæc oratio, eoque facilius fidem inuenire apud multos potest, quorum fauet ingenijs; Nam qui amaniore, præditi sunt ingenio, & linguã quadam volubilitate incitatur, quia imperitã multitudini profluens illa copia, & beata dicendi vena, aures iucundo sono demulcet; eoque frequentat concionem, & implet auditoribus templa egrè omninò moderari suã naturã, seseque intra mediocritatis fines coercere possunt, sed tamen si boni viri, vt debent sunt, eò diligentius cauere debent

Quarta Obiectio.

Ep. 22. ad Eust.

Lib. 5. Inft. cap. 1.

debent, ne corrupto dicendi genere vsi, quo flexibiliorem habent ad eloquentiam indolem, tanto grauius puniantur, quanto plura accepere talenta, si ea inani cum sonitu in auras effuderint. Quantum enim animarum, cum diuina gratia, possent ad virtutem conuertere, si illam suam facultatem temperare vellent, illam affluentiam inhibere, immodicos illos refecere fosculos, totumque neruum orationis ad motum animorum, virtutemque suadendam intendere. Ne igitur suo ipsi labore, penas sibi à Deo accerant, totque animas solido fructu sustentandas foliorum inanitate pascant, & sanguinis Christi pretiorum causa propemodum pereat, accuratè ideo enitendum est, vt quam planissimè tota res illustretur, quidque ratione allata momenti habeant, palam fiat.

Eloquentia
concionu de
bet esse gra-
uis.

4. de Doct.
Cbr. c. 6.

2. Cor. 5.

Ac primum statuendum est, eloquentiam sacri concionatoris debere grauitatem quamdam sacram præferre ac maiestatem. Primum quia vis maxima eloquentiæ in eo consistit, vt personæ congruat loquentis. Et quidem sanctus Augustinus, ne eloquentiam quidem appellandam dicit, quæ personæ loquenti minus conueniat; Persona autem quam concionator sustinet grauissima est, nimirum sacri Doctores, Deique legati, per quos deus loquatur, & (vt Pau. ait,) Deus ipse exhortetur. Deinde quia mores concionatoris multum valent ad populum permouendum, genus autem eloquentiæ, morum formam comitari solet, ita vt tamquam prouerbio vsurpatum sit ab omnibus speculum imo faciem animi, orationem esse. Igitur si oratione graui vtatur, tales etiam ostendet sibi mores inesse talenti animi, & hinc rursus autoritas & pondus in eius dicta permanabit. Præterea res ipsæ, de quibus agitur, grauissimæ sunt, eloquentia autem est quædam quasi vestis, quæ tum maxime decet, cum ei conuenit, qui ea vestitur, & hoc est, quod & sancti viri, & prophani scriptores aiunt, Matronæ similem eloquentiam esse debere, non meretrici, id est, quæ rebus grauibus conuenientem cultum attribuat, maturum quiddam, & graue præferens, non meretricium fucum, & adulterinum candorem debet quidem, vt res tractantur, magis minusve lætæ ac tristis, ipsa quoque eloquentia quasi exhilarari, magis & contrahitur neque eadem orationis seueritate de Christi Domini luce in transfiguratione, qua de eiusdem in Cruce morte dicendum est. Ad hæc oratio suauis quædam grauitate temperata, & rebus apta multo magis persuadet ex eo capite, quod non distrahit mentem, ad ingenium oratoris cogitandum, vel suspiciendam eius elo-

eloquentiam sed ipsas res ita proponit, ut in eas tantum animi figatur obtutus, illæ insideant menti, illæ cor penetrent.

Idem ostendamus autoritate etiam Ethnicorum sapientia, quæ hac in re multum debet valere, cum agatur de vi persuadendi, eaque facultate, quam ij callebant maximè & profitebantur. Certum autem esse debet, Oratoris Christiani eloquentiam, proportionem quadam ei respondere, quæ apud antiquos eorum erat philosophorum, qui virtutem se docere profitebantur, ipsi enim hoc sibi negotij assumebant, ut populum, sed maximè sectatores suos facerent meliores, quod ex philosophorum vitis, actis, itemque scriptis manifestius est, quam ut probari pluribus debeat. Et illud Tertulliani satis ostendit, quo Philosophi vitam describit lib. de pallio, quamvis obscure loquitur ut solet, Soleo (ait) de qualibet margine, vel ara medicinas moribus dicere, adigo canterem ambitioni, immergo æquè scalpellum acerbitati: præcidam gulam. Dabo catharticum impuritatis Sauri, has purulências civitatis, quis eliciet, & exuaporabit, nisi sermo palliatus idest philosophicus? Ex philosophis planè, Socrates is, qui maximè philosophiam conatus est, ad mōres hominum traducere, vel paruisse, studium cultioris eloquentiæ, vel dissimulavit; sic enim in ea oratione, quam pro se habuit à Platone loquens, inducitur, Vos (inquit) à me audituri estis veritatem, & non tamen per Deos immortales, o Viri Athenienses, orationem compositam, electis verbis, & nominibus, ut faciunt, qui horum studiosi sunt, neque aliquo ornamento fucatam, sed audietis vulgaribus, civilibusque verbis loquentem. Credo enim iusta esse, quæ dico. Non enim profectò iudices, huic ætati convenire videtur velut adolescentulo fœtis ad vos ingredi verbis.] Hæc si quis velit, apud Chryf. inveniet. Itaque (ait Chr.) philosophis quidem eloquentia indigna est, & viris profus, ludentium vero adolescentulorum certamen, & gloria, quod ipsis quoque philosophis videtur, nec philosophis quibuslibet, sed illi (Platonem intelligit); qui omnes facile in ea arte superavit. Denique magistrum (idest Socratem,) ea re ornari non permittit, eiusmodi ornatum, & turpem esse, & indignum philosopho existimans.] Et tamen ex ijs, ille Philosophus fuit, qui non recessere à communi societate, sed maximè ad hominum mores excolendos incubuit. Planius autem, quæ dicendi forma deceat, Philosophum Seneca docet his verbis. Non mehercule iciuna esse & arida volo, quæ de rebus

Testimonia Ethnicorum.

Tertul. lib. de pallio.

Socratis iudicium.

Plato in Apolog.

3 Lib. aduersus Vitup. vitæ Monast.

Senecæ iudicium. Epist. 75.

O tam

tam magnis dicentur, neque enim philosophia ingenio renun-
 ciat, multum tamen operæ impendi verbis non oportet. Hæc
 fit propositi nostri summa, quod sentimus loquamur, quod lo-
 quimur, sentiamus, concordet sermo cum vita, Ille promissum
 suum implevit, qui, & cum videas illum, & cum audias, idem
 est. Videbimus qualis sit, quantus sit. Vnus sit. Non delectet
 verba nostra, sed prosint. Si tamen contingere eloquentia, non
 sollicito potest, aut si parata est, aut paruo constat addit, & res
 pulcherrimas prosequatur, talis ut res potius, quam se osten-
 dat. Aliæ artes ad ingenium totæ pertinent, hic animi nego-
 tium agitur. Non quarit æger medicum eloquentem, sed sa-
 nantem, sed si ita contingit, ut idem ille, qui sanare potest ob-
 tpet de his, quæ facienda sunt, disserat, boni consulet, Non ta-
 men erit, quare gratuletur sibi, quod inciderit in medicum,
 etiam disertum, hoc enim idem est, ac si peritus gubernator
 etiam formosus sit. Quid aures meas scalpis? quid oblectas?
 Aliud agitur, vrendus, secandus, abstinendus sum, Ad hæc adhi-
 bitus es, curare debes morbum veterem, gravem, publicum.
 Tantum negotij habes, quantum in pestilentia medicus, circa
 verba occupatus es?] Et alibi Nimis anxium esse te circa
 verba, & compositionem, mi Lucili nolo, habeo maiora, qua
 cures, quare quod scribas, non quemadmodum, & hoc ipsius
 non ut scribas, sed ut sentias, ut illa, quæ senseris, magis appli-
 ces tibi, & veluti signes. Cuiuscunque orationem, videris sol-
 citam, & politam; Scito animum quoque, non minus esse pe-
 fillis occupatum, Magnus ille, remissius loquitur, & securus
 quæcunque dicit, plus habent fiduciæ quam curæ. Nosti com-
 plures iuvenes, barba, & coma nitidos, de capsula totos, ni-
 hil ab illis speraueris forte, nihil solidum. Oratio vultus an-
 mi est, si circumtonsa est, & ficata, & manufacta, ostendit
 lum quoque non esse syncerum, & habere aliquid fracti, non
 est ornamentum virile concinnitas.] Musonius apud Gellium
 de philosophi eloquentia in hunc modum iudicabat, Cum phi-
 losophus (ait) hortatur, monet, suadet, obiurgat aliudve quod
 disciplinarum disserit, Tum qui audiunt, si de summo, & sol-
 to pectore, obuias vulgatasque laudes effutiunt, si clamitant,
 etiam si gestiunt, si vocum eius festiuitatibus; si modulis ver-
 borum, si quibusdam quasi frequentamentis orationis mouen-
 tur, exagitantur, & gestiunt, tum scias, & qui dicit, & qui
 dit, frustra esse, neque illic philosophum loqui, sed tibicinem
 canere, Animus (inquit) audientis philosophum, si quæ di-
 cuntur,

Musonij iu-
 dicium.

Noct. At-
 tic. l. 5. c. 1.

Oprima sen-
 tentia.

euntur, vtilia, & salubria sunt, quæque & errorum, atque vitiorum medicinas ferunt, laxamentum, atque otium, prolixè, profusèque laudandi non habet, quisquis ille est, qui audiuit, nisi ille est planè perditus, inter ipsam philosophi orationem, & perhorrescat, necesse est, & pudeat tacitus, & pæniteat, & gaudeat, & admiretur, varios adeo vultus, disparilesque sensus gerat, perinde vt eum, conscientiamque eius affecerit, vtrarumque animi partium, aut syncerarum, aut agrarum, philosophi pertractatio.] Præterea dicebat, magnam laudem non abesse ab admiratione, admirationem autem, quæ maxima est, non parere verba, sed silentium. Idcirco (ait poetarum sapientissimus) auditores illos, Vlyssi, labores suos illustrissimè narranti, vbi loquendi finis factus, non exultare, nec strepere, nec vociferari facit, sed conticuisse vniuersos ait, quasi attonitos, & obstupidos delinimētis aurium, ad origines vsque vocis permanantibus.] Quid autem mirum est, si hæc fuit, de Philosophorum dictione sententia, cum hæc de ipsis Oratoribus, author dialogi, de hac re apud Tacitum sic loquatur, Cæterum, si omisso optimo illo, & perfectissimo genere eloquentiæ, eligenda sit forma dicendi, Malim Hercule, Caij Gracchi impetum, aut Lucij Crassi maturitatem, quam calamistros Mece-natis, aut tinnitus Gallionis. auo melius oratorem, vel hirta toga induere, quam fucatis, & meretricijs vestibus insignire. Neque enim oratorius iste, inio herclè ne virilis quidem cultus, quo plerique temporum nostrorum actores ita vtuntur, vt lasciuia verborum, & leuitate sententiarum, & licentia compositionis, histrionales modos exprimant.] Omittō hic plura ex Antiquis asserre, Quintiliano præsertim, & Tullio, solum adijciam, quæ Marcus Antonius Muretus magna vir & dicendi facultate, & indicandi prudentia in Epist. 40. Senecæ annotat. Tale (inquit) disputandi genus, circulatoribus magis, quam philosophis convenire. Huius ipsius vitij exempla, vel maxime illustria notavi in quibusdam maximarum rerum ad populum interpretibus, quarum Oratio, quæ nõ compta, & calamistrata, sed grauitatis, maiestatis, ac sanctimonix plena esse deberet, tota papauere ac sesamo sparsa est, & ex mellitis verborum, contexta globulis, ita vt ad eos, non tamquam ad vitæ magistros, aut vitiorum correctores, sed tanquã ad comædos, & histriones eatur, stant illi, & cum frontem bis, terque perfruerint, barbamque permulserint hiantè & mirificum aliquid expectante plebe (plebis autem nomine, etiam

O 2 quos-

Judicium An-
tonij Mure-
ti.
In Ep. 40.
Seneca.

quosdam ex optimè vestitis comprehendo) laxant habenas linguæ, & similiter cadentia, similiterque desinentia coaceruant, paria paribus, contraria contrarijs opposites, multa, etiam semel suo ordine dicta, sursum, deorsum, aut alias variato ordine repetentes, eaque in re, memoriam pueriliter ostentantes, atque hæc, saltatricularum in morem, gestulatorijs, neque vnquam quietis manibus adiuuantes, argutè multa, quibus risum excutiant dicunt, numquam interim aut sibi, aut auditoribus respirandi facultate permissa. Quibus omnibus rebus admirationem imperitis, cordatis, & intelligentibus nauseam, ac stomachum commouent.]

Sanctorum Patrum, de hac re iudicium ac sententia.
Cap. VI.

Addamus his sanctorum, & veterum quoque Patrum, et nostris sententias. Clemens Alexandrinus. Meum autem *Li. 1. Stro:* (inquit) est probabile, vt existimo, institutum verbo quidem & rationi conuenienter viuere, ea autem quæ significantur intelligere, eloquentiam autem nunquam magnificientem contentum esse, si significetur id quod intelligitur: Quo autem nomine significetur id quod volo exponere, nihil mihi cura est. Opem enim ferre, vt seruentur ij, qui seruari cupiunt, potius esse optimum, non autem dictiunculas tanquam quædam ornamenta componere. Et si caueris (inquit, Pythagoreus in Platonis Politico) ne sis de nominibus nimium sollicitus, prudentia locupletior apparebis in senectute. Et rursus inuenies in Theeteto, Nominum autem & verborum facilitas, & non nimis accurata examinatio, vt plurimum non est fordida & inliberalis, sed eius potius contrarium. Est autem nonnunquam etiam accessoria. Hæc quam fieri potest breuissimè scriptura enunciauit dicens, ne multum verferis in verbis. Dictio enim est tanquam vestis in corpore, res autem sunt carnes, & nerui. Non oportet ergo maiorem vestis, quam salutis corporis curam gerere. Non solum enim frugalis vitæ ratio, sed etiam à superuacaneo cultu, ornatuque aliena oratio exercenda est ei qui veram vitam elegit. Siquidem delicias vt dolosas, & luxuriosas repudiamus: scilicet vnguentum, & purpuram veteres Lacedæmonij, dolosas quidem vestes, & dolosas vinctiones rectè reputantes, & nominantes: quoniam nec honestus est ille cibi apparatus, qui plura habet condimenta, quam ea quæ

nutriunt: nec est bellus vrbanusvè orationis vsus, qui Audito- res magis potest delectare, quam iuuare. Hæc Alexandrinus Clemens, tam multa vt solet, breui complexus, vt hac vna eius autoritate, argumenta, ac testimonia e sacris, & prophanis multa contineantur. Arnobius cum respondet accusanti- bus Christianos, quod in eorum sacris libris, vel barbarissimi essent, vel solæcismi, Pompa ista sermonis (inquit) & oratio missa per regulas, concionibus, litibus, foro, iudicijsque seruetur, deturque illis, qui voluptatum delinimenta quærentes, omne suum studium, verborum in lumina contulerunt; cum de rebus agitur, ab ostentatione semotis, quid dicatur spectandum est, non quali cum amænitate dicatur, nec quid aures commulceat, sed quas afferat audientibus utilitates, maximè cum sciamus etiam quosdam sapientiæ deditos, non tantum abiecisse sermonis cultum; verum etiam, cum possent ornatius, atque vberius loqui, triuiale studio humilitatè sequutos, ne corrumperent scilicet grauitatis rigorem, & sophistica se potius ostentatione iactarèt. Enimuero dissoluti est pectoris in rebus serijs quærere voluptatè, & cum malè se habētibus atque egrjs, sonos auribus infundere dulciores, nō medicinā vulneribus admouere.] Chr: Neque vero (inquit) eum sermonē laudauerim, qui fastu tumidus, externæ peritiæ iactantiā sequitur; sed qui virtutis, ac succi habeat plurimum, qui sensibus grauis sit, & sapientiā plenus, Nō ergo apparatu illi opus est, & pompa dicēdi, sed intelli- gētia ac viribus ad id, quod sentit eloquendū idoneis.] Et iterū, hac re dicit subuerti Ecclesias, quod auditores velint audire sermonem, non qui cōpungat, sed qui oblectet, & tinnulo strepitu, & verborum compositione, tamquam cytharædis, & cantoribus operam darent, & prauo populi studio prædicatores obsequantur.] de quibus subdit flosculus verborum, & compositionem, & harmoniam curiosius sectamur, vt canamus, non vt profimus, vt simus, in admiratione, non vt doceamus, vt delectemur, non vt compungamus, vt plausu, & laudibus obtentis abeamus, non vt mores componamus.] S. Naz. ait, primam sapientiam esse pro nihilo ducere eam sapientiam, quæ in verbis, & dictionum argutijs, ac fucatis, & superuacaneis disputationibus sita est, & fuit quoddam tempus (inquit) cum res nostræ flourerēt, cum nimirum superflua hæc, & verborum lepore atque arte facta, tractandæ Theologiæ ratio, ad diuinas caulas ne aditum quidem haberet.] In oratione de se conqueritur, Christianam pietatem, simplicem prius, artisque expertem,

Arnobius
Lib. 1. con-
tra Gētes.

S. Chrysost.
Homil. 15.
ad Tim.

Hom. 30.
in Act. Ap.

S. Nazia.
Orat. de
plaga grā-
dinis.

Orat. de
S. Athan.
De Affec-
tibus.
Cath. Con-
stant.

fucatam, & genus quoddam politices effectum a foro ad sancta translata, a Theatris ad abdita sacra, ut si audacius loqui liceat (inquit) duæ iam scenæ sint, hoc discrimine inter se distinctæ, quod illa omnibus pateat (idest prophana) hæc quibusdam illa fideatur, hæc honore floreat, illa denique Theatrica, hæc spiritualis nominetur.] S. Hieron. Tam enim, in Ecclesia, ista queruntur, omiffaque Apostolicorum simplicitate ac puritate verborum, quasi ad Athenæum, & ad auditoria convenitur, ut plausus circumstantium fuscitentur, ut Oratio Rhetoricæ arte fucata mendacio, quasi quædam meretricula procedat in publicum, non tam eruditura populos, quam fauorem populi quaerit, & in modum psalterij, & tibiæ dulces canentis sensus demulceat audientium, ut verè illud Prophetæ Ezechielis nostris

Es. c. 33. temporibus possit aptari, dicente Domino ad eum, Et factus est eis quasi vox cytharæ suavè canentis, & benè compositæ, & audiunt verba tua, & non faciunt ea] Idem Hieron. qualem a sacro doctore eloquentiam requirat, in hunc modum exponit. Docente te in Ecclesia, non clamor populi, sed gemitus suscitetur, lachrymæ auditorum, laudes tuæ sint. Nolo te declamatorum esse, & rabulam, garrulumque sine ratione, sed mysteriorum peritum, & sacramentorum Dei tui eruditissimum.

S. Aug. 4. de Doct. Chr. c. 14. Verba voluere, & celeritate dicendi, apud imperitum vulgus admirationem sui facere, indoctorum hominum est.] Sanctum Augustinum audiamus, In populo autem gravi (ait) de quo dictum est in populo gravi laudabo te, nec illa suavitas debet stabilis esse, qua non quidem iniqua diliguntur, sed exigua & fragilia bona, spumeo verborum ambitu, ornantur, quali nec magna, nec stabilia, decenter, & graviter ornarentur. Est talis aliquid in Epistola Beati Cypriani, quod ideo puto, vel accidisse, vel consultò factum esse, ut sciretur a posteris quam linguam doctrinæ Christianæ sanitas, ab ista redundantia reuocaret, & ad eloquentiam grauiorem, modestioremque restrinxerit, qualis in eius cõsequentibus literis securè amatur, religiosè appetitur, sed difficillimè impletur. Quod autem hic S. Aug. de Cypriani refert profectu, idem Arnobius quoque (si ramentis eius sunt cõmentarij in psalmos) videtur ex Christiana disciplina lucrum fecisse, ut luxuriantem, in libris contra gentes facundiam, plurimum castigaret, Itemque vir eloquentissimus cum poeticam tum oratoriã dicendi vim etiam ante, grauem & modestam, vltro ad simplicitatem summissit Sanctus Hieronymus.

S. Paulin. Paulinus, post pietatem Christianam, toto pectore acceptam cum poeticam tum oratoriã dicendi vim etiam ante, grauem & modestam, vltro ad simplicitatem summissit Sanctus Hieronymus.

pus. Apostolorum vicinus temporibus, dicitur, ecclesiasticam *S. Heger-
historiam*, simplici stylo scripsisse, ut quorum vitam, se etaba-
tur, dicendi quoque exprimeret charactere. Et planè hic fuit sem-
per in sancta Ecclesia sèsus, ut Christianorù sermo, nescio quid
porius neglectum, quam comptum nimis referret, ut hac quoq;
in re a sæculi vanitate, ac leuitate, longius abesset; Nam quem-
admodum paupertatem, Humilitatem, & contemptionem re-
rum terrenarum a Christo sciebant prædicatam, & curas ho-
minum omnes ad cælestia sublatas, ita intelligebant; cum sæ-
culi pompis, quibus renuntiabant in baptismo, etiam sermo-
nis pompæ renuntiandum. Videmus hodieque id fieri, ut lepo-
res dicendi, venustatesque, a viris, qui se penitus Deo tradi-
derunt, vel refecentur omninò, vel maxima ex parte coercean-
tur, ut quæ ad solidum fructum nihil adiumenti, impedimenti
plurimum afferant. Ex his, & prophanorum, & sacrorum au-
thorum testimonijs, manifestum fit, genus eloquentiæ valdè ex-
quisitum, ubique, sed præcipuè in rebus philosophicis, & graui-
bus repræhendi, vnde facillè concluditur, quantùm debeat a re-
bus sacris abesse. Ambr. item, Quod (inquit) luxuriat in flore *S. Ambros.
sermonis, tenuatur & hebetatur in fructu. Adijciat vltimo lo-
co, suam hac de re sententiã D. Prosper Sententiarum vit, S. Prosper
lib. de Vita
Contem:
ad finem.
Ludouicus
Blosius,
Initio ope-
rum suo-
rum.*
tota de re ita censuit; Sanè (inquit) talem me esse profiteor,
qui aliquid facundè dicere, neque posse si vellem, neque velle,
si possem, pietati admodum amica est simplicitas, fitque, ne-
scio quo pacto, ut verba exulta, cor plerumque non tam pe-
netrent, quam demulceant] & post aliqua addit nimius elo-
quentiæ amor, mentes eorum, qui minus affecti sunt, facillimè
a Deo, ac pietate auocat, & in præcipitium philaphtiæ super-
biæ, & cenodoxiæ pertractas, velut atheas reddit.

*Respondetur ijs, qui ornatum insignem in sacro
Oratore probant. Cap. VII.*

Rationes vero in contrariam partem allatæ, iam satis opi-
nor, explicatæ sunt, tot grauiſſimorum hominum senten-
tijs, vel certè ipso authoritatis pondere, ut ita dicam, obrite,
tamen, ut aliquid propriè de ijs dicamus. Primum statuendum
est quod ante disseruimus, neque eloquentiam, neque eius or-
namen-

namenta recusari a nobis, dummodò & dicentis personæ, quæ Deum refert, & rebus de quibus dicit, conueniant, sed solum reprehendi, quod vel in sententiarum, vel in verborum genere, sit nimis lacinosum, floridum, ac leue, Error enim est maximus, existimare, quia populo facillè imponit circulator quilibet, fucò, & vana pictura sermonis, licere eodem modo agere quodammodo circulatorem in suggestu. Nobis enim non venditandæ sunt merces, non laborandum vt simpliciorum mentibus, fucum faciamus, Non denique Index iratus, insidiosè captandus, non tenenda suauitate orationis, strepens & vaga concio, sed fidelis populus cohortandus ad sancta. Est certè magnopere obseruandum, discrimen sacrarum, prophanarumque concionum: Ad prophanas, siue iudicia tractentur, siue deliberationes per pauci confluunt, quorum res interfit, plerique causa voluptatis. Qui vero ad sacrum Oratorem conueniunt, tamquam ad rem suam conueniunt, causa hic agitur singulorum, & causa capitalis. Quorsum igitur hic Calamistræ quosdam laciniæ ac phaleræ orationis, strosuliqui inanes, vbi parua li petunt panem, & non est qui frangat? vbi de salute quisque periclitatur æterna? Miserandi sunt sanè mortales, plerique in rebus, & in hac maximè, qui laudant eos concionatores, quibus, nil nisi lenissimam voluptatem reportant. Nam si in ipsorum causa graui apud Iudices, eo pacto loqui patronum suum audirent, quomodo id ferrent? quam vellent, cum non tam iucundè, quam acriter, ac verè dicere? Et tamen cum anima, non corporis causas agat concionator, plaudunt alia omnia potius, quam causam ipsam agenti. Hæc planè, si Concionator, quemadmodum vera sunt, ita seriò apud se reputet, videbit, quam absurdum sit aures scalpere, vbi cordi laceratæ ægrotanti, faciendæ est medicina. Deinde falsum est, quia res sacræ præstantissimæ sunt, ideo rhetoricis ornamentis quibuslibet induendas esse, nam ista compta, & benè pexa oratio, ex prætiosa lumina veræ facundiæ, sunt friuola quædam, & ludæra quasi crepundia, quæ speciem habent, non corpus, inani quædam acroamata, Adhibe germana ponderosa, seria ornamenta, non veto. Talia Sancti Patres adhibuere, de quibus paulo post dicam. Nam quod de sacris vestibus, Musica atque adeo de templis ex Apro, supra attulimus, partim simile est, partim toto cælo dissimile. Nimirum quemadmodum eloquentiam sacram, dicimus seriam, & grauem esse debere, Ita ph

Respondetur ad Aprum de sacris vestibus Musica & templis.

lofophamur de musica sacra, nimirum quantum in genere mu-
 sicæ situm est, ad animos variè fingendos, itaut non sine causa,
 quidam antiquorum sapientum, ex commutatione Musicae, sta-
 tum commutari Ciuitatum affirmet, & quasdam ob eam rem,
 mutatas, in exemplum adducant: sicut ergo non decet leues
 esse, prophanosq; & quiddam petulans, sapientes musicae sacrae
 modos, ita sobrium ac sanum esse debet Christiani oratoris elo-
 quium, vt populus quemadmodum Cyprianus loquitur audiat
 non diferta, sed fortia. Nec valde absumilis est ratio picturae, in
 qua sacris praesertim in locis, nihil prophani esse deberet ad-
 mixtum. Quid enim magis dedecet, quam cum oculos in sa-
 cram tabulam, conijcis, vt pietatem accendas, incurrere in
 formosulam mulierculam, vel in terga nuda, torosaq; brachia
 robusti licitoris? Nihil ibi decet, spectati non sanctum, nihil
 quod oculos animumque auocet, ab eo, quod spectandum, co-
 lendumque proponitur. Nec tamen idcirco, parerga pictori-
 bus interdiximus, & picturae genus, strigosum, ac triste praeci-
 pimus, sed vt grauia adhibeat ornamenta, quaeque ei, quod prae-
 cipue pingitur, & causa ob quam pingitur, inferuiant, non au-
 tem aduerferentur, talisq; etiam, proportione, esse debet oratio-
 nis cultus, vt tota dicitio ad propositum finem accommodetur,
 atque eloquutio consentiat, apteque subseruiat rebus.

*Hier. ep. 2.
ad nepot.*

Dissimilis vero templorum, & sacrae supellectilis, magna
 ex parte, ratio est, & ex parte similis. Quippe & suam quam-
 dam formam habent haec, a populari secretam, & a prophana
 distinctam; quamuis enim, pretiosissima quaeque, maximè di-
 uino cultui debeantur, quia hoc modo ostendimus, quanti à
 nobis fiat Deus ipse, & a quo omnia habemus, optima conse-
 eramus, tamen certus est modus, sacrarum vestium, certa fi-
 gura sacrarum aedium, quas si quis ad prophanam speciem,
 quamuis fortè curiosiorem vellet redigere, nemo pateretur.
 Ita sua debet esse dictioni sacrae nota, quae a prophana distet,
 non declamatoria subtilitas, non poeticus nitor, nec sophisti-
 ca ostentatio, & alia, id genus prophana ornamenta ingeri in
 eam debent: Deinde templorum magnificentiae, splendorique
 sacrarum vestium, ille est propositus finis, vt maiestate quadam
 animos populi imbuat, & ad aeterni numinis comprehendendam,
 mente praestantiam, iuuet. Qui finis, vt palam fit experi-
 mento, optimè ex earum rerum pretio, artificioque existit.
 Sed contra planè, sumptuosiore oratoris gaza, videmus acci-
 dere. Non enim qui eam ditiozem ex populi aestimatione adhi-
 bet,

et q. 111
de q. 111

bet, plures ad virtutem adducit, sed potius pauciores, Vnde manifestum fit, talem apparatus, fini, qui sacro oratori propositus est, vtilem aptumque non esse. Quod si talem adhibeas, verborum, sententiarumque suo loco magnificentiam, vt audientes veneratione Dei impleas, & infinitam eius maiestatem, efficacius eis representes, istud sine dubio, laudabile, verumque ac sanctae eloquentiae opus est. Nam & ipsa templa, quorum splendorem, ornatumque miramur videmus, quanta mole consistant, quam firmis, seu pilis, seu columnis nitantur. Sed error in eo est, quod orationi non adduntur ornamenta, sed et eis tota componitur, Id solum habet, quod accessio templis est, At firmitatem, sententiarum, grauitatem affectuum, pondus argumentorum non habet. Praterea habet illud proprium oratio, vt quoniam valde coniuncta est cum dicente, simul ipsius mores exprimat, simulque auditorum mentes rapiat ad cogitandum, & iudicandum de ipso oratore, quod in templis, decorumque vestium ornatu non fit, Non enim cum videt populus Sacerdotem pulcherrime vestitum inde delectari eum, populi vestium arbitrat, nec leuiculum ex eo iudicat, itemque in ornatu templi, quamuis feratur saepe cogitatio spectantis, in conditoris quoque magnificentiam, nihil tamen offenditur, quia magnificentia virtus est. Et quamuis hic quoque possit habere locum vanagloriae & ostentatio, tamen populus in meliorem partem interpretatur, quia non tam certum hoc iudicium animi, vt oratio, nec tam saepe euenit, vt ostentatio quaratur in adificatione templi, quam saepe vsu venit, vt quaratur in tali dicendi genere. Itaque cum templum populus magnificentiam spectat, si de authore cogitat, laudat quod in honorem Dei impendium magnifice fecerit. In oratione autem cum quilibet hilarius auditur, mens nostra statim transuolat ad cogitandum ipsum oratoris ingenium. Et quia vt saepe dictum est, oratio est index animi, facile de animo ipso iudicium fert, lenemque & curiosum potius, quam accuratum pronunciat. Denique ornatus in templis, ac vestibus sacris, si solum ornatus est, non prophanis leuitatibus (vt de musica & tabulis pictis dicitur) corruptus, nequaquam pietati, & suae quasi significationi officit, sed magis prodesse solet. At Oratio officit sententiae, cuius splendidior est, & comptior, motui vero animorum, qui veritate maxime suscitatur, & candore verborum simpliciori, vehementer repugnat.

Qua-

Qualis sit Eloquentia Sanctorum Patrum.

Cap. VIII.

Vernm difficile fortasse videbitur respondere, de Sanctorum Patrum exemplis, re autem ipsa nihil facilius; nam quid ipsi de spumeo dicendi genere, de pompa orationis, de lenocinijs, & calamistris Rhetoricorum censuerint, satis expositum est supra. Deinde obseruanda sunt duo. Primum, quæ fuerit eloquentia eorum tæporum, quibus patres extiterunt, deinde nos habere eorū scripta, non audire voces ad populum, fuere Patres ij, quorum eloquentia celebratur eo tæpore, cum in sæculo (vt ipsi loquuntur) idest inter Ethnicos florebat eloquentia planè corrupta, quæ corruptio non in eo est, quod magis barbare tū oratores loquerentur quā veteres, quāquam & hoc verū est, sed in eo, quod à prisca seneritate, vi, veritateque actionis delapsi erant, ad sentiolarum ineptias, & vocularum flosculos, & compositionis cincinnos, Denique ab animis auditorum, orationem ad aures transtulerant. Quippè, cum perisissent, verè eloquentia præmia, & iam locus prope tantum panegiricis relictus esset; omnem curam non ad victoriam causæ, quam rarò veram tractabant, sed ad ostentationem ingenij conferebant, & illa veterum oratorum verà in foro, siue in curiâ, dimicatio, ad inania declamatorum in scholis simulacra redierat, in quo ludicio multi confescebant. Qualis autem esset declamantium cura ex Seneca cernitur Qui (ait) declamationem parat, scribit non vt vincat, sed, vt placeat, omnia itaque lenocinia conquirat, argumentationes, quia molestæ sunt, & minimum habent floris, relinquit, sententijs, explanationibusque audientes delinire contentus est; cupit enim se approbare, non causam;] Sequitur autem hoc vsque in forum declamatores, vitium, vt necessaria deserant, dum speciosa sectantur.] Ego de meo adderem verbis Senecæ, etiam nūm, vsque ad templa, vt fructuosa, taceant, dum inania predicant, Plinius etiam de forensi ipso genere dicendi, pudet (inquit) referre, quæ, quam fræta pronunciatione dicantur, quibus quæ teneris clamoribus excipiantur, plausus tantum, ac potius sola Cymbala, & timpana, illis canticis defunt.] Hæc igitur eloquentiæ effigies, potius quam facies; cum eo tempore superesset, & ab eisdem magistris Christiani Ethnicique, declamandi præceptis imbuerentur, inde factum est, vt nonnihil, ex colore eius

Lib. 9. con
trouers. in
proem.

Li. 2. ep. 4.

eius eloquentiæ, quæ tum florebat, ipsis quoque adhæresceret. Neque enim negari potest quin in sancto Hieronymo, Ambrosio, Chrysologo, Nazianzeno, declamatorium quiddam interdum appareat, quod tamen ex disciplina puerilis ætatis habitum ipsi maxime temperarunt; Non ita licet animaduertere in Sancto Augustino cuius eloquentia, quid castius, quid simplicius, quid ad ea quæ ipse tractat accomodatius, atque etiam validius fingi potest? Nam quod Hæreticus Cresconius contus sit, eam tamquam fallacem vocare in invidiam, id ostendit efficacem, non affectatam fuisse, quod Hæretico dolebat. Nec in Chrysostomo quicquam licet declamatorium obseruare & si quid interdum venustius affert, mira prudentia ad utilitatem concionis accomodat, Basilius vero quamuis Attica eloquentia nulli cædat veterum, ea tamen elegantia est verè Atticæ, id est succi plena, grauis, sancta de quo Nazian. Quis potest (inquit) dictionem habuit animi sensa melius interpretatam, ita ut neutro, multorum instar claudicaret, nempe vel metate sermonis experte, vel sermone mentis inope?] & mox de eius operibus, Cum Hexameron illius in manus sumo, atque in cor habeo, cum creatore coniungor, & cum martyrum encomia lego corpus aspernor, & cum ijs, qui laudibus efferuntur, animo verborum, atque ad certamen excitior. Cum orationes eas quas de moribus, & bene viuendi ratione scripsit in manu accipio, corpore, & animo purgor, templumque Dei caput efficior, atque instrumentum musicum, a spiritu pulsatum, diuinamque gloriam & potentiam decantans, hoc reconciliator & componor, atque in alium virum migro, diuinitusque componitor] Hæc Nazian. de Bas. dictione. Talem vtiq; componitores, omnes nanciscantur dicendi vim, quæ auditores ita afficiat, atque commutet. Dixi præterea nos non vocem sanctorum patrum audire, sed scripta legere. Plurimum autem differt stylus scriptionis a vera ad populum actione, quæ etiam scribuntur, quia omni generi hominum, omnique futuro tempore comparantur, elaboratius, limatiusque scribuntur, ut si ipsi cultura suppleat, quod deest ex viuâ voce, quæ ad audiendum animos attentè, & iucundè tenendos plurimum valet. Et illi ipsi qui suas orationes vulgarunt, aliter dixere, aliter ediderunt, qui profitetur. se emendare, & limare, quæ dixerat, ut deinde in vulgus ederet; Adde quod sancti Patres, non solum Christianis, sed etiam scribebant Ethnicis, quos cum scirent vitata

Eloquentia
S. Augustini.

Eloquentia
S. Basilij.
Orat. fune-
bri in laudem
Basilij.

Epist. 20.
lib. 20.

vilitata illa eius ætatis, amariore orationis pictura delectari,
 eorum quoque aliquantum, sibi feruendum gustui, existima-
 bant, duplicem ob causam, tum vt ipsos ad legendum vel au-
 diendum esca illa pellicerent, tum vt ostenderent Christianos,
 qui ob simplicitatem, ante contemnebantur, & ipsos posse si
 vellent comere orationem ac pingere. Lactantius quidem elo-
 quentiæ facultatem, si non qualis fuit Ciceroni, saltem proximi-
 mam optat, vel quod (inquit) magis possent credere homines
 ornata veritati, qui etiam mendacio credunt, capti orationis
 ornatu, lenocinioque verborum, vel certè vt ipsi Philosophi
 suis armis potissimum, quibus placere sibi, & confidere solèt,
 opprimerentur à nobis. Ea quoque propria fuit causa Nazian-
 zeno in poeticum stylum assurgendi, vt Iuliani Apostatæ cona-
 tibus contrairret. Quamquam illa Nazianzeni in soluta quo-
 que oratione, poetica vis, adeo abest à leuitate, tantam & ma-
 iestatem & sanctitatem præferret, vt non poeticum tumorem,
 sed ardorem Propheticum, & afflatum planè diuinum spiret.
 Nam qualis esset eius oratio, ipsemet describit. Nihil (inquit)
 molle, ac remissum, nihil numerosa concinnitate, multitudini
 iucundum eloquar, malam quippè gratiam amatoribus meis
 rependerem, hoc orationis genere vtens, verum admodum ro-
 busta, & acri ac vehementi dicendi ratione vtar, & qua ipsi
 meliõres efficiemini, nimirum à carne ad spiritum translati,
 animisque in altum erecti.] Obseruandum hoc loco & illud est,
 in sanctorum veterum orationibus, non facilè apparere conten-
 tionem quamdam vehementè, si vnum excepias Chrysostomum,
 quæ in loco, nostris temporibus adhibenda est. Quod duplici
 ex causa, vt opinor euenit, primum quia (vt dixi) non ita vt
 habitæ, scriptæ orationes sunt, illa enim maximè refecantur in
 editione, quæ genus hoc contentionum nostrarum habent, ni-
 mis fusæ, explanationes, exclamationes, eiusdemque rei cre-
 bra inculcatio, & similia. Deinde quia ferè Episcopi conciona-
 bantur, quos non decet illa adeo grauis commotio, eaque
 actio quæ comitatur incitatissimam orationem. Adhæc cum
 (vt dixi) philosophorum veterum sermonibus, nostræ hæ cohorta-
 tiones respondeant, etiam sedatum illum, ac moderatum,
 philosophicæ dictionis characterem imitabantur. Sanè fuisse
 orationem, tum disserendi, tum agendi genere, familiarem,
 nomen ipsum, quo plerasq; suarum actionum inscribere, signi-
 ficat. cum vel Homilias Græco, vel sermones latino vocabulo
 appellarunt. Postremò consideranda est ipsa hominum sancti-
 tas,

Lib. 3. inf.
c. 1. initio.

Eloquentia
 S. Nazian.

In Orat. ad
 Iul. Trib. exe-
 quotorem.

tas, & grauitas sententiarum, nam quamquam compositio est
set interdum elaboratior, talis tamen erat ut appareret, verba
feruire non dominari, quod facile in S. Leonis maiestate intel-
ligitur; Sanctitas vero sententiarum cum solida perfectaque
dicentium sanctitate coniuncta, omnem leuitatis suspicionem
longissimè remouebat. Ac profectò sic statuendum est, quo
quisque ornatiùs dicere vult, hoc ei laborandum magis, ut sit
ipse sanctior, & sanctiora dicat, ut hac opinione leuitatis suspi-
cionem excludat. Quare ita hoc caput absoluerim, esto San-
ctus, & loquere ut libet, non dubito quin quoquo modo loqui-
ris, sis optimè loquuturus. Contra tamen euenire vsu videmus
ut qui curiosius in facienda oratione occupantur, ij minus po-
tentur de solida virtute solliciti. Iterum igitur, repeto loqui-
tur in te spiritus Dei, & sum certus, non defuturam eloquenti-
vim singularem, quæ auditores ad se rapiat, & attentissimos
habeat, nam vbi ex abundantia spiritus Dei, os loquitur, verba
efficacissima, copiosius & ardentius sine dubio fluunt, quam
quæ stylus humanæ eloquentiæ potuerit excogitare.

Quæ Concionatores iuniores Eloquentia deceat.
Cap. IX.

Cum ea, quæ hæcenus de nimio oratoris ornatu disseri-
mus, plerique vera esse concedant, quorundam è iunio-
ribus restat, ut discutiamus errorem, qui dicitare solet.
Amènius quoddam, & floridius dicendi genus, florentem de-
cere ætatem. Quidam & illud addunt, indulgendum prin-
cipio auribus populi, dum famam, autoritatemque colligant,
quæ præsidio deinde sit, cum ad conuocandos auditores, tum
ad agendum efficacius, vbi vero hæc parauerint grauius, san-
ctiusque dicturos. Quæ si verè considerantur, solum dicuntur
ad ambitionis, & leuitatis obtentum. Sed etiam si ex animi
dicantur sententia, proculdubio ex praua opinione dicuntur.
Quem enim fingimus Euangelicum cõcionatorem? an imber-
bem aliquem, adolescentem, ex ijs, qui rudimenta in schola-
sticis declamationibus ponunt, vel apud præfatos olim Roma-
nos, specimen ingenij, & industriæ nunc funebribus laudatio-
nibus, nunc accusationibus dabant? satis enim in prima osten-
sum est parte tam graui muneri, necessariam etiam ætatis ma-
tunitatem. Nunquam igitur nostri oratoris erit, ætatis ex-
tenuitas, ut illam foscule, & cincinnuli, ut bellaria, & crepus-
cula

Nō decet iu-
uenem minus
grauis Elo-
quentia.

dia deceant, sed viro (ait Seneca) captare flosculos turpe est, *Epist. 32.*
 sed fac esse quantumvis iuuenem, an propterea quia iuuenis
 est, Dei legatus non est, & organum Sancti Spiritus, & os Chri-
 sti non est? Non crucem ipse quoque prædicat? non & gehem-
 nam, non medicum animorum agit? Hanc igitur personam,
 qui tantâ sustinet, talia qui tractat, cuius cuius ætatis sit leuior
 eum decebit ornatus? Atqui nulli magis ætati necessaria est
 grauitas morum, si hoc munere fungitur concionandi, quam
 cui grauitas deest annorum, vt suppleat sensuum canities, se-
 necentis authoritatem, eoque magis, quod cum animi index,
 & quasi vultus oratio sit, sine dubio, vt præcipua iuuenes, in
 rebus cæteris decet modestia, ita in concione decebit modesta
 grauitas. Nam quo magis solet ætas florens leuioribus dele-
 ctari, hoc studiosius debet ab eo, qui grauem personam sustinet,
 lenitas euitari, quia statim elucet, nec habet vlla quasi integu-
 menta, quibus obscuratur. Itaque statim ex dictione, actione,
 & cæteris externis argumentis, animus ipse leuis, curiosus,
 breuiter, iuuenilis agnoscitur. Quod autem habebit pondus ora-
 tio, si leuiculum se profitetur Orator? Qui vero dicitant se,
 tantisper velle indulgere auribus populi, dum famam captent,
 & concursus faciant, his error, specie subtilior, re ipsa crassior,
 ac stultior illudit. Nam primum valde suspecta esse debet in
 hac re synceritas intentionis, lubrica est cupiditas laudis, insi-
 nuat se blandissimè, & admodum familiare habet integumen-
 tum, boni publici nomen, sed minus esset timenda, cum res,
 quæ sit omnino per se laudabilis esset, At cum hic de quo agi-
 tur, orationis cultus per sese non laudetur à viris grauibus,
 sed vituperetur, satis apertum est, indicium nequaquam recto,
 prudentique assumi consilio. Sed quæro quam veneris famam?
 Dices profectò viri grauis, boniq; concionatoris; Id autem,
 si ita est, quid potest esse stultius, quam ad famam grauitatis,
 per leuitatem tendere? toto aberras cælo, aliò tendis, aliò,
 quam iniisti, via te ducit: Ista ratione, vel nullam vnquam, vel
 nonnisi concionatoris, leuis, & iactabundi, & circulantis famam
 acquires. Hæc autem non utilis est, sed maximè inimica fru-
 ctui, Vtilis ad profectum, authoritas est viri serij, religiosi mûdo
 crucifixi, ita tractantis Euangelium tãquam vt vere est, verbum
 Dei. sic nos existimet homo (ait Pau.) vt ministros Christi, &
 dispensatores mysteriorum Dei. Perpende, quid sit esse ministrum
 Christi, quid sit esse dispensatorem mysteriorum Dei, & intel-
 liges qua via gradiendum sit, vt talem te homines existiment.

Non

Synceritas in
 intentionis su-
 specta in tali
 iuuenes.

Prima con-
suetudo vix
vnquam mu-
tatur .

Non enim hæc opinio , nisi ex vitæ & orationis sanctitate colligitur , Quid porrò? nonne ipsimet fatentur elegantiorẽ , illam dicendi , viam , minus vtilem esse , quam seriam & fortem ? quid igitur minus conueniẽs est , quam iuuandi animas , certam occasionem omittere ob incertam spem ? Nonne quæso , homines sunt qui nunc te audiunt , a Christo redempti ? Cur vt alijs quibusdam , fortassè olim profis , hos prodis ? an non hoc simile est medico , per mortes eorum , quos curandos suscipit , medendi peritiam colligenti ? Sed tamen superest aliquid fortassè in toto hoc genere , iuniorum concionatorum multo grauius , idque est , quod illud genus dicendi , quamuis dicant se mutatuos , falluntur , mutare enim quamuis postea velint , non queunt . Hortensius olim inter Romanos oratores habitus est leuior , nec vitium iuuentutis vlla vnquam senectus obliterauit . Patri nostro Iacobo Lainio , Cornelius Episcopus Bitūtinus , aliquando discretè affirmavit ita se assueuisse in suo dicendi genere , vt quicquam intelligeret , debere grauius atque vtilius adhiberi , nequaquam tamen posset . In alijs omnibus obseruare hoc huiusmodi concionatoribus licet , vt commune illud , etiam in ipsos quadret prouerbiũ . Adolescens iuxta viam suam etiam cum senuerit , non recedet ab ea . Rationes autem , quare concionatores , modum dicendi corrigere non possint , aperte sunt . Primum quia iudicium deprauant paulatim , vt seria interno scete haud satis possint , itaque quantumuis conentur seriam conseruari non assequuntur , ac tum quoque cum sibi videtur grauius agere hærent adhuc in nugis . Deinde quia timent , ne si viam dicendi , qua hætenus placuerunt , deserant & nouam ingrediatur , non placeant . Timent etiam sermones populi , pudetque errorem corrigere , ne se fateantur errasse ; præterea quia cum omnia mutanda sint , & verba , & sententiæ & gestus quidquid adhuc coaceruarunt materiæ , quod concionum scribere , quicquid assueuerunt in gestu , totũ inutile est , totum abiciant , totum mutant , necesse est . In eoque labor duplex est assumendus , alter vt dedoceant ipsi , quodammodo se , & incertijs liberent , alter vt bona conquirant , scribant , pronuncient . Id autem faciendum est , cum ætas est grauior , cum laboribus fessa , & nouorum laborum , propè impatiens , quæ tam molesta sunt , vt qui male ceperunt , necessitas penè adigat in errore persistere . Ab initio igitur , tendendum ad optimum est , ita parabitur vera opinio , Ita aliqui interim lucrifient , ita vsus bonus , atque exercitatio erit ad meliora profectus , ita denique

si ni-

si nihil aliud, decorum personæ, munerisque grauiſſimi, perpetuo conſequabitur.

Veram, falſamque eloquentiam ex ſine, fruſtuque ſpectandam. Cap. X.

His adeo ſuſe diſputatis, adhuc tamen, quia nos quoque concedimus, aliquem orationis ornatum, Superſt diſſicultas, Qualis tandem ornatus hic eſſe debeat, ne modum excedat, Optima omnium regula eſt ſinis, vt ſupra poſuimus, is autem eſt, non frequentia concionis, non populi concurſus & plauſus, ſed fruſtus, ſi enim nullus aut modicus exiſtat, pro certo habeat, is qui dicit, ſe bene non dicere. Non enim loquimur, de ijs qui nihil efficiunt, quod eloquentiam non corruptam, ſed nullam habent, ſed de ijs, qui profitentur ſe copioſe, & ornate dicere. Et quamquam non eſt in manu dicentis, cor penetrare auditoris, niſi Spiritus ſanctus aperiat, tamen ita videmus uſu venire, vt adminiculis bonæ eloquentiæ Spiritus ſanctus utatur. Atque hoc argumentum tanto erit certius, quanto maior eſt ad concionatorem concurſus, ſi enim auditores non ſunt meliores, apparet, eos ad audiendum, non ſpiritualis profectus, ſed curioſæ oblectationis cupiditate duci. Socrates optimè in Gorgia apud Platõnem, dum quærit, an quidam apud Græcos arte dicendi celebres, verè boni oratores fuiſſent, interrogat, meliores ne ſuos ciues dicendo facerint, Et inde non verè fuiſſe oratores colligit, quod Ciuium animis, nullum virtutis fruſtum attulerant. Sanctus Chriſoſt. dolebat vehemèter, quod plauſu ipſo fruſtus impediretur auditorum. (vbi inquit) domum redeo, & intelligo plaudentes ſine fruſtu abiſſe, & ſi fruſtum accipere poterant, a plauſu, & laudibus periſſe, ploro, & gemo, & lachrymor, & quaſi fruſtra omnia dixirim, ſic afficio.] Serio igitur, cupidus Deo placendi, & lucrandi animas, concionator imitetur Sactum hunc Episcopum. Examine labores, ſuos & coram Deo reputet, quam multos ſuo dicendi genere a vitijs abſtraxerit, ad religioſam vitam induxerit, ad condonandas iniurias flexerit, & alia ſancta opera pellegerit, ſi hæc rara ſunt, aut nulla reperiatur, quamuis audiatur à concione frequentiffima, tamen intelligat ſe non rectam viam tenere, & rationem, eo ſeuerius redditurum, quo ſemen diuini verbi tam exiguo cum prouentu, maiorem in agrum ſpargit. Ex hoc capite intelligimus, Sanctum

Ex fruſtu di-
iudicatur ve-
ra eloquentia
non ex con-
curſu populi.
Greg. lib.
Moral. 29
c. 13.
Optimè So-
cratis Iudi-
cium.
Hom. 30.
in Acta.



Franciscum, Dominicum, Antonium Patavinum, Vincentium
ferrerium, Bernardinum Senensem, & alios huius note viros
optima usus forma dicendi, quia ex eorum concionibus fructus
amplissimi provenere: Alios autem, plerosque nostri temporis,
quos nominare opus non est, quamvis famam eloquentia ma-
ximam consequuti sint, quamvis ad eos audiendos, vrbes totas
concurrerent, quia tamen nulla aut perexigua, ex eorum or-
ationibus existeret utilitas, eloquentia vera, & Christiani ora-
toris propria caruisse. Considerentur & ipsi Ethnicorum ora-
tores, apparebit qui principes habeantur, haud sane celebra-
tem adeptos, quod leniter solum multitudinem delectarent,
sed quod in sententiam suam perducerent. Siquis es, qui De-

Exemplū Ci-
ceronis, ac
Demosthe-
nis.
Nat. His-
toria l. 7.
c. 30.

mosthenem, qui Tullium admiraris, emulare illorum nervos,
illam vim, contentionemque dicendi, Cicero, quamvis etiam
a quibusdam severioribus Romanis aliquando paulo levior ha-
beretur, tamen sic dicebat semper, maximis clamoribus, &
contentione summa, ut totus arderet, lachrymas quidem adeo
excutiebat auditoribus pro sua voluntate, ut si quando una
causa a pluribus ageretur, peroratio illi relinqueretur. Quis
autem eloquentia non effecit? Te (inquit Plinius) dicente,
legem Agrariam, id est alimenta sua abdicaverunt tribus, &
suadente, Roscio Theatralis auctori legis ignoverant, notata
que discrimine sedes a quo animo tulerunt, te orante, prole-
ptorum liberos, honores petere puduit, tuum Caralina fign-
ingenium, Tu Marcum Antonium proseripisti. De Demo-
sthene quid dicam? Extat apud Plutarchum vita, non enim
Ethnicorum mihi congerere Encomia vacat, Illud solum vobis
intelligi, eloquentiam ex fructu, effectuque spectandam, id est
non modo nostrorum, certum esse, iudicio sapientum, sed ple-
ne etiam Ethnicorum, quod ea quoque ratione ostenditur.
Nam cum verba, nota sint rerum, ac sensuum animi, eo melio-
ra esse, necesse est, quod melius aptiusque ad propositum finem
significant: Si ipse voces, magis quam res eluceant, perre-
sum est, perinde ac si servus, quam domino conciliare spon-
sam debuit, ad sese pelliciat id fit, cum auditoris mens magis
obtutum figit, in verba dicentis, quam in sententias.

Vera eloque-
ria afficit cor
da.

Ac proinde, optimum indicium est bonae dictionis, quando
sic afficitur auditor, ut de anima sua cogitet, non de dicente
ingenio. Verba sunt instar acum, ut haec optima, quae facti-
lime insiguntur, ad fila introducenda, Ita illa aptissima, quae
ad insinuanda sancta praecipua, altissime in pectus descendunt.
Est

Est igitur diligenter cavendum, ut id fiat in delectatis styli oratorij, quod fit in ceteris instrumentis; prima instrumenti virtus est utilitas. Deinde si aliquis decor accedat, non reprehenditur, modo intra fines consistat; modestus gladius non ille melior, qui ex pretiosiore materia constatus sit, sed qui acutioremp ac firmiorem aciem habeat. Item calamus non ex venustate, sed ex usu estimatur. Quare cum finis oratoris, & eloquentiæ sit doctrina & motus ad virtutis disciplinam, ille erit melior sermo, ac laudabilior, qui hoc efficacius præstabit. Denique qui cum sonitu præterfluit, & nihil aut parum in auditorum animis relinquit, quantumvis dum auditur, demulceat, adulterinus est, qui multa relinquit meditanda, multa quorum tenax memoria maneat, ille est verus ac probus.

Alia nota vera seu corruptæ Eloquentiæ in Cap. XI.

Inter indicia corruptæ eloquentiæ illud est primum, cum eloquutio poetica est, proque usu vocum proprio, descriptiones, & periphrales fiunt, quæ ineptè inculcentur, potest quidem, etiam nimia brevitate, & obscuritate sententiarum, vitari eloquentia, sed de hoc vitio minus agimus, quia nostris temporibus, non facile quempiam laborare eo videmus. In alteram vero partem, non raro peccatur, & abundant multorum conciones, huiusmodi poeticarum descriptionum, qui dicere eloquenter se putant. Affert Sanctus Augustinus exemplum huius vitij ex Epistola Sancti Cypriani, dum ait, petamus hanc sedem, dant secessum vicina secreta, ubi dum erratici, palmitum lapsus pendulis nexibus per arundines balteas repunt, viteam porticum frondea tecta faciunt. Et subiicit Augustinus non dicuntur ista nisi mirabiliter affluentissima fecunditate, sed profusione nimia, gratitati displicent. Unde nos intelligimus circumlocutiones nominum communiter vsitatorum, & poeticas periphrales, quales in hoc exemplo ponuntur, a gravitate, & modestia christiana abhorrere. Illud etiam in sententijs iudicandis, est utile eiusdem S. Augustini exemplum, qui de suarum confessionum libris loquens dixerat in quarto libro; Cum de amici mortè animi mei miseriam confiterer dicens, quod anima mea, vna quodammodo facta fuerat ex duabus, & ideo fortè mori metuebam, (inquit) ne totus ille moreretur, què multum amaveram, quæ mihi quasi declamatio levis non gravis cōfessio videtur, quamvis utcumq;

Corrupta eloquentia est, quæ accedit ad poeticum stylum.

Corrupta eloquentia est, quæ accedit ad poeticum stylum.

4. de Doct. Chr. c. 14.

Retract. lib. 2. c. 6.



temperata sit hæc ineptia; in eo, quod additum est, forte sint hæc, pro norma nostro oratori, ut sententias verè agentium, a declamationum distinguat ineptijs. Pro iudicio etiam non bonæ eloquentiæ habeat, cum laudatur, ab ignavis, præsertimque ab ijs, qui eodem genere dicendi libenter vtuntur, idque maxime, si & illi putentur à sapientibus leuiiores.

Reprehendus qui delectatur leuioris Eloquentiæ libris.

Præterea quis poterit intelligere, qualis eloquentia sua sit, ex authoribus quibus maxime delectatur, qui si communi opinione grauium virorum eloquentia non bona vtuntur, velimenter suam quoque suspectam habeat. Ad hæc, qui cupit cognoscere, an laudabili dicendi genere vtatur, præter alia quæ dixi argumenta, diligenter expendat singula, quæ in coniectione dicit. Quod si ostentationem, & iactantiam irrepere sentiat, voluntatem populo placendi, in dicendi modo, persuadeat etiam eloquentiam suam vitari, nam tota dicendi corruptela ex ijs orta est fontibus. Simplex videtur præceptum, quod mox addam, sed plenum est pondere. Considera in sententiarum genere, totaque ratione dicendi, melior ne sit talium vsus rerum, an contemptus, Nam vt in pecunia, vestium cultu epulis, & id genus alijs, potior est contemptus talium rerum, & laudabilior apud Deum quam vsus, Ita in eloquentia quædam est, quod laudabilius, & cum maiori merito est contemnere, quam sequi, cura igitur, vt id sequaris, quod non fuerit melius omisisse.

Iudicio superiorum adherendum.

Superest vltima, & quidem certissima regula, ea est sententia bonorum virorum rectè iudicantium, præsertim Præsidum & superiorum. Si fideles amici, ac prudentes, verèque Deo spiritu imbuti, iudicent idoneum dicendi genus esse, quo vtaris, ac præsertim consentiat fructus auditorum, quieta sit conscientia, & alacriter in nomine Domini, opus prosequere, tantoque magis, si id ipsum legitimi superiores sentiant. Verum, si his aliter videatur, & fructus non appareat maximus, mentinuitur prudentiæ suæ, sciatque reum se omnium fore carum animarum, quas recta monita sequendo, Christo lucrari potuisset. Et quamquam difficile est, dicendi viam ingredi, & uersam ab ea, quam indoles & ingenium amet, tamen in re tanti momenti, præferat superiorum sententiam suam, & speret hæc summissione, & obedientia, multum se apud Deum, tum sibi, tum proximis lucraturum, tantoque vberius cælestem affirmaram opem, ex qua omnino fructus pendet animarum, nã quæcumque hominum sapientia cassa est, nisi diuina aspirata, autem pullat.

pulsat orator, corda aperit Deus, frustra ille foris strepit, nisi intus hic persuadeat.

Illud etiam hic placet addere, ne facile damnemus qui aliter dicunt quam, nos dicamus. Formam quidem unicam esse, perfecti oratoris prestantissimam scimus, quae accommodans, rebus orationem variat eam; nunc tenuiora summissè, nunc modica temperatè, nunc grandia grauius efferens, docetque planè, suauiter tenet, vehementer commouet concionem: Tamen alios etiam esse, qui benè, & sapienter dicant, quamuis non eodem, quo alij, modo, dicunt, nec statim reprehendèdos, quibus eloquentia, felici quodam torrente fluit, si tamen fructus existat, sine quo frustra tempus teritur. Nec alios sicciores, qui tamen solent vibrare, quadam acria dicta, & quasi pugiunculos auditorum animis infigere. Quippè hominum ingenia varia sunt, non idem omnium patitur valetudo, non corporis constitutio, non firmitas vocis, aut laterum, quare idem ab omnibus exigere, ineptum esset. Sed quoniam notas veræ falsæque eloquentiæ tradidimus, indicemus in extrema hac prolusione, quid possit ad rectam ineundam viam, præsidio esse.

Non facile quisquam est demmandus.

Adiumenta ad veram Eloquentiam. Cap. XII.

Notandum principio est, oratori semper ante oculos, habendum finem, propter quem dicit, neque hunc simpliciter spectari debere, sed relatum ad certas personas, apud quas dicendum est, nam alijs locis, alijs congruunt eloquentiæ formæ; verumque oratoris opus est, vt dicat aptè ad persuasionem illorum, quos alloquitur. Quare necesse est considerare, quid valeat hoc loco, hoc tempore, in hac materia, apud hos auditores; in eoque totam vim artis Plato reponit, vt orator qui non operarius quidam futurus sit, sed verè artifex cognita natura animi humani, & voluntatis, & motuum, & rerum atque Enthimematum, quibus vnusquisque commoueri, & persuaderi possit, scienter adhibeat ea præsidia, quæ nouit valere ad id efficiendum, quod ipse intendit; Hoc pacto si quis concionem instruat, & expendat quid maximè his, & hoc tempore, & ad animæ salutem conducatur, quemadmodum Medicus, medicamenta propria, cuique pro morbi, & ægroti conditione præferat, non difficile dicendi genus verum, & efficax adhibebit. Proderit quoque multum, vt concionator excitet in se studium, quam flagrantissimum animarum, & existimet causam non-

In Phædra.

Finis persuasionis & persuasionis considerandæ.

Zelus animarum.



modò veram; sed gravissimam à se traheri, in qua agatur de lucro suo maximo, deque pretio sanguinis Christi, ac de salute æterna audientium; Quæ quantò acrius fuerint, cogitatione comprehensa; tanto inde eloquentia spontè venior, atque aptior fiet. Corrupta enim eloquentia est ex tribus maximè causis, ob studium placendi auditoribus, & ostentandi ingenii, & quia causarum verarum, tractatio defecit, quare corrigenda est hisce tribus incommodis occurrendo quod fiet; si penitus removeatur ambitionis, ostentationis, & inanis gloriæ cupiditas, & solus spectetur finis, qui proprius est oratoris Christiani, & existimetur, causas, ut dixi, gravissimas agi. Deinde consilium illud tamquam pro regula sibi proponat, & ubique sequatur præstare, si declinandum in alteram partem sit, in leuiter potius declinare: Nam præterquam, quod hoc etià cù defectus est, tolerabilior videtur, etià minus repugnat proposito, quia aliquos grauitas tristior ad virtutem comouet, ut elegantia leuior nullos, ac præterea adeò procliuius est in oratum immodicum lapsus, ut nisi in alteram partem vltro inclines, non facile in medio possis consistere. Tertio det operam grauitati morum, ac vitæ sanctitati, nam ex morum formidatio oratio fingitur. Quarto fugiat lectionem librorum, in quibus corrupta eloquentia est, nam difficile est admodum, ut tangenti picem non ei aliquid adhæreat. Quinto Magnificat obedientiam, fideliumque, ac prudentium virorum, maximèque superiorum iudicia, quæ vltro exquirat, eisque suam sententiam modestè subijciat, Sperans pro Dei bonitate, & consueta prouidentie ordine, se plus hac ratione fructuum collecturum, quam quauis eloquentia. Tertio studeat conseruare intentionem rectam, ac delectare eatenus existimet sui muneris esse, quatenus maiori gloria Dei augendæ, & omnium utilitati magis prodesse possit. Postremò studium præcipuum conferat in res, quas diligenter, & studiosè conquirat, singula metiens et captu, ac necessitate eorum, quos in presentia est alloquutus, ac meditatione attentam versans quodammodo cõcoquat in succum conuertat, & affectu quodam animet, excitans in se motus, quos excitare in auditoribus intendit, tum non dubitet, quin eloquentia quantum eius vires ferent futura sit optima, ea enim optima est quæ sequitur res tamquam ancilla, non quæ præit, Nec vnquam vehementi affectui verba defunt, præterquam quæ vehementer, & acriter agatur, ad rei naturam, & negotiorum necessitatem peropportuna & aptissima, ut satis apparet.

Ambitio honoris declinanda.

Non nobis sed antiquis & modernis

Grauitas morum.

Iudicium virorum grauium.

Rerum Meditatio magis quàm verborum.

Non nobis sed antiquis & modernis

ret in rusticis, & ipsis mulierculis, cum aliquam sibi factam iniuriam, ex qua vehementer doleant, eloquantur. Hæc in genere de sacra concionum eloquentia dicta sunt, sed in specie ad peculiare huius nostræ Rhetoricæ præceptiones descendamus, principium ab ipso fine sumentes.

Finis Concionatoris persuadere. Cap. XIII.

Idem omnino, qui Rhetorum plurimorum sententia, cuiuslibet oratoris est finis, auditorum scilicet persuasio, Christiano quoque ponitur Oratori: Cum enim a nobis initio dictum sit, non semel oratorem Evangelicam esse Dei instrumentum ad salvandas animas divini verbi ministerio, satis est per se manifestum ad eum pertinere, ita Dei verbum tractare, ut inde ad Christum animas adducere queat, & parare domino plebem perfectam; quod non nisi persuadendo consequitur. Sed utile erit quid nomine persuasionis intelligatur entius explicare. Persuasio tribus omnino partibus constat. Primum est, ut veritas aliqua ita proponatur, & argumentis confirmetur, ut mens auditoris assentiatur, & plane intelligat id, quod Concionator vel amplectendum, vel fugiendum proposuit ita se habere, ut ille demonstravit. Secundum ut eiusdem voluntas ita verbis, & oratione confirmetur, ut penitus apud se statuatur, id amplecti vel fugere, quod ratio sic esse faciendum ex concionatore cognovit. Postremo neque hoc satis est, nisi etiam ostendantur viæ, & præsidia, quibus uti debeat, ad rei executionem expedita ac prompta. Qui enim aliquid persuadere nititur nec præsidia docet, quibus commodè id assequatur auditor, similis est medico, qui velit aegroto suadere sanitatem, nec remedia afferat. Hoc ergo imprimis persuasum esse debet ipsi Concionatori, totum esse, ac solum Concionatoris negotium scilicet persuadere. Nam in hoc maximè prophana quoque Rhetorica à Dialectica differt, sapientum iudicio. Quod hæc propositum habet, quacunque de re dicere appositè ad probandum, illa appositè ad persuadendum. Siquidem satis habet Dialecticus ita dicere, ut res, de qua agitur, appareat digna fide, Rhetori autem id satis non est, nisi etiam ad opus perficiendum permoveat, cum id demum persuadere sit, ita rem argumentis tractare ad mentem edocendam, ut simul voluntas impellatur ad opus. Igitur perpusillum quiddam assequutum se putet, qui solummodo docuit, quia sæpè qui plura

. 11 . dol

Persuasio
tria includit.

Oratio ad
persuadendam
voluntatem.

Rhetorice,
ac Dialecti-
cæ discriminè.

sciunt, pauciora faciunt; tota victoria, ac totum huius facultatis momentum est in motu voluntatis, & efficaci persuasione. Ac proinde nequaquam officij sui partes explet. Concionator, nisi ad hunc finem spectet tota eius industria, & tendat oratio. Non est inquam (cum in hoc rei summa consistat, inculcandum est sepius) non est concionatoris varias doctrinas afferre, quibus morales, si temere ac nullo proposito persuasionis fine afferantur, nec prodest item temere varias scripturarum expositiones proponere, diuersasque Euangelij voces sine fructu expendere, multas Patrum sententias coacervare; Longe enim hoc abest a vero concionatoris officio, sed huius est id quod diximus, ut semper habeat ante oculos aliquid, quod persuadeat, ut Christus Apostolos docuit, cum dixit. Ego posui vos ut eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat: maneat dixit, non autem euanescat in plausus, & cum verborum sonitu præterfluat. Sit exemplum. Persuadere mihi est animo; Oratoris assiduitatem, & continuum orandi studium, Proponam ea ex scripturis, quæ hanc veritatem roborent, deinde argumenta depromam, quibus mens perfectè veritate hac informetur, ostendam quanta sit nobilitas, & felicitas cum Deo commu-nerè familiariter, in qua perfectissimi quique viri, quorum scriptura meminit, præcipui fuerunt, exponam quæ secum emolumenta afferat, curabo ut accedam voluntatis desiderium, ut amet, & amplectatur, tam sanctam consuetudinem, ut Deum tam gratam, sibi tam utilem ac iucundam faciat, proponam etiam usum, & praxim, & varias, ac multas occasiones quibus facile fiat, ut non solum in templis, & intra cubiculum, sed etiam inter negotia, & ubique, ac semper huic diuino exercitio more sanctorum animus assuescat, hoc demum modo dicat persuasisse, vel certè ad persuadendum accomodatè dixisse.

• *Iob. 15.*

Exemplum
persuasionis.

Obiectio, &
dilatatio.

Sed occurret nobis hoc loco aliquis. Esto requiratur illud sanè cum de virtutibus & vitijs oratio instituitur, alijsque de rebus ad actionem spectantibus, quid vero fiet, si tractandum erit Mysterium sanctissimæ Trinitatis, Incarnationis Christi, & fidei dogmata explicanda si in genere didascalico habenda concilio? Primum aio in concionibus, quæ ad populum habentur, eligenda potius argumenta quibus tractentur, ea quæ pertinent ad mores ut conciliorum decreta, & Sanctorum dicta, exempla que docent, atque etiam ex ipsius artis oratorie apparet præceptis. Cum enim oratori etiam atque etiam considerandum sit apud quos dicat, cumque Euangelij præcones in his

his versentur causis, in quibus omnis res est illis cum populo, rota omnino popularis esse debet oratio, & vitiosa existimanda est, quæ à populari consuetudine abhorreat. Deinde affirmo etiam illa referri omnino debere ad persuasionem. Nam Dei & Christi notitia, ideo debet aperiri, ut ea percepta ad eius cultum, amorem, & obedientiam homines inducantur. Si de Beatitudine etiam agendum erit, si de pœnis inferni non sunt tractandæ quæstiones scholasticæ, quæ solam habent speculationem, sed excitandus auditor ad spem, & timorem. Et cum fidei dogmata tractantur, simul coniungi debent, quæ ad mores pertinent. Lege Prophetarum vaticinia, perlege Pauli Epistolas, & aliorum Apostolorum, pereurre omnes Sanctorum Patrum sermones ad populos, tum demum intelliges, vter operæ pretium magis faciat, qui arcana fidei dogmata, subtili disputatione exponit, an contra qui eadem morato genere dicendi ad suasionem, ac dissuasionem, ad morum, & vitæ institutionem accommodat. Tertio si quæ autem quæstiones sunt adeo speculatiuæ, ut vix possint ad actionem referri, eæ vel omnino attingendæ non sunt, vel leuiter admodum, nisi aut propter hereses, aut aliã ob causam ratio temporũ id requirat.

Vbi ergo delecta sit idonea persuasioni materia, tum est videndum, ut Partitio quoque eodem spectet. Deinde etiam singularum probationum habendus delectus, atque eæ conquiritur rationes, argumentationes, scripturæ autoritates, Patrum sententiæ, & alia huiusmodi, quæ possint lumen quidem intellectui afferre, sed magis voluntatem quo velis impellere. Eadem adhibenda in elocutionis delectu prouiso, quæ scilicet non langueat, sed habeat vim, feruorem, spiritum, ac neruos. Verba, compositio, stylus, figura, omnia denique tamquam media finem respicere debent; Quod faceret, non ineptus quis patronus in causa propria, & in qua de fortunarum suarũ summa, deque totius familiæ discrimine ageretur, id faciat Christianus orator, cui hominum salus, & Christi gloria pro ipso quod sustinet munere cordi esse debet. Ad id præstandum vtiliter, præter sanctitatem & bonam de Concionatore, opinionem, duo sunt necessaria, feruor spiritus, & vera eloquentia, quam Oratores antiqui ita definiunt, ut copiosè loquentem sapientiam esse dicant, quæ sanè duo linguis illis igneis, quas è Cælo die Pentecostes Apostoli receperunt, significantur. Eloquentia siue eloquens sapientia, sine charitate planè res mortua est, quam me quidem indice, si dicas gladium in manu furiosi, non errabis; spiritus sine sapientia, & eloquentia instar fortis

Omnia ad
persuasionem
ordinanda
sunt.

Act. 2.

Scopus concionis initio explicandus.

fortis viri est, sed inermis. Præter hæc maximè putarem è re, esse tum Concionatoris, tum auditorum ipso dicendi initio exponere, quidnam illud sit, quod persuadere velis, vt iam tum Auditor incipiat, vel affici, vel saltem eo cogitationem dirigere, quo Concionator orationem conuertit: Quem locum habere in meditatione illud præludium, quod noster B. P. Ignatius in libro exercitiorum spiritualium vocat Petitionem eius rei, quæ meditando assequi cupimus, docetque tantum habere momenti, vt ex ea pendeat meditationis fructus, eundem arbitror plañe in Concione locum habere, vt Concionator sibi populoque proponat, non solum qua de re sit dicendum, sed ad quid persuadendum, & efficiendum tota illa dictio referatur. Hoc ipsum & ratione, & experientia magistra didici, summi esse momenti. Sicut enim vagetur necesse est nauta, cui soluenti non certus propositus est portus, quem prius animo, quam remigio capiat, contra vero recta tendat, qui quò tendit, initio non ignorat, ita & orator & audientes celerius peruenient, quando intelligunt, quo eundum sit, eoque à principio properabunt. Certè qui in incertum verba disperdunt, videntur mihi ad inane auram rete prædicationis extendere, quod si fortè aqua rete contingat, eos cum Vgone Cardinale crediderim, non pisces, sed ranas expiscari coaxantes, qui si ea re contenti sint, citra animorum permotionem, intelligant se etiã Ethniorum Rhetorum, & iudicio, & exemplis condemnari, nedum Sanctorum Patrum autoritate explodi.

Quatuor errores contra finem persuadendi. Cap. XIV.

In tota concione persuasio locum habeat.

His ita constitutis, facile quis intelliget, Quatuor præteris errores aliquorum, qui ab his quæ dixi, hoc etiã vera concionantis lege longè aberrant. Primo nullo modo placeat, quod plerique faciunt, vt in tota priore concionis parte quæstio aliqua speculativa tractetur, non ad persuadendum, quidpiam accommodata, sed quæ soli seruiat menti pascendæ, & in posteriore dein aliqua afferantur documenta moralia. Nam & prior pars quoad eius fieri potest, debet ad persuasionem dirigi, vt simul intellectus doceatur, & afficiatur voluntas. Si autem tota pars prior in speculationibus consumatur ad informandos mores, quod est caput rei, parum relinquitur spatij, idque solum, quo defatigati auditores non nisi concionis finem.

finem expectant. Secundo peccant contra hoc primum preceptum hi, qui in vna concione plures materias, & varias proponunt, quæ quidem licet de moribus sint, & ad persuadendum etiam singulæ accommodatæ, & ab ipso Oratore etiam cum energia proponantur, vt velit eas persuadere, tamen propter multitudinem, ac varietatem fit, vt quamuis cuncta singillatim placeant, tamen quia multa ac varia sunt, nec ad vnum aliquem scopum tendentia non facile hæreant, nec habeat auditor, quod arripiat certum, vnde eueniat ei quod Cani, qui plures lepores persequitur, nullum præhendit. Qui vult persuadere debet vnum aliquid vel certè pauca determinare, quæ persuadeat, & ad ea premenda argumentationes amplificandique modos adhibere, denique Animos auditorum ad aliquid certum accendere, Ita fiet vt auditor aliqua in re persuasus discedat. Tertio multò minus probatur illorum opinio, qui nisi concionem superflue referant multarum doctrinarum subtilitatibus, & explicatione scripturarum multiplici, ac plurimis Patrum testimonijs, nunquam sibi satisfaciunt, hoc enim finem Concionatoris planè euertit; siquidem cum is finis sit persuadendo bonos melioresvè reddere auditores, satis experimento constat, nec quæ dicuntur apta esse, nec posse tam multa populum comprehendere: tum vero id eueniat necesse est, quod Greg. ait, vt quia multa retinere non valent, simul amittant omnia. Medici sanè corporum (idem subdit) pannos infirmitatibus stomachis ponunt, apto quidem medicamento, sed subtiliter liniunt, ne si repleti multo medicamine fuerint, infirmitatem stomachi non roborantes adiuuent, sed opprimentes grauent. Deinde vero aliud est alloqui viros doctos in Academijs, aliud in concione promiscuam multitudinem, illi docentur, hæc magis moueri debet, vbi reconditam affectantes doctrinam sæpè non intelliguntur. Quarto perniciosior adhuc est eorum error, qui concionem multis Rhetorum flosculis ineptè pingunt, periodosq; rotundant, verba selectissima & exquisita, vnde cumque colligunt, descriptiones leuissimas, montium, auroræ, animalium poetico more conficiunt, & hac ratione historiam Euangelicam percurrunt, amplificant Phariseorum crimina, inuehuntur in Scribas, cum interim etiam si moralia attingant nihil proficiant. Ita magno illi quidem cum artificio, sed reuera alieno, & putido, cum magno labore, sed absq; vilo fructu, oratione composita, sed cui nihil certi sit ad persuadendum propositum, Sanè declamant, & possunt dici egregij decla-

An sit vtile
varias in eadē
concione
materias tra
ctare.

Multiplex
doctrina po-
tius obest.

Lib. 1. in
Ezech. Ho
mil. 11.

Concio ma-
gna ex parte
ex flosculis,
non persua-
det.

decla-

declamatores, sed præterea nihil, & vt breui dicam, vt quidam dixit, in magnò vitio multum laborant.

Tria Concionatoris officia. Cap. XV.

AD finem persuadendi officia Oratoris assumi debent, quæ tria esse docuerunt omnes Rhetores, & eadem esse concionatoris, & certum per se est, & docet Aug. dum illà Ciceronis sententiam recipit, ita dicere debere eloquentem, vt doceat, vt delectet, vt flectat; & docere necessitatis esse, delectare suauitatis, flectere victoriæ: ac primum quidem magis esse in rebus affirmat, duo reliqua, in modo dicendi. Hæc autem tria eo tendunt (ait idem) vt intelligenter, vt libenter, vt obedienter audiatur: vnde Augustinus eodem libro cap. 12. & 13. Orator (ait) debet docere, delectare, flectere, Docere propter ignaros, delectare propter plurimos fastidientes veritatem, non adiungatur dicendi suauitas, mouere propter duritiam, Et doctrina est omnino necessaria quia ignorata agi non possunt, Delectare vero non est necesse nisi ad attentionem auditoris fastiditatis & mouere ad tollendam duritiam cordis. ¶ Inter hæc tria præcipuum est mouere; idest animos ad id, quod volumus flectere, hoc enim est persuadere, & victoriam consequi. Sit exemplum Augustini, qui de se ipso, cum in Cæsarea Mauritanie contra graue quoddam illius loci vitium concionem haberet, egi quidem (inquit) granditer quantum valui, non tamen egisse aliquid me putavi, cum eos audirem acclamantes, sed cum silentes viderem; Acclamationibus quippè se doceri, ac delectari; flecti autem lacrymis indicabant: quas vbi aspexi, immanam illam consuetudinem deuictam antequam re ipsa ostenderent credidi. Moxque sermone finito ad agendas Deo gratias corda atque ora conuerti, & ecce octo vel amplius anni sunt, propitio Christo, ex quo ibi nil tale tentatum est. ¶ Primum verò locum obtinet docendi munus, sine quo duæ reliquæ partes parum omnino vel nihil prodesse, & perinde esset ac si quis ornatam mensam pararet, nec cibaria quantum satis esset apponeret. Sit concionator vt Domini villicus impertiens vicium omnibus domesticis, cum enim oratio ad persuadendum tendat, ipsum intellectum ante omnia per doctrinam illustrari necesse est, sed quid est docere? plane non est id, quod modo damnauimus ingenij sui inutiliter commeta depromere, variorum doctrinarum copiam, sylvamque congerere, non est Philosophi-

Docere quid sit.

lit.

sophicas, aut etiam Theologicas edisserere quaestiones utcumque, & grauium authorum opiniones recensere, sed est Dei voluntatem ac praecipua populis aperire, fidei dogmata confirmare, virtutes earumque actiones, ac naturam explicare, viti-
 3. bon. 3
 4. de Doct. Cbr. c. 16.
 Ad docendū tria concurrunt.
 Hom. 11. lib. 1. in Execl.
 August. 4. de Doct. c. 10. & c. 12.
 Mouere quid sit.
 Lib. 1. c. 12
 Defectus mouendi in multis.
 tiorum turpitudinem ostendere, Christum eiusque mysteria, declarare, ideoque & Paulus diligenter Timotheum in duabus Epistolis, & Titum in vna monet accuratè, qualem doctrinam populos, & quomodo docere debeant, quas tres Apostolicas Epistolas (ait Aug.) ante oculos habere debet, cui est in Ecclesia doctoris persona imposita. De modo autem docendi sicut etiam delectandi & mouendi, quia suus erit disputandi locus, solum hic pauca delibabo. Ad bene docendum tria concurrunt, primum, ut res, quae docenda sunt, & graues & ad beneficium animarum sint tum vtilis, tum necessaria, de quo mox dicetur cum agemus de materia eligenda. Secundo ut distinctè ordineque tractentur, atque ad auditorum captum accommodatè, Greg. vult, ut doctor quinque attendat in docendo, quid diciturus sit, quibus, quando, quomodo, & quantum temporis in ea doctrina ponere debeat. Tertio praecipua virtus in docendo est diluciditas, hic est enim optimus modus, quo qui discere desiderat, est informandus ait Aug. ut qui audit verum audiat, & quod audit intelligat.] & cap. 12. qui docere vult, quamdiu non intelligitur, nondum se existimet dixisse, quod vult, ei, quem vult docere, quia & si dixit, quod ipse intelligit, nondum illi dixisse putandus est, a quo intellectus non est, si vero intellectus est, quocumque modo dixerit, dixit.]

De motu, suo loco multa dicenda sunt, tantum vnū hic aduerte, Mouere non esse impunè vociferari, & peccatores inani verborum fulmine verberare: quod licet aliquo modo videatur terrere simpliciores, tamen saepe a prudentibus irridetur, neque ob hanc rudiores conuertuntur; sed illud plane est mouere, quod Aug. his verbis explicat, Tunc auditor mouetur cum inflectitur voluntas ut amet, quod polliceris, timeat quod minaris, oderit quod arguis, quod commendas amplectatur, quod dolendum exaggeras doleat, cum quod laetandum praedicas gaudet, misereatur eorum, quos miserandos ante oculos dicendo constituis, fugiat eos, quos cauendos proponis, & quidquid aliud graui eloquentia fieri potest ad commouendos animos auditorum, non ut sciant, quid sit agendum, sed agant quod agendum esse sciunt: si autem adhuc nesciunt, prius docendi sunt, quam mouendi.] Ad hunc motum excitandum multa valent,

3. bon. 3
 4. de Doct. Cbr. c. 16.
 Ad docendū tria concurrunt.
 Hom. 11. lib. 1. in Execl.
 August. 4. de Doct. c. 10. & c. 12.
 Mouere quid sit.
 Lib. 1. c. 12
 Defectus mouendi in multis.

lent, de quibus nos alibi. Ceterum apparet in multis hoc tempore magnum vitium hac in parte: quia paucos concionatores in hoc munere videmus excellere: Et videntur, ut illi Pharaonis Magi in quarto signo, sic nostri oratores deficere in tertio Oratoris munere. Non est difficile id ex ipsis concionibus, & concionatoribus animaduertere, optimum tamen argumentum est ab euentu; videmus enim multos peccatores ad conciones confluere, audire, laudare, nec tamen de suo gradu moueri, sed semper in eodem luto persistere, potest quidem culpa etiam audientium esse, tamen valde verendum est, ne sit inopia spiritus in concionatore.

*Delectare
quid sit.*

Delectare autem non est risum auditoribus mouere, ridicula loqui, concionem lepore sententiarum ac verbis ornate, & iucunde concinnis continere, more hystrionum, aut circulatorum in foro canentium, sed potius est ita suspensos habere audientium animos, ut sine molestia, imo cum quadam suauitate graui, & modesta, qua docentur audiant, eaque allecti in quameunque partem inflecti se sinant: in quem finem duntaxat assumi debet delectatio. Nam verum est, quod Augustinus docet, qui delectatione est affectus, facile quo volueris ducitur, nemo flectitur, si moleste audit.] Et quidem docendi munus ad concionatorem per se spectat, delectatio vero nunquam per se appetenda, sed suum ad finem, id est ad mouendum auditorem referri debet, vel saltem ad attentionem, ideo recte Cicero ait. Delectare honorarium esse, quasi dicat non debitum, quia non propter se, verum ad aliud refertur, solam vero in oratione delectationem exquirere appetant (inquit August.) qui lingua gloriantur, & se in panegiricis iactant, nos vero ad hoc vtamur, ut bona in moribus diligentur, deuidentur mala, vel ut studiosius, & firmiter in bono perseuerent.] Itaque patet delectationem ita assumendam esse, ut doctrina ac motu inferuiat, ut dum auditor delectatione tenetur utiliter persua- deatur, eo modo, quo æger dum ciathi oras melle oblitus lambit, salubre pharmacum facilius haurit. Atque in hunc finem quaesita delectatio utilis est, ac nequaquam fugienda. Non enim debet concionator ieiunè, rusticè, aut insulsè loqui. Nam sicut natura nostris actionibus iucunditatem aliquam, quasi condimentum adiecit, ut ad eas exercendas alliceret, ita debet concionator adhibere hanc escam, ut sic allectos homines ad id, quod vult, suauiter trahat. Ad rem nostram maxime facit, quod in alium finem docet Sen. l. de Vi: beata cap. 9. Non

(ait)

(ait) si voluptatem praestatura est virtus, ideo propter hanc petitur, non enim hanc praestat, sed & hanc, nec huic laborat, sed labor eius quamvis aliud petat, hoc quoque assequitur sicut in aruo quod segeti proficillum est, aliqui flores internascuntur, non tamen huic herbulæ, quamvis delectet oculos tantum operis insumptum est, aliud fuit serenti propositum, hoc superuenit, sic voluptas non est merces, nec causa virtutis sed accessio, nec quia delectat placet, sed quia placet delectat] Ita prudenter Seneca, quæ ad propositum nostrum quisque accommodet.

Delectatio qualis in concionibus esse debeat.
Cap. XVI.

Dicamus iam aliqua enucleatius, cum hic sit opportunus locus, nec alibi fortassis opportunior occurret, quæ sit tenenda, quæ fugienda Christiano Oratori delectatio. Vera & grauis meo iudicio delectatio in dicendo illa est, quæ in rerum ac sententiarum pondere sita est, maximèque dicendo conficitur, quam ob causam, etiam ipse Cicero eum volebat esse Oratorem: qui non ex Rhetorum officinis, sed ex Academia spatij extitisset. Quare studeat Christianus doctor delectationem facere per loca scripturæ aliquot eximia, & sapienter enucleata, per pulchras & illustres Metaphoras ac similitudines, per Allegorias, & Figuras, per exèpla, per accommodatas descriptiones rerum vtilium; per actionem decoram vocis ac gestuum naturalem, & grauem non affectatam non nimis artificiosam, per ordinatam rerum methodum, per genus dicendi dilucidum, afferendo etiam res aliquas nouas, vel nouo modo dictas, modo sint vtilis. Nam quæ sunt satis vulgata, & sæpius repetita non delectant. Hoc persuasum habeat, qui dicit, nunquam, se iucundius maiorique cum voluptate audiri à populo, quam cum vel aliquid noui discit, vel sentit, se pio aliquo motu affici, in materia vtili, & facili. Huius rei experientia est locuples testis. Solet plurimum varietas delectare, ita docet Marcus Tullius, variare inquit ordinem, maximè oportebit, nam in omnibus rebus similitudo est satietatis mater] Et iterum tractatio varia esse debet, ne aut cognoscat artem, qui audit, aut defatigetur similitudinis satietate. Addo ego videndum esse, vt sit ea varietas, quæ adiuuamentum afferat motui, cui delectatio seruire debet, non autè impedimento sit. Multos enim sæpè audiui-

In libro qui dicitur Orator.
In quibus delectatio Oratoris Christiani sita sit.

Varietas delectat, non tamen omnis.
Lib. 2. de Inuent.
Lib. 2. de Orat.

diuimus, qui rerū & verborū varietate ita concionē distinguunt, ut ex varietate delectationē aucupentur quidem, sed nullo plānē motu, atq; fructu auditorum. hoc autē peruerso rerū ordinē est ipsam delectationē sibi finem proponere, non illā, quō oportet, referre, quod ipsum nec Cicero probare potest dum inceptū vocat eum oratorem, qui per se delectationem querit, qui placere magis, quam mouere velit. Addit etiam ibidem Marcus Crassus, orationem sine facietate delectare debere, quod ita sit natura comparatum, ut ea, quę sensus nostros maximē impetunt, ac voluptate, & delectatione accerrimē commouent, alijs celerrimē fastidio quodam, & facietate ab alienemur.

Lib. 3. de Orat.

Quę delectatio vitanda. 4. de Doct. sap. 14.

Hom. 17. in epist. ad Epb.

Scurrilitas omnibus vitanda.

Aet. 20. 2. Cor. 2. Rom. 8.

In eos qui facetijs vtuntur.

Quę autem fugienda sit concionatori delectatio, dicam etiam autoritate Augustini, & Chrystomi. Illius verba sunt. Nec illa delectabilis est oratio, qua non quidem iniqua dicuntur, sed exigua, & fragilia bona spumeo verborum ambitu ornantur, qua nec magna, atque stabilia decenter, & grauius ornantur.] affert ibi exemplum, ex epistola Cypriani, cuius verba in alium finem supra attulimus. Addit Augustinus, quomodo Cyprianus nusquam alibi vsus est.] Chrystomi verò doctrina est illud Pauli verbum, scurrilitas, quę ad rem non pertinet, vbi multis rationibus vrget, quam sit Christiano homine indignum vti facetijs. Quod si vbique omnibus est decorum, Christianis, maximē in suggestu loco tam graui, & serio ei, qui ipsius Christi personam sustinet. Audiamus quomodo eius verba Ludimus (ait) dilecti? vis discere sanctorum conuersationem, audi Paulum dicentem, Triennium noctes, ac dies non destiti, cum lacrymis monere vnumquemque vestrum, et multa tribulatione, & anxietate scripsi vobis per multas lacrymas. Et ad Rom. qui sumus in hoc tabernaculo gemimus per singulos dies. Ex hoc mundo; cupiente migrare Apostolo tu rides, & ludis? malorum tuorum causa crucifixus est Christus & tu rides? alapa percussus est, & tu delitiaris?] Hęc ad omnes Christianos, cum Chrystomus diceret, quis dubitet concionatori magis esse cauenda, in prædicando Euangelio, quam alijs inter familiares sermones? Qui autem Concionator vtuntur facetijs, ac risum excitant, ideo faciunt, ut auditorum his lenocinijs ad se trahant: & apparet (quę est hominum multorum leuitas) aliquando id eis ad votum succedere. Multi enim ad eorum conciones confluunt, non vt vitia propria corrigant, non vt mores edoceantur Christianos, sed vt istiusmodi facetijs, & ridiculis narrationibus recreentur: ideoque nihil ferē

ferè ex concione reportant, & alijs referunt, nisi aliquid lepidè dictum perinde vt hi, qui ad Comedias se conferunt, vel in foro eorum circulis interfunt, qui facetijs, & ludicris rebus, ad aurium delectationem, & risum, sua populo ludibria vendunt. Ergo idem sibi conuenire credent nostri Oratores in templis, & suggestibus corā sanctissimo Sacramento, quod histriionibus in scena, & foro? Bone Deus, vbi nam apud sanctos Patres similia legerunt? vbi nam in diuinis literis hæc didicerunt? vereor ne illud hic locum habeat, quod Deus per Hierem: conqueritur, Stupor, & mirabilia facta sunt super terram, Prophetæ prophetabant iniqua, & Sacerdotes plausum dederunt manibus suis, & plebs mea dilexit sic, & quid faciemus in futurum? Ergo si quis fortè a me expectet, vt sicut Rhetores Ethnici de Ridiculis agunt, ita ego aliquid adijciam de ijs in hoc opere, huic ego Ambrosij verbis respondebo. Licet (inquit) interdum honesta ioca, ac suauia sint, tamen ab Ecclesiæ abhorrent regula, quoniam, quæ in scripturis Sanctis non reperimus, ea, quemadmodum vsurpare possumus? cauendum etiam in fabulis, ne misceant grauitatem seuerioris propositi. Væ vobis, qui ridetis, quia flebitis ait Dominus, & nos ridendi materiam requirimus? vt hic ridentes, illic fleamus, & adhuc addit non solum profusos, sed omnes etiam iocos declinandos arbitror, plenum tamen suauitatis & gratiæ sermonem esse non indecorum. sic Ambrosius ad omnes loquitur, quid ad Concionantem, diceret?

Hier. 5.

Lib. 1. de Offic. c. 23.

Genera causarum, & concionum Rhetoricæ Sacre.

Cap. XVII.

Significatio sine, quem Christianus Orator propositum habere debet, ostensisq; eius officijs, quæ referri ad eum finem oportet, reliquum est, vt de materia, & causarum generibus eidem oratori subiectis consequenter agamus.

Quæcumque cadunt sub oratoris Christiani facultatem, sunt quibus placuit ea ad quinque capita reuocare: credenda, speranda, timenda, fugienda, agenda. Sed fortè sit, cui hæc diuisio minus placeat eo argumento, quod vel plura poterant capita, vel pauciora distingui. Addi enim poterant, toleranda, spernenda, amanda. Quippè res aduersæ, & huius vitæ calamitates non credendæ, aut sperandæ, aut timendæ, aut fugiendæ sunt, nec demum agendæ sed ferendæ. Res verò prosperæ,

Q acbo-

ac bona externa eodem modo spernenda videntur, Deus, & proximus amandi sunt, etiam si nulla possit sequi actio externa. Quod si inter agenda haec numerentur, eodem modo in ea numerari poterunt, fugienda, speranda, & alia, habent enim suas actiones non internas modo, sed etiam externas. Et sane cum inter agenda nihil sit, quod ad aliquam virtutem non pertineat,

Tota materia posita est in Doctrina fidei, & disciplina morum. De Patientia, & Virginitate, De Veritate, & recta consuetudine.

Epist. 3.

De Habitu Virginitatis.

1. Tim. 1.

Sufficiens divisio omnium concionum ad duo summa capita.

cur potius fidei, speique, & timoris sit mentio, quam aliarum virtutum? sed quidquid sit, per commodum mihi fecisse videntur ij, qui omnia, quae sub oratoris Christiani cognitionem cadunt ad doctrinam fidei, & ad disciplinam morum reuocarunt, prout Tertullianus omnia quae habet Ecclesia ad haec capita reducit, & Iustinus Martir: Diuina (inquit) disciplina forma in duas tribuitur partes, sed contrahitur, ut summam dicunt, tum in praceptorum institutionem, atque custodiam, tum in diuina cognitionem, atque venerationem.] Innocentius vero Pontifex, duplicem in Episcopis zelum requirit, fidei scilicet, ac disciplinae. Clemens, Fides (ait) ab Episcopis est expectanda, doctrina morum ab Episcopis, & Diaconis. Concilia etiam omnia ferè in haec duo incumbunt, nempe ut fidei dogmata stabiliant, & morum disciplinam reforment. Omnes praeterea patres duo haec copulant, & vnum ex alio pendere docent, voluntque ut disciplina morum, sit fidei custos. Disciplina (inquit Diuus Cyprianus) custos est spei, retinaculum fidei, ac itineris, salutis fomens, & nutrimentum bonae indolis, magistra virtutum, quae facit nos in Christo manere.] Et sane cum duae sint praecipuae hominis partes intelligentia & voluntas, atque haec tum in seipsis perficienda sint a Christiana disciplina, tum ut alias hominis facultates, sensusque & actiones externas regant, dirigenda, optima est diuisio illa, cum Doctrina fidei intellectum, & Disciplina morum voluntatem praecipue spectent. Haec duo. S. Paulus per fidem, & bonam Conscientiam intelligit, eademque finem praecipi appellat, ut intelligat orationem Evangelicam, conatum suum ad haec duo sibi esse referendum. Ex his igitur pro vario auditorum statu distingui possunt genera causarum Rhetoricae sacrae. Nam auditores vel sunt alieni a via salutis, & ad eam vocandi, vel viam salutis ingressi, & promouendi perficiendique sunt. Si alieni sunt, vel quia peccant in disciplinam morum, cuiusmodi sunt mali Christiani, vel quia etiam carent fidei Orthodoxae doctrina, cuiusmodi sunt infideles omnes. Non enim potest inesse, recta pietatis disciplina, quibus abest integritas fidei, quae fundamentum est verae

vera iustitia. Siue autem utrumque, siue alterum tantum his
 vitium inest, Clementis Alexandrini sententia, eorum institutio
 ad genus dicendi exhortatorium pertinet. Nam distinguens
 in homine, mores, actiones, passiones, & morum nomine intel-
 ligens statum peccatoris, & infidelis, Mores (inquit) fortitus
 est sermo exhortatorius, Pietatis dux ac Religionis: qui in-
 star Carinae subiectus est ad fidei adificationem: quo quidem
 nos valde exultantes, & opinionēs veteres abiurantes ad sa-
 lutem capeffendā iuvenes alacres reddimur. Vbi vero iactū
 est salutis fundamentum; errorumq; ac peccatorum grauium
 purgata fordes, reliquum est, vt ad præclara facta transitus
 fiat, Scriptum est enim, declina a malo, & fac bonum, &
 Hieremias a Deo constituitur super gētes, & regna, vt euellat,
 & destruat, adificet, & plantet: tunc igitur alterum genus con-
 cionum, ex hoc altero auditorum genere exiit, quod Præcep-
 tiuum nos possumus appellare, nam & Clemens omnibus (in-
 quit) actionibus præest sermo, qui versatur in tradendis præ-
 ceptis. neque hæc distinguuntur ex eo, quod exhortationes
 non habeant locum in secundo hoc genere auditorum, sed quia
 propriè conueniunt, primo quidem exhortationes, secundo au-
 tem præcepta. Nam inducendi sunt prius peccatores, vt velint
 eurari, deinde docendi sunt recta. Nota quam eleganter hæc
 munera Sanctus Paulus ad Timoth. distinguit, cum inquit, om-
 nis scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docendum, ad ar-
 guendum, ad corrigendum, ad erudiendum in iustitia, vbi duo
 priora membra ad fidei doctrinam pertinent, duo posteriora
 ad morum disciplinam. Nam quia doctrina fidei, tum recta
 dogmata tradit, tum refellit errores, ideo dicitur Sacra Scri-
 ptura vtilis ad docendum, vera videlicet, & vtilis ad arguen-
 dum, nimirum falsa. Et quia disciplina morum prauas item
 actiones corrigit, rectasque inducit, propterea dicitur Sacra
 Scriptura vtilis ad corrigendum, & erudiendum in iustitia; sed
 redarguere errores & corrigere vitia, ad primum genus perti-
 nent, quod exhortatorium vocauimus: Docere & erudire in Iu-
 stitia ad alterum illud præceptiuum; & hæc sufficere ad perfe-
 ctam iustitiam, & ad hæc reuocari, quæcumque præterea assi-
 gnari possent, satis apparet, quia Sanctus Paulus ideo subiicit
 vt perfectus sit homo Dei, ad omne bonum opus instructus.
 Nō enim satis esset instructus homo Dei, si quippiam ei deesset.
 Apparet quoque ex eo, genera Rhetorica sacra non plura esse,
 quam duo planè diuersa constituenda, quia duo tantum genera

Lib. 1. Pa-
dagogi ini-
tio.

Ibidem.

Locus Pauli
expenditur.
2. Tim. 3.

Duo genera
Auditorum.

Q 2 audi-

auditorum sunt, id est vel conuertendi, vel iam conuersi. Itaque consolatorium genus, quod Clemens distinguit, ab ijs diuersum constitui nequit, & id officium quod Sanctus Paulus item Sacris literis tribuit, Vt per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus, ad eruditionem in iustitia pertinet, consolari enim siue ad ferenda aduersa fortiter, siue ad superandos perturbationum impetus, & suborientes in virtutis viae quascumque difficultates, eius disciplinae munus est, quae tradit ipsas virtutes, eadem quippe eas conseruare debet, quae gignit, & ipsa alioqui virtus est perturbationum medicina, & moderatrix, atque in difficultatibus superandis suapte naturae versatur. Verum quia aliqua praecipua monita de hoc consolationis modo tradi possunt, infra separatim ea attingemus. Haec autem cum ita sint, cumque omnino diuersa auditorum generum duo sint, quia tamen in Christiana Republica, Tertius quidem status perfectorum seu ad perfectionem peculiari quodam modo tendentium reperitur, & nos tertium orationum huius maxime accommodatum genus ponamus. Hoc genus significat Clemens Alexandrinus. Nam cum exposuisset tria illa genera, exhortatorium, praecipuum, consolatorium, subiicit. Manifestum est autem esse alterum genus sermonis cuius institutum est docere, quod quidem est subtile, & spirituale, & accuratam tractandi rationem sequitur, & in arcanis contemplandis mysterijs versatur, id autem (inquit) in praesenti differatur] per quae verba satis aperte videtur, Theologiam quam vocant Mysticam intelligere.

Cap. 3.
lib. 1.

Ex triplici genere viae, omnia causarum genera sumuntur. Cap. XVIII.

EX his omnibus iam efflorescit celebris illa plenissimaque diuisio, rerum omnium, quae ad Christianam sapientiam, & ad opus Evangelici Oratoris pertinent in viam Purgatiuam, Illuminatiuam, & Vnitiuam, ita ut omnes sermones qui in Ecclesia habentur, vel sint ad instruendum eos, qui a peccatis purgari debent, & ad gratiam Dei iustificantem inuitari, vel ad eos, qui de tenebris peccatorum egressi, lucis viam, & mandatorum ineunt & de virtute in virtutem prouehuntur, vel ad eos, qui diuina iam luce perfusi ad perfectiorem alicuius vitam statum animum adiiciunt, & arctius sese Deo per charitatem astringunt. Prima via vocari solita est Incipientium, incipientium enim

enim a peccatis egredi, ut lumen gratiæ diuinæ aspiciant. Se-
cunda Progredientium, in via lucis, beneficio gratiæ Dei col-
lustratæ. Tertia Perfeclorum, & iam cumulatè expletorum
virtutibus. Quos omnes videtur Diuus Ioânes compellare his
verbis. Scribo vobis filioli, scribo vobis adolescentes, scribo
vobis Patres. Hanc vero triplicem viam vel docent apertè, vel
quantum ad ipsam rem satis significant quicumque de vita
Christiana, & spiritali tractationem instituunt, scribunt, vel
loquuntur. Inter quos copiosè Ioânes Cassianus varijs libris,
non ex suo (vt ipse ait) ingenio, sed ex Sanclorum Patrum, qui
suo tempore vixerunt auditione collegit, quæ ad eam rem fa-
ciunt, iuxta Apostolorum traditionem, quorum illi sanctissimi
heroes vestigijs insitebant. Quos planè Cassiani libros deberet
bonus concionator ad manus semper habere, & disciplinam
tam nobilem, tamque vtilem sibi primum addiscere, vt inde
idoneus fiat aliorum magister. Numquam enim erit bonus
magister docendo, qui non fuerit diligens in colligenda erudi-
tione discipulus.

Sedante Cassianum, antiquissimus author, Apostolorum
æqualis, & Pauli Apostoli præcipuè auditor Dionysius Areo-
paita, volens quod ab Apostolis didicerat, Ecclesiæ fideliter tra-
dere, scripsit librum de Ecclesiastica Hierarchia, in quo Chri-
stiani hominis mores instituit; In eoque statuit finem eius esse
similitudinem Dei quantum fieri potest per Charitatem, cum
scriptum sit in diuinis literis, Ego dixi Dijs estis, ad quem fi-
nem docet triplici hac via tendendum, Purgatiua, Illuminati-
ua, Vnitiua; Distinguit etiam tres Classes populi, & tres mini-
strorum Dei, iuxta has tres vias. Quarum classium, prima cõ-
tinebat eos, qui in prima via erant, cathecumenos, energume-
nos, penitentes, quibus præficiabantur ad erudiendum Clerici
Minorum ordinum, itemque Diaconi, & Subdiaconi. Secunda
erat reliquorum omnium Christianorum in via Illuminatiua,
qui ad sacramenta admittebantur, quorum curam Sacerdotes
gerebant. Tertia in via Vnitiua perfeclorum, qui dicebantur
Cultores, ac Supplices, & Monachi, qui omnia abdicabant, &
voto astricti totos se Deo dicabant, quorum tunc peculiarem
gerebant curam Episcopi, ex eaque re dicebantur Perfeciõnes,
& Perfeciores: sed quomodo hæc successu tēporum sint varia-
ta, & ex qua causa siue negligentia ministrorum, siue repore-
populorum non est huius loci differere. Vtinam id aduertant
Prælati omnes, & quod onus susceperint intelligant, mei vero

Q 3 insti-

Ioânis Cas-
siani liber exi-
mius, & opus
ob 217 mas
ob 217 39d
1773

Dion. Areo-
paita liber
de Eccl. Hier-
rar. diuidi-
tur.

Ioan. 10.
Psal. 81.

1773

Concionator
hanc Triplici
em via de-
bet bene do-
cere.

instituti est concionatorem admonere, ut quoniam eius munus est, sacrum quoddam, & hierarchicum ministerium, tria hæc munia persuadeat sibi esse diligenter præstanda, quæ Angelicis scripturis esse propria idem Dionysius, quem omnes Theologi citant, ibidem docet, ponens in Cælesti Hierarchia exemplaria horum; in nostra vero Ecclesia Imagines. Est profecto quilibet Sacerdos Angelus Domini exercituum; ut per Malactiam Deus pronunciat, & maximè Concionator iad hæc tria Capita concionum partes, & materias dirigere debet, ita ut primo peccatis populum Christianum studeat abducere, & perpetuum bellum suscipiat contra peccatores & peccata, & quibuscumque machinis expugnare contendat. Secundo eos, qui exercitum in hac prima via per Dei gratiam, & misericordiam, & sacramentorum frequentiam purgati viuunt, debet in via Illuminatio promouere ad virtutum officia, & ad omnem progressum dirigere. Tertio etiam ad vitam perfectioris statum, quæ est vultiva, homines perducere, ut sic fiant ipsi concionatores, duces populo Dei, & Moysen imitentur, dicentes, Ibimus viam trium dierum, ut sacrificemus Domino Deo nostro in deserto. Planè non deerunt toto anno varia occasiones, quibus diuersa argumeta pertractent, ut omnibus, etiã progredientibus, & consummatis, escam idoneam præbeant. Quod ut facilius fiat, vnaquaque via proprias sententias, & suam multiplicem argumentum materiam, sed prius maioris gratia claritatis sequentibus observatione in assignatis iam causarum generibus, etiam quasi species distinguam.

Magis distincta causarum Rhetorica sacra diuisio, & quomodo conueniant cum generibus prophanæ Rhetoricæ.
Capitulum X. I. X.

Tria genera
nostrarum cau-
sarum distin-
guuntur.

EX his, quæ hæcenus diximus, tria constituta sunt sacrarum genera concionum, quæ quis prohibet receptis triuularum vocabulis appellare, Purgatiuum, Illuminatiuum, Perfectiuum. Et primum quidem à duobus reliquis, ut diximus, planè diuersum est genus, quia auditori mutanda vita est, duobus vero posterioribus inter se, quamquam non tanta, tamen est magna distinctio. Auditores vero in genere Purgatiuo sunt in duplici genere Fideles, & Infideles. Hi cum & rationem erroribus, & vitam praua religione inquinatam habeant, ante omnia purgandi sunt ab erroribus. ea literarum sacrarum vi-
quæ

quæ ut Sanctus Paulus dixit utilis est ad redarguendum; fideles non ab errore infidelitatis, sed ab Ignorantia sæpe purgandi sunt, siue necessaria salutis misteria ignorent, siue per inscientiam in superstitiosam quampiam opinionem inciderint, atque hæc pars, quæ ad intellectum propriè purgandum pertinet, vocetur sanè Refutatoria. Quæ autem in purgandis vitijs versatur, eam Reprehensivam nominemus. At in via Illuminativa, & Perfectiva, quæ ad intellectum pertinet, Doctrinalis: (Græci Discalicon genus hoc vocant). Quæ ad voluntatem Præceptiva nominari potest: in utraque enim via, suæ distinguendæ sunt perfectiones, quæ ad cognitionem, & ad actionem spectent. Nam quamquam sæpe cum magna doctrina, exiguam sanctitatem, & non raro sanctitatem eximiam, cum modica doctrina, cernimus, tamen dubium esse non debet, quin alia Illuminativa alia Perfectiva via, misteria sacra respondeant, neque diversas necesse est his attribuerè orationum formas, cum eodem modo tractentur, & inter se magis gradu, quam genere distinguantur. Nec vero iam difficile est videre, quemadmodum Rhetorica huius divinæ causæ cum seculari conveniant. Cuius quidem genera Aristoteles tria esse, ex auditorum triplici varietate ostendit. Nam auditor, ad quem velut ad finem refertur oratio, aut Spectator est, (inquit) aut Iudicator: si Iudicator, aut rerum præteritarum, aut futurarum. De futuris Iudicat Concio, unde oritur genus Deliberativum, de præteritis iudex, unde Iudiciale genus existit. Si autem non iudicat, sed solum spectat, vel non de re iudicat, sed de facultate dicentis, oritur genus Demonstrativum, in quo facultatem suam ostentat Orator.

1. Tim. 3.

1. Rhet. cap. 3.

Hinc igitur Aristoteles efficit, tres duntaxat esse formas eloquentiæ secularis, vel tria genera causarum eius, quæ si presè accipienda sunt, eloquentia nostra commune cum his perparum, aut nihil habebit. Nam genus Exornativum nequaquam illud est apud nos, in quo populi negotium non aliud sit, quam velut in theatro sedere, & Oratorem quasi histrionem spectare, ut inanem inde referat voluptatem, neque laudatori nostro, id est propositum, ut iactet se, & facultatem, ingeniumque suum ostentare velit. Neque sunt nobis vera Iudicia, in quibus suffragio iudicum sit ferenda sententia de præteritis factis, quâquam posse fieri, non negarim. ut apud Populum Orator etiam noster aliquando innocentiam cuiuspiam defendat, sed id, quod per raro contingit, non potest formam ei, speciemque tribuere.

Discrimè inter nostras causas genera & propria Rhetorica.

Q 4 Neque

Neque demum ea deliberationis forma à Christiano concionatore tractatur, quæ apud sæculares oratores: quia liberum est eis in suis deliberationibus suadere idem, atque dissuadere, excipere, ac rejicere, quippè cum de rebus deliberetur, quarum incertus est exitus. Quod autem plurimum tractat suavorum, & ex suo, ad eum spectat officio, certum definitumque est, nec cuiquam rectè sentienti fas est contradicere. Quo loco magnum notandum est, inter sacram prophanamque Rhetoricam discrimen. Hæc enim dicitur ab Aristotele facultas, quo ille nomine solam dicendi artem, ac Dialecticam, nominat, ob eam, ut videtur causam, quod utramque contradicentium partem probare possint solæ hæc duæ facultates, nam quia rationibus non alligantur veris, sed verisimilibus, & probabilibus contentæ sunt, rationes autem verisimiles, ac probabiles ibi sunt, ubi non est evidens veritas, sed ferè pro utraque parte sunt, ideo Rhetorica, & Dialectica in utramque partem de suis thematibus disputant. At vero Orator sacer, quamquam res non per se evidentes, tamen certissimas tractat, ut quæ diuina fide nitantur, & sequitur non speciem veritatis, sed ipsammet veritatem: idque habet propositum, ut re ipsa bonos efficiat auditores, propterea neque disputare in utramque partem de suis pronunciatis, neque rationes, quas falsas sciat, pro veris afferre potest. Inde etiam est, ut id, quod suadet, omnino bonum sit (quantum quidem ad vim eius officij spectat.) Non enim fas est illi quippiam suadere, quod utile sit, idemque non sit honestum, quod tamen Aristotelico Rhetori conceditur. Neque nostræ doctrinæ ea vis inest, ut possit pro Iustitia, & contra Iustitiam dicere, quod fecisse Romæ Carneades fertur, neque laudare idem, atque vituperare, quod prophanæ eloquentiæ est vitium. Maneat igitur si religiosius rationes spectandæ sunt, ex quibus formas Rhetoricæ suæ distinxit Aristoteles, cum earum nulla, aut nullum, aut perexiguum, Rhetoricam nostram propriè habere commercium: si tamen velimus aliquo modo ad ea genera accommodare nostram, equidem sic dixerim. Refutatorium maximè referendum ad iudiciale, quæ enim in suis refutationibus præcepta tenent patroni, eadem proportionem, usui nobis sunt in patrocinio veritatis, & eversione errorum, eademque via & ratione tractanda. Reprehensiones ac præceptiones ad deliberationem spectant. Ostendit enim concionator peccata, quæ exagitat fugienda esse, & ad mutandam vitam hortatur, ac locos suasionum tractat, utilitate maximè proponenda.

Quomodo
causæ nostræ
cum Rhetori-
ca seculari
conuenire
possint.

Quam-

Quamobrem Clemens Alexandrinus vtramque hanc partem generis purgatiui, vt supra retulimus nomine vno sermonis exhortatorij comprehendit, laudationes vero, quæ sunt à nostris concionatoribus, haud obscurè ad genus referuntur exornatiuum, quia quamuis proposito dissentiant, tamen in laudandi vsu non abfimilem viam sectantur. Eadem videntur ad vitam Perfectiuam pertinere, cuius est maximè proprium honestate moueri, deinde etiam ad Illuminatiuam, ad genus scilicet Preceptiuum, quia præcipiendi genus pulcherrimum ac potentissimum est laudatio & exemplum. Ad genus deliberatiuum non est dubium, cuncta ferè referri posse. Omnia autem vnum sub conspectum subiecta ponet figura.

Exhortationes ad omnes vias pertinent.

- | | | | |
|------------------------|---|--------------------------|----------------------------------|
| Ad viam purgatiuam. | Refutationes. | Purgando intellectui. | Quibus Seruiunt affectus graues. |
| | Reprehensiones. | Purgandis moribus. | |
| Ad viam illuminatiuam. | Orationes dogmaticæ. | Illustratio intellectui. | Seruiunt affectus. |
| | Præceptiones morales. | Ornâdis moribus. | Temperati. |
| | Adiumenta ad Illuminandum & rationem & mores. | Commonitiones. | |
| | | Consolationes. | |
| | | Laudationes. | |
| Ad viam vniuiam. | Omnia pertinent, quæ ad Illuminatiuam, sed in excellentiori genere, & huic maximè propriæ sunt Descriptiones rerum altissimarum, & laudationes. | | |
| | (Quibus seruiunt affectus lenes. | | |

Genera quæstionum, ac res, quæ Concionibus tractari debent circa fidem, ac mores. Cap. XX.

Post genera causarum assignata, & species earum distinctas, placet adhuc & arbitror vtile futurum, magis ad particularia concionum argumenta descendere, & summa quædam omnium concionum, & rerum capita enumerare, vt quasi vnioco aspectu ante se habeat Ecclesiastes, totam rerum sylvam, vel potius campum, in quo suam industriam, & culturam debeat adhibere. Sed quia omnis Concio, vt quælibet oratio ad quæstionem aliquam reuocatur; Intelligamus primum, quæstionum diuersa esse genera. Aliqua enim ad solam cognitionem spectant, vt an Deus vbique sit, aliqua finem habent, actionem, vt an sacræ imagines sint adorandæ, Aliæ sunt theses, quæ sunt vniuersales, vt an sit bonum renuntiare omnibus suis facultatibus, & paupertatis tenere consilium, aliæ hypothefes id est particulares, vt an licuerit Petro Christum gladio defendere, Aliquæ sunt præterea quæstiones absolutæ sit ne Charitas vir-

Questionum multiplex genus.

Questionis
genus statim
intelligédū .

vireus, Aliquæ comparatæ sit ne Charitas maior alijs virtutibus, Denique nonnullæ sunt simplices, de Fide, de Providentia, de Purgatorio; nonnullæ complexæ. An Christus sit verus Dei filius. Hæc autem dialectici & Rhetores docent, sed nostro Concionatori non parum conducit scire genus ipsum quaestionis ab initio, tum vt intelligat eas quaestiones sibi magis tractandas, quæ ad actionem vergunt, quam quæ ad solam cognitionem: & has quando tractat debere etiam ad mores conuertere aliquo modo, vt concio popularis sit, non autem scholastica disputatio, & quando tractat theses, debere etiam hypothesis aliquam attingere, tum etiam vt nouerit alios sibi locos in alijs quaestionibus quaerendos esse. Nam quaestiones vniuersales, & speculatiuæ magis naturam rei declarant, & sectantur ordinem naturæ, & doctrinæ: Particulares ex Circumstantijs multa sumunt, & magis ad promouendos animos referuntur.

Fidei quæ
sunt misteria.
Verbum Dei.

Cum ergo superius prima diuisione omnia reuocauerimus ad fidei dogmata, & morum disciplinam, dicamus fidei misteria sæpe concionatori esse pro suggestu explicanda populi, enim eorum declaratio valde utilis, sicut ignorantio in magna cedit damnum, ac detrimentum, nec pauci sunt qui eorum inscitia laborant. Primum autem fundamentum omnium, quæ fides docet, est ipsum Dei Verbum, ipsa Scriptura reuelata, ipsum testamentum à Deo in diuinis chartis exaratum, & vetus, & nouum. Cuius maiestatem ac dignitatem debet Concionator auditoribus sæpius commendare, vt omnes intelligant, qua religione, quo cultu, & honore, hos sanctos codices debeant versare, quo in pretio habere omnes eius sententias, atque adeo verba eius singula, & minimos apices, cum talia verba sint, quæ non ex humani ingenij arescentibus riuis, sed ex altissimo illo atque inexhausto Diuinitatis fonte tracta & hausta, ab ipso Dei spiritu dictata, atque prolata sint. Deinde præcipua fidei misteria sunt ea, quæ ad Diuinitatis articulos, & quæ ad Christi Domini humanitatis sacramenta pertinent. Circa prima agere sæpe poterit de Deo, & ad eius cognitionem & amorem frequenter auditores accédere. In Deo Vnitas essentia consideratur, & Trinitas personarum, vbi docenda sunt, quæ non solum ad misterij faciunt fidem, sed ad reuerentiam, & honorem, vt semper iubilemus cum Angelis canentes sacrosanctum Trisagium. Dei attributa item celebranda, & perfectiones, quod sit Deus æternus, omnipotens, vbique præsens, & omnia replens, infinitus, ætus purus, immensus. Eiusdem prædi-

Diuinitatis
misteria.

Dei attribu-
ta.

prædicanda prouidentia, Iustitia, Misericordia, Loquendum de varijs titulis, quibus obstringimur Deum super omnia diligere, de Charitate eius in nos, continuaque beneficentia, & maximis atque innumerabilibus beneficijs, vt ad gratitudinē, animi erigantur. Explicandum in loco, vt sit causa efficiens, omnium quę existunt, vbi proponitur consideranda vniuersitas rerum creaturarum, visibilium, & inuisibilium, quarum Deum esse ex nihilo Creatorem & effectorem credimus. Inter quę

Primo loco sunt Angeli, qui naturę dignitate, multitudine, ordine, felicitate, excellunt, qui etiam hominum custodiam gerunt: sunt etiam Dæmones ob peccatum Cælo eiekti, hominumque perpetui hostes, atque expugnatores. Inde homines ex anima & corpore constituti. Vbi ex vna parte de hominis dignitate, de animę pulchritudine, immortalitate, ac reliquis donis, ex altera de corporis miserijs, & morte multa dici possunt. Multa etiam de consequente morte, iudicio particulari, & vniuersali, & alijs, quę mortem consequuntur. Est enim mors velut pons quidam, siue ad æternam felicitatem, siue ad æternam perpetuamque calamitatem. Quę si sæpe atque

vti decet in memoriam peccantibus reuocentur, fiet vt quasi quodam freno timoris iniecto coerceantur. Habet hic locum, & primi hominis lapsus & posteritatis vniuersę cum eo; Postremo sunt ceterę creaturę rationis expertes, quę a diuo Ambrosio, Basilio, & alijs Patribus in opere sex dierum considerantur. Ex quibus Dei gloriam ac laudes (vt scriptura ac præfertim liber psalmodum, & ecclesiasticus faciunt) colligere, Philosophus Christianus, ac prædicare populo debet. Neque solum est Deus causa efficiens omnium rerum, verum etiam finis, ad suę glorię per eas manifestationem, Creaturę vero intellectuales etiam per clarã sui visionem.

Angeli.

Homo.

Opera sex dierum. In libris Hexameron.

Christus.

De Christo autem & eius humanitatis misterijs habet Concionator amplissimos, quos magno cum fructu peragret campos. Debet enim velut præcipuum omnium concionum scopum sibi Christum ponere, deque eius maiestate sæpe loqui, vt intelligant omnes ex ipso, & in ipso, & per ipsum omnia nobis bona donata esse, neque esse aliud nomen, in quo oporteat nos saluos fieri, in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, in quo est anima plenissima omni gratiarum genere, omnique sapientia, & corpus diuinitatis organum, nostręque redemptionis instrumentum: vt de Christo Domino dici possit illud ecclesiastici primo, Altitudinem Cæli (idest diuinitatis) pro-

profundum abyssi (idest animæ) & latitudinem terrę (idest sacratissima carnis) , quis dimensus est ? Eius autem miseria sunt Prædestinatio altissima , a qua omnium sanctorum & prædestinatio , & merita dependent . Incarnatio , Natiuitas . Vita , predicatio , miracula , mors , resurrectio , ascensio , regnum eius , quod est Ecclesia , quæ & corpus eius est , cuius ipse est caput , quæ in terra militat , in Cælo triumphat , in Purgatorio præparatur ad gloriam .

Ecclesia .

De Ecclesia multa sunt , quæ fides docet , nam eius proprietates proponit , scilicet esse vnam , sanctam , Catholicam , Apostolicam , Romanam : Notas veræ Ecclesiæ , & falsæ distinguit , eius diuersas hierarchias , & status ministrorum vsque ad summum Hierarcham , & Antifitem refert , Claves , & potestatem esse in Ecclesia remittendi peccata , quantum ad culpam absolutionem , & penarum per Indulgentias relaxationem tenet . Hæc & alia fidei dogmata ad prædicandum habet Christianus orator , ex quibus colliget ea , quæ maximè auditoribus condere iudicabit : eaque ita tractabit , vt instruat mentem , ad Deum practicam notitiam , laudem , gratiarum actionem , & amorem .

Morum disciplina quid contineat .

Venio ad ea , quæ morum disciplinam continent , & in triplicem viam , quam supra ex antiquissima traditione proposui , diuiduntur , vt singulis vijs , quæ sint earum propria assignemus . Sed illud his tribus vijs commune est , ac præcipuum , vt antea omnia quisque intelligat Dei gratiam præ cæteris omnibus rebus maximè necessariam esse , Gratia ipsa est totius itineris Dux , ipsa lux , & comes : ipsa est , quæ viam monstrat quæ vires præbet , quæ purgat , & præuenit , quæ excitat peccatorem , iustificat impium . Gratia comitatur penitentem , promouet , illuminat , virtutes inserit . gratia per Charitatem perficit , denique quicquid boni potest in homine reperiri , à Dei gratia per Christi merita , in illū descendit , & manat . Et hæc est præcipua materia , quæ concionator debet amplificare , vt gratiæ diuinæ necessitatē , & excellentiam agnoscat omnes , eam impetrare summis precibus cõtendant , & ad eam se præparent , ei tribuant quicquid boni habet , vsurpetque ; illud Apostoli gratia Dei sum id , quod sumus .

1. Cor. 15.

Finis & scopus vitæ Christianæ .

Etiã ad omnes vias spectat , vt quisque cognoscat , quæ sit totius vitæ spiritualis , ac trium viarum finis , quis scopus , quæ instrumeta . Hæc enim in omni arte sunt necessario præcognoscenda quæ explicare non est huius loci ; legat , qui volent apud Casianum , primam eius collationem , quæ est Abbatis Mosis , & intelligat , aliquando renocanda hæc esse in memoriam auditorum ,

torum, ne in vijs premonstratis aberrent. Iam vero in via purgatiua hæc proprie occurrunt argumenta. Primum de peccato vniuersè, eiusque turpitudine, & granitate, de quo ecclesiastes zelo spiritus Dei inflammatus sæpe debet loqui, atque ita, vt auditores solo peccati mortiferi audito nomine, exhorreat, ac reformident. Describet sæpe miserandum peccatoris statum, dum gratia Dei est orbatus, & cæno deformatus mortalis noxæ: mala item quæ peccatum, & animam desertam a Deo, sub Diaboli tyrannide degentem consequuntur. Secundo de peccatis in specie, multa sunt, quæ doceri possunt, quorum sunt septem tanquam duces, capitalia, vitia, singula item in suas species distributa, & quasi filias, vt loquar cum D. Greg. quæ concionatori debent esse perspecta, cū eius præcipuum munus in arguendis peccatis sit. Annumerabo ea, quia horum monstrorum horrenda facies, si bene depingatur, magnum potest in animis auditorum odium, detestationem, que scelerum concitare, & illud hæc in re videtur optimum, si nobis locorum communium syluam comparemus, vt in diuersis concionibus, ex occasione, modo vnam speciem, modo aliam insectemur. Porrò superbia has gignit filias, Inobedientiam, Iactantiam, Hypocrisim, Contentionem, Pertinaciam, Discordiam, Curiositatem. Auaritia, Proditionem, Fraudem, Fallaciam, Periurium, Inquietudinem, Violentiam, Inhumanitatem, & Cordis duritiam. Luxuria: Mentis cæcitatem, Inconsiderationem, Inconstantiam, Precipitationem, Amorem sui, Odium Dei, Vehemens desiderium huius vitæ, mortis, ac futuri iudicij Horrorem, felicitatis æternæ Desperationem. Invidia, Odium, Surrationem, Detractionem, Exultationem in rebus aduersis aliorum, & in prosperis Aegritudinem. Gula Lætitiam, Multiloquium, Scurrilitatem, Sparditiem, sensus, & intellectus Heberudinem. Ira, Rixas, Tumorem mentis, Contumelias, Clamorem, Indignationem, & Blasphemias. Accidia, Malitiam, Rancorem, Pusillanimitatem, Desperationem, Torporem ad necessaria, & Euagationem mentis circa res illicitas. Vides quot, quantisque peccatorum sentibus hic Mundus sit expurgandus, vides quantus hæc in via, quæ prima est, sese offerat spatiandi campus, pariter & commoditas; quid ergo sentiendum de illis concionatoribus, qui campum à spinis purgare negligunt, sed super eas sementem Euangelij sine vlla spe fructus iaciunt?

In via Purgatiua.
Peccatum.

Li. 31. Moral. c. 17.

Peccatorum species variet.

Alia Peccatorum genera.

Tertio agendum de peccatis etiam alienis, quorum homines

nes socij sunt, ac participes, iubendo consilium dando, consen-
 tiendo, approbando, tacendo, applaudendo, non obstando, non
 manifestando, participando. Ab his liberari David orabat,
 cum diceret, ab occultis meis munda me Domine, & ab alie-
 nis parce seruo tuo. Docendus est itaque populus grauius
 delinquere, qui alieni peccati sit participes, grauiusque a Deo
 puniri. Agendum de peccatis in Spiritum sanctum, quae sunt,
 Praesumptio de misericordia Dei, Desperatio, cognitio verita-
 tis Impugnatio, fraternae Charitatis Inuidia, Obstinatio,
 & Impenitentia. Agendum de quatuor peccatis, quae clama-
 re dicuntur in Caelum quae sunt: Homicidium voluntarium, Pec-
 catum quod merito dicitur nefandum, Oppressio pauperum,
 Merces operariorum interuersa. Quarto de gratia, iustifican-
 te, multa possunt afferri ad remissionem peccatorum necessa-
 ria, per quam peccator de statu gehennae ad statum filiorum
 Dei transit, siquid membrum Dei viuum, de quo eius naturae
 effectibus, causis, & dignitate multa praecclare dici possunt.
 Quinto post haec in eadem via agendum est de penitentia, quae
 est vnicum, & potentissimum ad peccata curanda remedium,
 estque hic locus satis a Prophetis, & Sanctis Apostolis vsurpa-
 tus. Quae penitentia primum a Deo, & eius gratia per multos
 actus internos perficitur in peccatore, qui sunt cognitio pecca-
 ti, timor gehennae, Dolor culpaes Spes veniae, aliquis Amor in
 Deum, Propositum emendationis: deinde etiam per actus ex-
 ternos, qui sunt tum confessionis, tum satisfactionis, vt sunt
 penitentiae, & alia corporis afflictationes, Eleemosinae item,
 & Orationes ad veniam peccatorum impetrandam eademque
 defendenda. Sexto ad hanc viam pertinet, vt concionator agat
 de Tentationibus carnis, mundi, ac demonum, quae occurrunt
 hominibus, ne hanc viam ingrediantur, vel ne conuersionem
 ad Deum inchoatam, deinceps continuent. Solet enim astu-
 tissimus Satan inter hoc difficultatibus vndecumque maximis
 intercludere, vt miseri homines desperato progressu ad primi-
 na vitia relabantur. Modo eos conscientiae nimis angusta sub
 specie religionis, terrore angit, modo nimis libera laxa, per-
 dita quadam confidentia dissoluit, contra quae, debet concio-
 nator confirmare suos auditores, varia remedia proponere, ad
 astuti hostis versutias, & stratagemata detegere, ad fiduciam
 in Deum excitare, Christi Redemptoris cruciatus, ac mortem,
 eiusque virtutem sanguinis inculcare. Septimo docendi sunt
 de prauis habitibus extirpandis, & quod non statim iniusta
 gratia

Habitus pra-
 uis

gratia iustificante pereunt, sed remanent ad pugnam. De victoria passionum animi, bonoque illarum regimine, & totius hominis tam interioris quam exterioris mortificatione, & omnium malorum radice, qui est Amor proprius, & fomes corrupta natura.

Que ad viam illuminatiuam & unitiuam pertinent.

IN via vero illuminatiua, ad quam progredientini in via spiritali status refertur, de ipso progressu aliquando agi potest, ad quem Christiani omnes aspirare debemus. De extirpandis peccatis venialibus, quae progressui maximo impedimento sunt, deque remedijs ipsorum, quae sunt praeter sacramenta, sacramentalia, & plerique actus boni. De Tepiditatis vitio, & modis illud expellendi. Ad hanc ipsam viam pertinet omnium Christianarum virtutum splendor, ut capus amplissimus, isque pulcherrimus Christianae facundiae patefiat. De pulchritudine enim Honesti in communi, & praerogatiuis hominis iusti, de natura virtutum, de actionibus earum, de gradibus, de effectibus, de signis, quae multa sunt, quae magna cum utilitate tractantur. Deinde ad singulas descendendo, diuinus ille ternarius, Fides, Spes, Charitas, quam graues, & insignes, quam dulces considerationes subministrat. Siquis fidei nostrae argumenta, quae eius credibilitatem euidentem demonstrant, recte proponat auditoribus, magna eos consolatione perfundet, quam materiam multi iam tractant, & quidem Magister Auila in libello, Audi filia, ut in omnibus, ita in hoc argumento tractando est admirabilis. optimus quoque eius discipulus Landouicus Granatensis in simbolo fidei, & ex ordine nostro Franciscus Arias in libro de Imitatione Beatae Virginis, passimq; in primo volumine de Imitatione Christi, & ante hos Marsilius Ficinus in egregio quodam opusculo. Saepè etiam opus est spei anchoram iacere, fiduciam in Deum excitare, praemia speranda proponere. Dulcissima vero est materia Charitatis in Deum, & in proximum, eoque tractanda frequentius, ac praesertim amor inter homines mutuus commendandus, qui etiam ad inimicos sese extendat. Sequitur deinde quatuor virtutum, quas vulgo Cardinales vocamus nobilissimus Chorus, quarum naturam quatenus sunt acquisita etiam ipsa explicat philosophia, & alias his respondentes superioris ordinis à Deo infundi ad actus

Peccatum veniale.
Tepiditas.
Virtutes.
Fides, Spes, Charitas.
Virtutes Cardinales.

- Prudentia.** actus excellentiores eliciendos optimis rationibus D. Thomas ostendit. Prudentia plures sunt actus, consilium, iudicium, preceptio. Ad hanc reducuntur, quæ de discretione spirituum, erudite plerique grauissimi Doctores scripserunt. Ad hanc, Electum Status, tum aliorum bonorum in tota vita spectat. Iustitia multiplex est, Commutatiua, Distributiua, Punitiua. Ad Iustitiam item tanquam præcipuæ partes referuntur, Religio, & cultus, qui Deo debetur, cuius actus præ cæteris est Oratio & deuotio sæpè pro concione laudanda. Pietas erga parentes, & patriam; Obediencia, quæ Prælati ac superioribus debetur. Huc consideratio de statibus referri potest, vt nimirum omnes sibi inuicem reddant quod debent, subditis Prælati, parentes filijs, viri vxoribus, vxores viris, Domini famulis, famuli dominis. quæ autem præcepta his statibus danda sint ea in tertia huius operis parte insinuabo. Temperantia consistit in Abstinentia, Sobrietate, Continentia, & Castitate tam virginum, quam viduarum, & conjugatorum, in Mansuetudine, Modestia, in externis actibus, in habitu & cultu, Humilitate, & Simplicitate. Fortitudo habet Patientiam, Magnanimitatem, & Constantiam in aduersis. Præterea cum virtutibus possunt coniungi opera Misericordiæ tam spiritalia, quam corporalia, sæpè Spiritus sancti Dona, duodecim fructus eiusdem Spiritus, octo Beatitudines, item omnes piæ, sanctæque Inspirationes, aut cogitationes, quas varijs modis Deus in mentem inijcit, quibusque hominem instruit. Itemque Consolationum & Desolationum tota ratio in hac via considerari potest, quæ est suavis materia, & planè digna, quæ à spiritali viro non ignoretur.
- Leges.** Ad eandem viam illuminatiuam pertinet omnium, legum obseruantia, inter quas Prima est lex Naturalis diuina scripta in cordibus, cuius sunt decem præcepta Decalogi, quæ sæpè populo in memoriã reuocanda sunt. Exempli gratia. In primo doceat Orator diuinus, quemadmodum sit adorandus Deus contra omnem Superstitionem ac Magiam, & simul quomodo sancti colendi, & Beata Virgo, & Sacrae Imagines. In secundo de Iure iurando disserat, de voto, & ita de alijs: Existimo autem multum conducere, si in aliquibus actionibus doceat quando committitur peccatum mortale, quando veniale, quando etiam nullum, Hoc enim in aliquibus materijs si bene, ac distinctè proponatur, mirum in modum, & doctis, & indoctis placeat, & multum iuuat ad mouendos homines, vt studiosè conseruare gratiam diuinam conentur, cuius rei nonnulli ex antiquis

quis Concionatoribus experientia duce testes esse possunt. Ali-
 qui enim homines falso putant omnia esse peccata mortalia,
 præque desperatione habenas omnes cupiditatibus remittunt.
 Secunda lex est, Euangelica, quæ maiorem perfectionem à no-
 bis exigit, quam illa vetus à Iudæis: & hoc præstat omnibus le-
 gibus, quod non solum præcipit, sed gratiam, & vires confert
 contra omne peccatum, & ad omnes virtutes, & ad hoc ipsum
 sacramenta continet, quæ non solum signa quædam sunt, qui-
 bus erudiamur; sed ipsam quoque efficiunt gratiam. Materia
 autem Sacramentorum maximè penitentia, atque Eucharistia
 debet sapissimè à Concionatore versari, ut ad horum frequen-
 tiam ac studium omnes inducat. Simul enim disciplina morû,
 & sacramentorum vsus iungi debent. Imo Dionysius Areopa-
 gita ex ritibus sacramentorum ac functionibus, triplicem via-
 rum disciplinam explicat. Quare omnem concionator moueat
 lapidem, omnem adhibeat diligentiam, ut eò perducatur audito-
 res, ut ad Sacramentum confessionis singulis hebdomadis ac-
 cedant. Continet præterea Euangelium quam plurima, quæ
 doctor Euangelicus explicare debet, Christi opera, virtutes,
 facta, miracula, parabolas, sermones, dogmata, præcepta, con-
 silia, virtutum omnium actiones, vitiorum turpitudinem, deni-
 que omnes mores, omnem Christiano viro dignam perfectio-
 nem. Quare non est sine iniuria Euangelij, cum quis fonte di-
 misso, vnde aqua limpidissima hauriri potest ad philosophiæ
 lacunas, & ad proprii ingenij commenta, idest ad cisternas dis-
 sipatas, quæ continere non valent aquas, sæpe se conuertit.
 Tertia est lex Ecclesiæ cuius sunt quinque præcepta. Quarta
 est tam canonica, quam Ciuilis, cui etiam obedientia debetur,
 dicente Paulo, potestatibus sublimioribus omnis anima subdi-
 ta sit, non enim est potestas nisi à Deo. Denique in via vnitua
 agendum de coniunctione animæ cum Deo per charitatem per-
 fectam, de consilijs Euangelicis præsertim Paupertatis, Casti-
 tatis, & Obedientiæ, de Contemplatione, & eius gradibus, de
 Mystica Theologia, de gradibus diuini amoris, de perfecta sui
 conformatione cum diuina voluntate, sed aliqua ex his non fa-
 cile omnibus vulganda, quod multi non sint capaces, ita mo-
 net Timotheum Dionysius Areopagita, ut quædam occulta in
 vulgus non propalet, ne margaritas projiciat ante porcos: intel-
 ligit Dionysius per hæc occultiora, multa, quæ altissimum
 quendam contemplationis gradum, multa quæ ad excellentem
 cum Deo, & perfectissimam vnionem pertinent, quæ mystica

Lex Euange-
lica.

Sacramenta.

1. De Hie-
rarch.
Eccl. p. 3.
cap. 6.Præcepta Ec-
clesiæ.

Rom. 13.

In via vnitua
quæ materiæ.Lib. de Ce-
lest. Hie-
rarch. c. 2.
in fine.

R Theo-

Theologia docet & hanc tanquam reconditum thesaurum Timotheo commendat, & asserit hæc ab Episcopis non plebi, sed monachis fuisse communicata. Vides ne diuinarum rerum pro quanta seges parata concionatoribus sit, & quam necessaria horum notitia populo Christiano? vt mirandum sit valde aliquos quæstionibus curiosis & inutilibus, ac vana quadam verborum eloquentia conciones suas contexere, & ornare, rebus adeo grauib, & necessarijs ad salutem, ommissis. Vix profecto suo muneri satisfaciunt nisi locos communes, ex argumentis, quæ diximus, paratos & instructos habeant eosq; pro ratione temporum, ac personarum, sæpe, & accurate pertractent.

Finis Libri Quartii.

DE INVENTIONE ARGVMENTORVM

Ex locis.

LIBER QVINTVS.

Materia Selectio.

CAPVT PRIMVM.



Hactenus nostra hæc institutio Eloquentiæ sacræ formam, finem, & officia Christiani oratoris considerauit, materiam etiam huius facultatis multiplicem, & causarum genera varia, in quibus eum pro suo munere versari oportet proposuit. Agendum iam est de quinque partibus, quibus tota dicendi continetur facultas, Inuentione, Dispositione, Eloquutione, Memoria, Pronunciatione, non vt Rhetorum hic præcepta retractemus, sed vt nostrum Oratorē ijs de rebus admoneamus, quas ad conciones sacras, siue necessarias, siue etiam vtilis fore iudicamus. Itaque lectorem hic ego alloquar verbis Augustini, si quis (ait) credat Rhetorica me daturum præcepta, vt à me non expectet admonere, non quod nihil habeant vtilitatis, sed si quid habent seorsum discendum est, si cui autem fortassè bono viro etiam hæc vacat discere non autem à me, vel in hoc opere requirendum.] Atque vt ordiamur ab Inuentione. In prima Materia & argumenti delectus habendus est. Hæc enim est prima inuentionis industria ex August. qui negotium Oratoris in duobus consistere docet, primum vt doctrinam eligere, deinde vt eam sufficienter dicere sciat, sicut quilibet artifex primo materiam operi accommodatam inuenire, lignum vel metallum; tum eam artificiosè expolire debet. Quis dubitat nō omnem doctrinam populo predicandam, sed eligendam accurate. Quia in re parum felices esse aliquos

R 2 animad-

4. de Doct.
Chr. c. 1.

Delectus ma-
teriæ habendus.
1. de Doct.
Chr. c. 1.

Aliqui parū
felices in eli-
genda maté-
ria.

- animaduerto, qui eas materias proponunt, quæ vel non valde tempore conueniant, & euangelio, vel parum vtilis populo futuræ sint, vel sint steriles, & aridæ, in quibus eloquutio in mouendis affectibus non possit, vt opus est, vires suas exercere, vel difficiles, nec ad captum populi accomodata, vel exiles, & parui momenti, vel speculatiuæ in quibus vix appareat, quid persuaderi, qui motus excitari possint. Omnino verum est, quod Quint: docuit his verbis. Ego nec inuenisse quidem credo eum qui non iudicauit, nec enim contraria, communia, stulta, inuenisse dicitur quisquam, sed non vitasse.] Prima igitur & summa diligentia in materia deligenda poni debet, qua etiam illud emolumenti affert, quod ille Poeta canit: cui lecta potenter erit res, nec facundia deseret hunc, nec lucidus ordo.
- Lib. 3. c. 3.** Illud igitur primum, tamquam certissimum statuamus Intellegendum oratori nostro, sibi non esse liberum, quæcumque ipse voluerit prædicare, sed adigi ex officio ad Dei verbum enunciandum, sicut nec legato fas est alia referre, quam qua in mandatis accepit. Oratorem autem Christianum pro Christo legatione fungi initio diximus, quare nec nisi diuinum verbum ab ipso met Deo acceptum eloqui debet. Audi Deum ad Hieremiam verba facientem, ita, inquit, in atrio domus Domini, & loqueris ad omnes Ciuitates Iuda (quidnam?) in uersos sermones, quos ego mandauit tibi, vt loquaris ad eos, noli subtrahere verbum, si forte audiant, & conuertantur uultusque a via sua mala, & prius dixerat. Tu ergo accinge lumbos tuos & surge, & loquere ad eos omnia quæ ego præcepit tibi. Ezechieli item dicitur: fili hominis omnes sermones meos, quos ego loquar ad te, assume in corde tuo, & auribus tuis audi, & vade ingredi ad filios populi, & loqueris ad eos. Hoc autem verbum Dei debet prædicari, quia vt diximus et Paulo, scriptura sacra ad omnia utilis est, vt perfectus sit homo Dei, & instructus, & continet Doctrinam omnium rerum ad salutem necessariarum, quod si cum doctrinis philosophorum conferatur, merito dicere possumus, cum Hieremia, Quid pariter ad triticum? & cum Dauide, Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non vt lex tua, hoc, inquam, est verbum Dei, quod multis nominibus præcellit omnem humanam doctrinam, Vnde a Paulo dicitur sermo Dei viuus, & effigax, penetrabilior omni gladio accipiti, & alibi dicitur sermo iustitiæ, quia docet Christianam, ac perfectam iustitiam, & rursus dicitur verbum veritatis docens verissimam scientiam, in qua nihil potest subesse

Verbum diuini
num est prædicandum.

Hier. 26.

Hier. 1.

Cap. 3.

Verbi Dei dignitas.

Hier. 23.

Psal. 116.

Heb. 4.

Heb. 5.

2. Tim. 2.

subesse falsi, & sepe dicitur verbum vitæ iuxta illud Dini Petri: Verba vitæ æternæ habes, & ad Coloss. agnitio veritatis Dei, *Ioan. 6.* iterum Doctrina, quæ est secundum pietatem, & ad Tit. Agnitio veritatis, quæ secundum pietatem est in spem vitæ æternæ. *Col. 1.* Denique doctrina quæ est secundum Evangelium gloriæ beati Dei. S. Hieron. & habetur dist. 36. cap. si quis vult, dat exemplum Moyfi, qui erat indefinenter in tabernaculo Domini, aut Populum docebat. Hæc aut sunt duo Pontificis opera, vt aut a Deo discat legendo scripturas sacras, & sapius meditando, aut populum doceat, sed illa doceat, quæ a Deo ipse didicerit non ex proprio corde, aut humano sensu.]

Secundo illud apud neminem reuocari potest in dubium, res quæ seligendæ sunt, eas debere esse ex quibus auditores plurimum vtilitatis percepturi esse videantur, cuiusmodi sunt, quæ doctrinas morales continent, & ad vitæ Christianæ institutionem faciunt. Neque enim laudandi sunt, qui licet pulcherrima afferant pro concione, tamen sunt huiusmodi, vt peccata non corrigant, mores non instituunt, fructum non pariant. Non autem ita fieri debere, & ratio, & authoritas, & exemplum persuadent, Ratio quidem, quia cum finis concionatoris, & fructus concionum sit, persuadendo, bonos & meliores reddere auditores, quis in dubium trahat, hoc moralia præstare multo melius, quam speculatiua? Quare non videtur valde fructum & salutem curare animarum, qui in his magis, quam in illis immoratur. Authoritas est scripturæ vtriusque testamenti, quæ passim hoc præcipit, vt alibi pluribus ostendimus. interim illud Pauli hoc loco valde ad rem facit, vult enim, vt sit sermo *Tit. 2.* sanus, & verbum sanum, nempe quemadmodum dicuntur fructus sani, qui corporibus sanitatem conferunt. Sicut autem medici a multis fructibus præcipiunt abstinendum, præsertim ægotantibus, quod insalubres sint, ita cauendum est medicis animarum, ne ijs, quos curâdos susceperunt parû salubria proponant, cuiusmodi sunt omnes quæstiones inutiles, & curiosæ. Eunt, inquit, Christus docete omnes gentes, seruare omnia quæcumq; mandauimus vobis, ergo mandata Dei sunt inculcanda, sine quibus nemo vitam æternam consequi potest: nam dominus idem rogâti legisperito, quid faciendo vitam æternam possessurus esset, post præcepta commemorata subdidit. Hoc fac, & viues. Cum ergo Concionatores in eum finem suggestum ascendant, vt populum doceant viam cæli, omnino suo muneri defiant, nisi mandatis Dei vrgendis frequenter insistant, apud

Materiæ vtilis seligendæ.

Tit. 2.

Mat. 23.
Præcepta Dei.
Luc. 10.

Luc. 24. Luc. dicitur . oportebat prædicari in nomine eius penitentiam,
Penitentia. & remissionem peccatorum, ergo ad dolorem, & penitentiam,
Marc. 16. & peccati detestationem, & spem remissionis, inducendi sunt
Euangelium. sæpe homines. Apud D. Marcū euntes prædicate Euangelium
 omni Creaturæ, ergo materia concionum præcipua ex euange-
 licis verbis, & historijs desumi debet, quæ virtutibus infere-
 dis, peccatis euellendis, & detestandis deseruiunt, ex quo ma-
 ior fructus reportari solet, quam si quis contortas, & aculeatas
 ingenij sui conclusiunculas excogitet, ac eleganter, vt sibi vi-
 detur proferat, Euangelio, vel prætermissio, vel cursim expli-
 cato, vel summis (vt dicitur) labijs delibato. Atqui videtur
 hoc loco dignum, & opportunum consilium, vt historias euange-
 licas, vel parabolas, atque adeo verba Euangelij crebro in
 Concionibus referamus populo. In hunc enim finem hæc Ec-
 clesia legit, & facile obliuioni mandarentur, nisi Concionato-
 res sæpe commemorarent, nec possunt, non magnam ex se ha-
 bere vim, vtpotè a Dei filio prolata. Denique Concilium
Sess. 5. c. 2. Tridentinum optat, vt prædicemus vitia, & virtutes, præmia,
Materia & pœnas, quod etiam B. Fraciscus suos admonerat religiosos.
Ex Cõcil. His igitur vtilibus sacer Orator insistat, nec multa in vna
Trid. concione coaceruet, sed optima seligat, ac studiose confirmet. Quo-
 niam vero iam satis dictum est, quæ præcipua esse debeant
 Concionum argumenta, nunc aliqua, quæ relinquenda potius, quàm
 in concione enarranda sunt breuiter indicemus, plenius hæc
 de re in tertia parte loquuturi.

*Quales materia non videantur in concionibus popularibus
 examinanda. Cap. II.*

Orat. 1. de **N**on videtur tẽpus terendum in quæstionibus philosophicis
Theol. seu multis philosophorũ sententijs afferendis. Theologica
 vero, quæ sunt difficilia leuiter delibanda, vel omnino præter-
 eunda. Recte Nazianzenus de quibus (inquit) disputandum
 & quomodo? de his solum, ad quæ humani ingenij acies per-
 tingere potest. Et quatenus conditio auditoris & facultas qui-
 verit assequi, ne vt intensior vox auribus, vt alimentum immo-
 dicum corpori, vt onera paulo grauiora subeuntibus, vt de-
 nique terræ crebriores pluuie nocent, ita sanè, & auditores
 quæstionibus altioribus, & quasi solidioribus degrauati, pres-
 sique damni aliquid accipiant] & ad finem orationis. De his
 argumentis Theologicis disputationem salubriter ait moneri,
 in qui-

in quibus scopum ferire est vtile, aberrare vero non adeo periculosum.] August. item, sunt quædam, quæ sua vi non intelliguntur; quomodolibet, & quantumlibet, quamuis plenissime dicentis versentur eloquio, quæ in populi audientiam, vel raro si aliquid vrget, vel nunquam omnino committenda sunt.] cuius modi sunt quæstiones, de prædestinatione, ac reprobatione, de libera arbitrio, de præcipientia Dei nisi ea sit auditorum capacitas & fructus etiam sperari possit valde probabilis: Ea item, quæ apud Theologos sunt dubia, & controuersa. Etiam illud prudenter hic aduertendum est, vbi inter Doctores opinionum varietas est, non esse ad extrema adherendum, sed media incedendum via, & opinionem amplectendam, quæ communior & tutior videatur. Nec operæ pretium est, varias Doctorum sententias pro suggestu referre, satis superque est, si ea quæ sunt certa, populus percipere, & retinere valeat; Relinquatur scholis examen diuersarum opinionum inter Theologos. Ex his enim sæpe inter ipsos Auditores, nonnuquam etiam inter Concionatores, lites, & contentiones sine fructu oriuntur: periculum etiam est ne populus sensim res quoque certissimas in dubium reuocandas iudicet. Paulus ad Timoth. & Tit. monet, ne in Ecclesia detur locus doctrinæ, quæ non est secundum pietatem, & abstinendum ab ineptis quæstionibus, & contentionibus, quæ sunt inutiles, & superuacaneæ, & quæ dissidium magis mouent, quam ædificationem. Vbi Hæretici non sunt, etiamsi confutationes optimæ præsto sint, non nisi admodum parè, & in re clarissima, Opiniones eorum multoque minus rationes, vix etiam nomina memorentur. Vbi vero versantur hæretici acriter confutandi sunt, sed cum quadam commiseratione, quod à Dæmone decepti sint, afferendo tamen firmas rationes, & efficaces ad arguendum. In alijs autem locis mentione hæresis prætermittenda, melius est contrariam veritatem docere; Apocrypha nunquam, Nam vt ait Hieron. Multa his admixta sunt vitiosa, nec eorum sunt, quorum titulis prænotantur. Fabulosa vix vnquam vsurpanda, nec sine magno iudicio, habita ratione decori. Itaque sit hæc inter præcipuas concionatoris curas, vt diu, vt attentè cogitet qua de re sibi agendum putet; & cum ei utilis, & accommodata materia occurrit, quam credit huiusmodi esse, vt moribus auditorum putet profuturam maturè cogitet, quid in ea præcipuè sumendum sit, quid relinquendum. Nam etiam in hoc aliquos infelices esse, potuimus aduertere, dum potiora tacent, & quæ mi-

Lib. 4. de
Doct. c. 9.

Controuersia
doctorum dis-
simulanda.

Contra hære-
ticos vbi ag-
endum sit.

Epist. 7. ad
latam.

In singulis
materijs ali-
qua tacenda.

aus sunt vtilia afferunt . Et fortasse non minor est adhibenda diligentia in excludendis rebus , quæ non valdè ad vtilitatem faciunt , quam in conquirendis ijs , quæ vim habent ad persuadendum , ne horam dicendi debitam fructuosis : inutilia occupent .

Duplex modus tractandi res morales per decreta , & præcepta . Cap. III.

Addam hoc loco obseruationem meo iudicio notatissimam, Res ipsas morales, quas morum disciplina, vt diximus, continet, tractari à Concionatore posse dupliciter, vel vt de ijs agat, secundum theoreticam tractationem explicando naturas rerum, principia, causas, effectus, ac proprietates, vel vt simplicem ac nudam praxim rerum agendarum, cæteris omisis ostendat. Sicut inter Medicos, quidam dicuntur theoretici, qui in Cathedris docent, vel scriptis voluminibus agunt de morborum causis, de humoribus, de partibus familiaribus, & alijs huiusmodi, ex suis principijs de natura rerum philosophantes . Alij vero dicuntur Empyrici, ac practici, qui solum adhibent varijs morbis varia remedia . Cæterum sicut præterea inter medicos sunt nonnulli, qui in vtroque munere præstant, ac theoreticam praximque coniungunt . Ita concionatores vtramque callere facultatem, vtramque exercere oportet, primo philosophari ex suis principijs, de natura virtutum, ac vitiorum, de affectibus animorum, de proprietatibus remedium, vt hoc modo persuadeant quod proponunt . Deinde etiã ad singula descendere, sua cuique morborum animi, medicamenta præscribere, & certas ad virtutũ adeptionem vias ostendere, vt ex theoretica, vsus actioque nascatur. Ita videmus apud Casianum facere multos vitæ spiritualis egregios magistros . Ita diuum Chrysostomum libro de Prouidentia, de causa peccati; quod nemo læditur nisi à seipso, & alios plerosque sanctorum . Affine huic doctrinæ est, quod Marcus Tullius docet his verbis . Omnis de officio duplex est quæstio, vnum genus est, quod pertinet ad finem bonorum, alterum, quod positum est in præceptis, quibus in omnes partes vsus vitæ cõformari possit. Verum hæc fusius, duabus eruditissimis Epistolis tractat Seneca, in quibus probat duo esse rerum genera, quæ in philosophia traduntur, Dogmata, seu decreta, ita enim ipse vocat, & præterea præcepta. Decreta sunt, sententiæ quædam ratæ ac firmæ

1. Lib. de
Offic.

Epist. 94.
& 95.

ma quibus de virtute, de fine bonorum, de sapientia de moribus in genere iudicamus; quæ ad totam bene viuendi rationem pertinent, & non ad hanc, vel ad illam vitæ partem diriguntur, sed vniuersè hominis animam informant. V.g. beatam vitam in sola virtute consistere: Sapientem semper quietum esse, neque eorum, quæ extra se sunt, aut adeptione latari aut amissione torqueri; Præcepta vero sunt, quæ ad singulas vitæ partes bene ordinandas spectant; & particulares actiones informant, vt quid quisque iuxta suum officium, præstare debeat intelligat. Exempli causa quomodo vir cum vxore gerere se debeat, ciuis cum ciue, quid debemus Deo, quid proximis, quid nobis. Probat vero Seneca in priore epistola præter decreta magnam esse præceptorum vtilitatem, atque adeo necessitatem admonitionum, vbi ad obiectiones egregiè respondet, quæ contra hanc partem præceptiuâ proponuntur. In posteriore non satis esse docet ad confirmandam sapientiam has particulares præceptiones; sed illam quoque partem requiri, quæ vniuersè de virtute, de bono, dogmata affert. Hæc enim docet submouere, ea quæ in præceptis obstare possunt, vt sunt prauorum animorum affectus, ira, libido, timor, quæ nisi per decreta temperentur, præcepta non prosunt. Deinde licet ex præceptis quis faciat, quod oportet, tamen (ait Seneca) non faciet assidue, non faciet æqualiter: nescit enim quare faciat. Aliqua vel exercitatione vel casu exhibent recta, sed non erit in manu regula, ad quam exigantur, cui credat, recta esse, quæ facit. Non promittet se talem in perpetuum, qui casu bonus est: præstabit tibi fortasse præcepta, vt quod oportet facias, non præstabit: vt quemadmodum oportet: faciet quod oportet, monitus concedo, sed id parum est, quoniam quidem non in facto laus est, sed in eo, vt quemadmodum fiat.] & multa alia, quæ qui volet, apud eum legat, ex quibus intelligi potest nostro philosopho & Oratori, vtramque partem diligenter esse tenendam in concionibus, vt & decreta, & præcepta afferat. Illa ex suis principijs disputabit, & vniuersalia quædam axiomata, Christianæ religionis stabiliet in omnium cordibus, & euellet, quas Satan & mundus in seuerere prauas opiniones. Hæc singillatim præcepta præscribet.

Exempla primi generis sunt, felicitatem nostram non esse in hac vita, sed in cælo, beatos esse pauperes, beatos mites, beatos qui lugent, qui persecutionem patiuntur propter iustitiâ, & cæteros quos Christus beatos pronunciat, non autem quos vulgus

Necessitas
Præceptorû.

Deceptorum
necessitas.

Exempla v-
triusq; modi.

vulgus opinatur. Diligendos inimicos. Difficile esse diuitem intrare in Regnum Cœlorum. Qui non tollit Crucem, & sequitur non esse Christo dignum. Non posse hominem Deo, & Mammonæ seruire, tum alia ex his deprompta. Mortem malam esse, quam peruersa vita præcedit: Pœnitentiam post peccatum esse omnino necessariam ad culpæ remissionem, neque esse prorogandam. Diuites esse dispensatores bonorum Dei. Neminem lædi nisi à seipso. Omnia bona præcipue ex Dei gratia pendere. Gloriam soli Deo esse dandam, & alia id genus.

Secundi generis exempla in promptu sunt passim in libris sacris, multiq; pij extant libelli, ac multorum manibus, & lectione teruntur, qui quoniã institutum non habent, virtutum, ac vitiorum naturas excutere, neque causas & principia eorum, quæ afferuntur exquirere, simplici rerum propositione, ac præceptione contenti sunt. Sed nostrum oratorem iam diximus, ad vtrumque debere esse paratum, vt vtroque modo Christi gregem instruat, & maximi esse momenti cognoscat speculationem ad praxim reuocare.

Argumenta ex locis topicis, & exempla sacra.

Cap. I. I V.

Tria sunt
quæ faciunt
persuasionē.
Cap. 1. lib.
2. Rhet.

Post inuentum, & selectum Concionis totius argumentum oportebit ea quærere, quæ pro loco, ac tempore accommodata videbuntur ad ipsum finem persuasionis. Est autem celebris illa diuisio apud Aristotelem, Tria esse quæ id præstare possint; primum argumenta, & probationes ex ipsa natura rei, quam persuadere velimus erutas, quæ intellectum & rationem demonstrationibus, vel probabilibus argumentis instruant. Secundo animorum & affectuum commotiones in ipsis auditoribus excitatas, quibus ipsa voluntas sæpe trahitur, & inclinatur. Tertio opinionem bonam, quæ habeatur de ipso Oratore, & mores eius tales, vt ei fidem faciant, quo etiam multum valet orationis qualitas, quæ dicentis mores significet, vnde morata oratio dicitur. De his ergo nobis deinceps est differendum.

Secundus igitur labor Inventionis est, vt ad id quod suadendum intendimus: argumenta afferamus, quæ vim habeant ad conuincendum intellectum, vt credat ita prorsus esse, sicut nos dicimus. Quia enim finis Oratoris est (vt iam diximus) persuadere voluntati, vt aliquid amplectatur, aut fugiat, voluntas

ras autem non nisi intellectu prius illustrato, cedit dicenti, debet argumentis efficacibus intellectui demonstrari quod persuadere volumus, ut appareat si quidem amplectendum sit, quam sit honestum, quam iucundum, quam utile, quam necessarium, quam facile, quam consentaneum, quam decorum; contraque si quid fugiendum proponatur, idque varijs argumentorum generibus comprobare oportet. Propterea debet Concionator optimè callere locos non solum Theologicos, quos diuina Scriptura, & Theologi docent, sed etiam eos, qui apud Rhetores, & Dialecticos Topici vocantur. Ex locis enim tanquam sedibus argumentorum, omnis probatio sumitur.

Incipiamus igitur à Topicis, quorum usus est apud sacras etiam literas maximus. Hi apud Rhetores, & Dialecticos in duo genera diuidantur. Aliqui sunt artificiosi (insitos vocat Cicero) quod insint in ipsa re, de qua agitur, & adiumento artis inde argumenta ducantur; Alij sunt artis expertes, & extrinseci, à testimonijs & autoritate, siue diuina, siue humana petiti. Priores illi distingui sic possunt. Primum aliqui significant rem ipsam de qua agitur, ut sunt definitio vel descriptio, etymologia nominis vel Notatio. Deinde nonnulli aliquid innunt, vel rei connexum, vel circumstans. Ad rei connexa pertinent Coniugata, Partes, Totum, Causa, Effectus, Antecedentia, Consequentia, Circumstant rem, quæ vocantur Adiuncta, siue Circumstantia locorum, personarum, temporum, ac rerum, quæ sunt triplices prægredientes, comitantes, & subsequentes. Tertio alij significant aliquid disiunctum, quod duobus modis contingit, vel ut sit illud Consentaneum, rei vel Dissentaneum, Primi generis sunt. Similia, Maiora, Minora, Paria; Secundi; Dissimilia, Opposita, Repugnantia, quorum locorum expositionem videre quis poterit apud Aristotelem, Ciceronem, Fabium, Agricolum, aliosque; quoniam nos nec Rhetorem hoc loco, nec Dialecticum agimus. Placet tamen solum exemplis sacris rem illustrare, quod crediderim vtilius fore Oratori Christiano, quam si in messem alienam manum ac falcem mittamus. Primus locus est à Definitione, seu Descriptione, cuius exemplum sit ad Heb. vbi probat Paulus Christum esse nostrum Pontificem, quia conuenit ei definitio Pontificis. Est enim Pontifex qui ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in his quæ ad Deum sunt, ut possit intercedere, & offerre dona, & victimas pro peccatis. Iob. Homo natus

In libro qui dicitur Orator. Loci Topici duplices.

A Definitio-
ne.

Heb. 5.

Rom. 5.

Iob 14.

natus

- natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miseris; En hominis descriptio, ex qua conclusio subditur: Et dignum ducis super huiuscemodi aperire oculos tuos? Iac. Quis est vita vestra? vapor est ad modicum parens. Bas. Quis est proditor? qui quæ singulorum sunt sibi propria facit, Vt autem multarum rerum indigens sis, insatiabilis habendi cupiditas efficit. Leo. Proximi nomine non ij tantum intelligendi sunt, qui nobis amicitia & propinquitate coniuncti sunt, sed omnes profus homines enim quibus natura nobis communis est, siue illi hostes siue socij sint, siue liberi, siue serui. Ergo omnes hi diligendi. Ab Etym. Etymologia nominis vel notatione Gen. merito vocatum est nomen eius Iacob, supplantauit enim me in altera vice. Sic Paulus ex nomine Abrahæ, & ex promissione Dei, qua constitutus est pater multarum gentium, ostendit gentes etiam sine circumcissione filios esse Abrahæ; sic Ambrosius docet diuitias asferre sollicitudines quibus diuites suffocantur, & dilacerantur, ac destrahuntur, & diuiduntur, quod inde probat, quod diuitia ita dicta sunt, quia mentem diuidant, atque in diuersum scindant, nec sinant eam incorruptam esse & integram. Ita etiam Hieronimus hortatur Clericos ad eam vitam sanctimoniam, vt sint de sorte Domini, vel ipsorum fors sit dominus, quia hoc significat nomen Clerici. Idem alibi, Interpretare vocabulum monachi, Quid facis in turba qui solus es? id est qui monachus secundum nomen & statum es? simile est cum argumentatur ex aliquo accidente nominis vt Paulus ex illo loco Benedicatur in femine tuo omnes gentes, intelligi vult Christum qui dicit in femine, non in feminibus. Denique circa nomina propria quorum consideratio ad hunc locum refertur commode illa possunt attendi. Primum in sacris literis saepe a Deo ipso esse imposta, quod potest rei magnū addere momentum. Secundo per se aliquid etiam significari in hebraica lingua. Tertio Patres ex his saepe argumenta sumpsisse. Quarto etiam in sanctorum nominibus prudenter aliquid inueniri vt Greg. Fuit vir vita venerabilis gratia benedictus, & nomine, quemque Diabolus ex odio maledictum aliquando, non benedictum in clamabat.
- Iac. 4.* natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miseris; En hominis descriptio, ex qua conclusio subditur: Et dignum ducis super huiuscemodi aperire oculos tuos? Iac. Quis est vita vestra? vapor est ad modicum parens. Bas. Quis est proditor? qui quæ singulorum sunt sibi propria facit, Vt autem multarum rerum indigens sis, insatiabilis habendi cupiditas efficit. Leo. Proximi nomine non ij tantum intelligendi sunt, qui nobis amicitia & propinquitate coniuncti sunt, sed omnes profus homines enim quibus natura nobis communis est, siue illi hostes siue socij sint, siue liberi, siue serui. Ergo omnes hi diligendi. Ab Etym. Etymologia nominis vel notatione Gen. merito vocatum est nomen eius Iacob, supplantauit enim me in altera vice. Sic Paulus ex nomine Abrahæ, & ex promissione Dei, qua constitutus est pater multarum gentium, ostendit gentes etiam sine circumcissione filios esse Abrahæ; sic Ambrosius docet diuitias asferre sollicitudines quibus diuites suffocantur, & dilacerantur, ac destrahuntur, & diuiduntur, quod inde probat, quod diuitia ita dicta sunt, quia mentem diuidant, atque in diuersum scindant, nec sinant eam incorruptam esse & integram. Ita etiam Hieronimus hortatur Clericos ad eam vitam sanctimoniam, vt sint de sorte Domini, vel ipsorum fors sit dominus, quia hoc significat nomen Clerici. Idem alibi, Interpretare vocabulum monachi, Quid facis in turba qui solus es? id est qui monachus secundum nomen & statum es? simile est cum argumentatur ex aliquo accidente nominis vt Paulus ex illo loco Benedicatur in femine tuo omnes gentes, intelligi vult Christum qui dicit in femine, non in feminibus. Denique circa nomina propria quorum consideratio ad hunc locum refertur commode illa possunt attendi. Primum in sacris literis saepe a Deo ipso esse imposta, quod potest rei magnū addere momentum. Secundo per se aliquid etiam significari in hebraica lingua. Tertio Patres ex his saepe argumenta sumpsisse. Quarto etiam in sanctorum nominibus prudenter aliquid inueniri vt Greg. Fuit vir vita venerabilis gratia benedictus, & nomine, quemque Diabolus ex odio maledictum aliquando, non benedictum in clamabat.
- Orat. contra Auaros 1.*
- Serm. 1. de Ieiunio.*
- Ab Etym. Gen. 27.*
- Lib. 2. c. 8. de Abraham.*
- Epist. ad Nepot. 2.*
- Ad Heliod. Monachum. Epist. 1. Gal. 4.*
- Lib. 2. Dial. c. 1.*
- A partium distributione. Psal. 138. Rom. 8.*
- Quo ibo a spiritu tuo, & quo a facie tua fugiam? Si ascendero in cælum tu illic es, si descendero in infernum ades, si sumpsero pennas meas & cat. Ex hoc vult concludere Deum esse ubiq. Paul. Quis nos separabit a charitate.*

rate Dei, tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas id est nihil, & Ioan. Omne quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ, quare nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt. Nazian. Cuncta ei obtuli qui me in sortem suam elegit, & seruauit, facultates, claritatem, vires corporis, & literas ipsas. A genere ad speciem si dicas diligendos esse inimicos ex eo quod sint proximi nostri, & Iac. Hortatur ad visitandos pupillos, & viduas, quia hæc est munda religio, sic suadebo patientiam, quia est species fortitudinis, & summa virtus. Sic probabo Sacramentum Matrimonij ex se conferre gratiam, quia est Sacramentum nouæ legis, sic Idola gentium sunt sine motu sine sensu, ergo non habent auditum. A specie ad genus dispersit dedit pauperibus; ergo iustitia eius manet in seculum seculi, sic: Necessaria est Christiano patientia, ergo & fortitudo.

In Apolog.
A genere.
I. Iac.

A specie.
Psal. 91.

Sequuntur alij loci Topici. Cap. V.

A Causa, & primo finali. Quid mihi est in Cælo, & à te quid volui super terram? Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternam quasi dicat, Tu finis meus, ergo ad te debeo tendere, Paul: Vis non timere potestatem, bonum fac & habebis laudem, Dei enim minister est, si malum feceris, time non enim sine causa gladium portat, vindex in malum. August. Fecisti nos Domine ad te, & inquietum est cor nostrum donec requiescat in te, quasi diceret, non igitur querenda in caducis est requies. Secundo exemplum Causæ materialis. Dan. vlt. Bel est intrinsecus Luteus, & forinsecus æneus ergo non potest comedere. Misertus est Dominus timentibus se, quoniam ipse cognouit signum nostrum. Item Nunquid resina non est in Galaad, & medicus non est ibi? quare ergo non est obducta cicatrix filiarum populi mei? Est argumentum à materia, & efficiente causa. Bas. Exultas ob diuitias, ob maiorum nobilitatē te iactas, ob pulchritudinem corporis, attende tibi quia mortalis, quia terra es, & in terram ibis. Tertio Exemplum formæ in Gen. Quicunque effuderit humanum sanguinem, effundetur sanguis eius, ratio datur, ad imaginem enim Dei factus est homo. ad Rom: qui Spiritum Christi non habet, hic non est eius. Bernardus O Anima insignita Dei imagine decorata similitudine, quid tibi cum carne? Quarto exemplum causæ efficientis; Martinus tuæ Domine fecerunt me, & plasmauerunt me: hinc infert,

A Causa finali.
Psal. 172.
Rom. 13.
Lib. 1. cōf. cap. 1.
A causa Materiali.
Ps. 102.
Hier. 3.
In Serm: Attendite tibi.
A forma.
Genes. 9.
Rom. 8.
Cap. 3. me dit.
Ps. 118.
Ab efficiēte.

- Deut. 32.* fert, da mihi intellectum vt discam mandata tua in Deo. Generatio praua atq; peruersa hæcine reddis Domino Deo tuo, nunquid non ipse est Pater tuus qui fecit & creauit te? Nazian. quidquid factum est præter peccatū à Deo esse, luculenter probat, ergo bonum est, licet nobis secus videatur. In exemplis iam positis argumenta à causa ad effectum tendunt. Rursum argumenta sumuntur ab effectu ad causam, exemplum ab effectu finis. Paul. nemo sibi uiuit aut sibi moritur, ergo siue uiuimus, siue morimur domini sumus. Exemplum ab effectu materia, facta est generatio rei vnius, ergo alia interiit. Exemplum ab effectu forma, Tabernaculum Moysi habuit aureum Candellabrum, ergo tale fuit exemplar ei monstratum. Ab effectu ad efficientem causam cum sit inter vos zelus, & contentio, nõne carnales estis? Item non accipias personam, nec munera, quia excecant oculos sapientum. Ioan. Ego sum pastor bonus, bonus pastor dat animam suam pro ouibus. Tob. Eleemolina à morte liberat. Ab antecedentibus, si filij, & hæredes. Item sapientia carnis inimica est Deo, legi enim Dei non est subiecta, & Ioannes, Qui ex Deo est uerba Dei audit, propterea nos non auditis, quia ex Deo non estis. Psal. Non est Deus in conspectu eius, ex quo infert inquinata sunt uia illius in omni tempore. Bas. Contingit, vt effodiens thesaurum, etiam cor tuum effodias, quia ubi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. A consequentibus Matth. Beati pauperes, quare? quia ipsorum est Regnum Cælorum; hõ enim sequitur ad paupertatem spiritus. Item signa autem eos qui crediderint hæc sequentur, lignis loquentur nouis. & Ioan. Si filij Abraham estis, opera Abraham facite.
- Ioan. 8.* Aliquando fit argumentum (vt uocant) à destructione consequentis, vt si Christus non resurrexit, ergo inanis est fides nostra, sed hoc non potest esse quia Christus resurrexit. Sic à Circumstantijs, adiuncta uocat Cicero, quæ coherent cum re non tamen necessario, quorum aliqua præcurrunt, vt origo, parentes, genus, & nobilitas; quædam comitantur, locus, tempus, occasio, socij, dignitas, officium; alia sequuntur, vt laus, infamia, Exemplum primi, Sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere. Si inuicem mordetis & comeditis, uidebitis ne inuicem consumamini. Facto Vespete dicitis cras serenum erit, rubicundum est enim Cælum, mane dicitis hodie tempestas erit, rutilat enim triste Cælum. Exemplum secundi Videte ne contemnatis vnum ex his pusillis, dico enim uobis quia Angeli

geli eorum semper vident faciem Patris. Exemplum Tertij
 Ne tardes conuerti ad Dominum, neque differas de die in die;
 subito enim veniet ira illius. Bas. Ieiunantis color grauitate
 plenus, non in impudentem ruborem efflorescens, sed pallore
 modesto ornatu placido Hieron. Siue comedo, siue bibo, siue
 dormio semper insonat in auribus meis Surgite mortui, venite
 ad iudicium.

A similibus. Sunt autem similia, quæ easdem habent quali-
 tates vel saltem proportionem, vt mens, & oculus, serenitas
 aeris, vel maris cum tranquillitate animi, Exempla sunt pas-
 sim; Circulus aureus in naribus suis, mulier pulchra, & fa-
 tua, &c. Vita nostra est quasi fenum, flos agri, fumus, vmbra,
 Eleemosina est vt semen Bas. Sicut turbines, ac procellæ debi-
 les naues, ita prauæ vxorum affectiones, coniugum animas de-
 mergunt. Quis autem habens seruum arantem, aut pascentem,
 qui regresso de agro dicat illi statim transi, & recumbe, & non
 dicat ei, para quod cenem, & præcinge te & ministra mihi, do-
 nec manducem & bibam, & post hæc tu manducabis & bibes,
 nunquid gratias habet seruo illi, quia fecit quæ ei imperauerat,
 non puto, sic & vos cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vo-
 bis, dicite serui inutiles sumus. Ad hunc locum referuntur
 Exempla, Parabolæ, Apologi, sic, exemplo Aaron probat Pau-
 lus Christum vocatum esse à Deo, vt Pontifex fieret, & Pet. Si-
 cut Sara obediebat Abrahæ, dominum eum vocans, cuius estis
 filia benefacientes, sic in Actis, argumentatur Gamaliel. Ante
 hos enim dies extitit Theodas diceas se esse aliquem, cui con-
 sensit numerus virorum & c. post hunc extitit Iudas Galileus
 in diebus professionis, & auertit populū post se, & ipse periit;
 Exemplum Secundi Paulus per parabolam figuli probat Deum
 non posse accusari in Reprobatione. An non habet potestatem
 figulus ex eadem massa &c. Et rursus ex ramis oliuæ & olea-
 stri ostendit gentiles pro Iudæis ascitos, Et item ex edificio &
 agricultura sumit parabolam. Exemplum Tertij De arboribus
 quæ voluerunt sibi Regem eligere, & ad Corint. de membris
 corporis. A maiori ad minus. Si ego Dominus & magister
 vester laui pedes vestros, & vos debetis alter alterius lauare pe-
 des, & non est seruus maior domino suo, si me persecuti sunt,
 & vos persequuntur: ad Rom. qui proprio filio suo nõ pepercit,
 quomodo non cum illo omnia nobis donauit? & Petr. si iustus
 vix saluabitur, impius, & peccator, vbi apparebit? Hieron. ad
 Heliod. Filius hominis non habet vbi caput reclinet, & tu am-
 plas

Eccl. 5.
 Serm. secun-
 do de Ieu-
 nio.

A similibus.
 Prou. 11.

Orat. secun-
 da contra di-
 uites.
 Luc. 17.

Exempla pa-
 rabolæ Apo-
 logi.
 Heb. 5.
 1. Pet. 3.
 Act. 5.

Rom. 9.

Rom. 11.
 1. Cor. 3.

In lib. Iud.
 9.

1. Cor. 12.
 A maiori.

Ioan. 13.

Rom. 8.

1. Pet. 4.

Ep. ad He-
 liod. 1.

- plas domos, & ingentia terrarum spatia metiris. Aliquando
Matth. 9. est argumentum à maiori ad minus sed ad hominem sic Christi-
 A minori. stus vt autem sciatis quia filius hominis habet potestatem di-
Deut. 31. mittendi peccata, ait paralytico, surge & ambula. A minori
 ad maius, Deut. Ego scio contentionem tuam, & ceruicem
 tuam durissimam, adhuc viuentem me contentiosè egistis, quan-
Matth. 6. to magis cum mortuus fuero. Item si fenum agri quod hodie
 est, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit, quanto ma-
 A Paribus. gis, &c. A paribus Vocauit & renouit, extendi manum meam,
Prou. 5. & non fuit qui aspiceret, ego quoque in interitu vestro ridebo.
Luc. 6. Sic apud Lucam. Nolite iudicare, & non iudicabimini, dimi-
 tite, & dimittimini, eadem quippe mensura remetietur & vo-
 bis. A simili Bas. sicut infernus non dicit sufficit, nec auarus
 Serm. secundo in diuites auaros. quam dicit: non satiatur oculus videndo, nec expletur auarus
 accipiendo. A dissimili, & differente Filij Sanctorum sumus, &
 A simili, & dissimili. non possumus ita coniungi, vt gentes quæ ignorant Deum. Si
Tob. 8. diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis, non
Matth. 5. ne & Ethnici hoc faciunt? si salutaueritis eos tantum &c. Et
Matt. 10. nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt
 occidere sed timete eum qui &c. Principes gentium domi-
 nantur eorum, & qui maiores sunt potestatem exercent inter
 eos, non ita erit inter vos, sed quicumque voluerit inter vos
 maior fieri, fiat sicut vester minister. In libro prouer. multa sunt
 dissimilia, iustorum semita quasi lux splens, via impiorum
 tenebrosa. Hieron. Nihil fortius Christiano qui vincit Diabolum
 nihil imbecillius qui à carne superatur. Bas. Mare nouit
 terminos suos, non transgreditur antiquam termini descriptionem,
 sed auarus non veretur tempus, non statuit terminum sed
 ignis violentiam imitatur, omnia corripit, omnia depascitur.
 Ab oppositis. Horum sunt quinque genera, aduersa vel contraria,
 Priuatiua, Relatiua, Contradictoria, Disparata. Exempla
Matth. 12. primi generis: Christus probat se eijcere Demonium in
 digito Dei, ergo non in Beelzebub. Idè ego sum pastor bonus,
Ioan. 10. bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis, mercenarius
 autem, & qui non est pastor, videt lupum venientem & fugit &
 dimittit oues. Hieron. Balnearum fomenta non querat, qui calorem
 corporis ieiuniorum cupit frigore extinguere. Exempla
 Secundi Nox præcessit, dies appropinquauit, abijciamus ergo
 opera tenebrarum, & induamur arma lucis. Item vbi abundauit
 delictum, superabundauit & gratia. Exemplum Tertij Mal.
Rom. 13. Si ego pater vbi est honor meus? Si ego dominus vbi timor
Rom. 5. quia
Mal. 1.

quia filius honorat Patrem, & seruus timet Dominum. Hieron. Timere seruorum est, diligere filiorum. Exemplum quarti Spiritu ambulatē, & desideria carnis non perficietis, nam caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Hieron. loquens de Deo: Non tam laudandus qui te amat, quā scelus is putetur facere, qui te non amat. Exemplum quinti ex D. Petro, Redempti estis precioso Christi sanguine, ergo non auro vel argento. A repugnantibus. Gal. Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. Sap. in maleuolam animā non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Luc. Nemo potest duobus dominis seruire. Ambr. Quod etiam omnes barbari horrere consueuerunt inter epulas, & conuiuia consumenda crudelitatis profertur edictum a conuino ad carcerem, a carcere ad conuiuium feralis flagitij circumfertur obsequium. & infert, Quid crudelitati cum delicijs, quid cum funeribus voluptati? rapitur ad pœnam Propheta, conuiuiali tempore, conuiuiali præcepto. *In quibus audientibus*

In 13. Io.
Gal. 5.
Epist. ad
Flor. 1.
A repugna-
tibus.
Gal. 1.
Sap. 1.
Ambr. in
Luc.
Lib. 3. de
Virg.

Argumenta ex locis Theologicis. Cap. VI.

Præter locos Topicos communes Oratori Christiano cum alijs, habet nostra Theologia, & scripturæ reuelatæ quosdam alios proprios, ex quibus argumenta eruimus magis accommodata rebus sacris, quas ad populum in concionibus tractare solemus. Hos etiam aperiam; Ac primum afferam eos locos, qui argumenta continent sumpta ex testimonijs, & auctoritate præsertim diuina, quos vocari diximus artis expertes, & assumptos extrinsecus. Inter hos Primus locus est testimoniū diuinarum literarum, quæ est auctoritas Dei, quæ cum sit summa sapientia, & bonitas summa, nec falli, nec fallere potest, & hoc genus probationum est, cui maxime omnium nostrarum concionum confirmatio innicitur: Imo & fides ipsa Christianorum, apud quos plus virium habere debet sola Dei auctoritas, quam omnium rationum naturalium momenta. Hæc vocat Paulus arma militie nostræ, non carnalia, sed potentia Deo ad destructionem munitonum, & in captiuitatem redigentia omnem intellectum in obsequium Christi. Cum autem sciamus scripturam sacram duplicem sensum habere, mysticum, & historicū. Primus quidem ad instituentum, ad corrigendum, ad consolandum utilis est, non tamen ita ad docendum, & ad stabiliendum: aliquod

Scripturæ te-
stimonia.
2. Cor. 10.

S dogma

dogma de fide, ita est accommodatus vt historicus, nisi certò cõ-
 stet, sensum illum mysticum à Spiritu sancto intentum esse,
 quod constare potest si consulamus doctrinam Ecclesie, & alios
 scripturæ locos, quibus interdum explicatur sensus spirituales
 aliquis loci vt Paul. explicauit illud non alligabis os boui tri-
 turanti, & ad Romanos affert illud Psalmi. In omnem terram
 exiuit sonus eorum, quo loco cum Dauid de Cælis loquatur,
 ego inde Apostolorum prædicationem per totum orbem dilata-
 ratam probabo, quia in hunc finem à D. Paulo vsurpatur. At
 ex historico firmum, & certum argumentum sumitur, modo di-
 le sensus, Ecclesie sensui, & interpretationi consonus sit, He-
 erit diligentia Concionatoris, vt ad demonstranda, & confir-
 manda quæ dicit habeat semper testimonia ex scripturis solida,
 expressas, efficacia, ex quibus vrgeat vim sumendo ex vocibus,
 & phrasibus ipsius scripturæ, & modo loquendi ex antecedentibus,
 & consequentibus verbis, sæpe enim ex his rebus constantibus
 argumentum sumit magnam vim ad probandum, & fidem faciendum,
 sed de hoc primo loco, multa inferius agemus.

Secundus locus est Traditionis quæ parem habet auctoritatem
 cum literis sacris, vt docet Bas. dogmata ait nostræ religionis
 siue scripto, siue verbo ad Ecclesiam peruenerint paræ sunt
 auctoritatis, & Concil. Trident. Traditiones Ecclesiasticas
 pari pietatis affectu ac reuerentia cum libris sacris suscipere
 ac venerari debemus. & Paul. Tenete traditiones quas accepistis
 siue per epistolam, siue per sermonem, Et sicut tradidi vobis
 præcepta mea tenetis, in quæ verba ait Theophilactus. Per-
 spicuum fit quod haud pauca, quæ literis non mandauerint tradiderint,
 & ipse, & reliqui Apostoli. Loquor autem præcipue de
 traditionibus ab vniuersali Ecclesia receptis, licet etiam singularum
 Ecclesiarum traditiones possint à Concionatore afferri, & habent
 suam probandi vim, non tamen vt rem de fide faciant, sicut
 vniuersales, & Apostolicæ. Siquidem Apostolice tradiderunt,
 in quibus Ecclesia liberè statuere, & vt aiunt dispensare non
 potest, vt quæ ad Sacramenta pertinent. Alia ipsi à se tradiderunt,
 vt est quadragesimale ieiunium, trina immersio in Baptis. &c.
 Ex his ergo noster Concionator argumenta sumet, quibus probet
 aliquid, & studeat ita proponere vt populus magna
 veneratione habeat antiquas Ecclesie traditiones, contra
 nostri temporis hæreses, sic Paulus sæpe commendat: Si quis

quis aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus, (& non dicit, scripturis,) superbus est nihil sciens & languens circae questiones, & pugnas verborum. Item si quis evangelizat preter id quod accepistis, anathema sit, & alibi argumetum sequitur ex traditione, beum enim ratione naturali, & testimonio probasset feminam non debere orare aperto capite, subdit, si quis videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei.

Tertius locus est Ecclesia vniuersalis auctoritas, & consensus. Nomine Ecclesia intelligitur vniuersum fidelium concilium, quae dicitur Catholica, tum ratione temporum, quibus Ecclesia idem credit, tum ratione locorum, in quibus Christiana religio diffusa est, cum eadem vbiq; credant omnes Christiani. Etiam nomine Ecclesia intelliguntur omnes Praelati, & Pastores singularium Ecclesiarum, qui representant ipsam Ecclesiam, ut magistratus Civitatem. Ex hoc loco firmum potest duci argumentum ad probandum aliquid eum Ecclesia sententiam asserimus, quia ipsa, ut de fide habet, sic proponit. Et innotuit vis argumentorum, quae ex hoc loco desumuntur, eo quod, ut D. Paulus asserit, Ecclesia est columna, & firmamentum veritatis, cuius fides non potest deficere, Habet enim Christi promissionem, Haec ego vobiscum sum usque ad consummationem saeculi, & Spiritus sancti praesentiam, sicut promissum est, alium paraclitum dabit vobis, ut maneat vobiscum in aeternum, & Petro, ac successoribus dicitur; Super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam, & porta inferi non prevalebunt adversus eam. Ecclesia est Corpus Christi, & sub tali capite non potest deficere; Est sponsa Christi, adulterari non potest (ait Cyrillus) sponsa Christi incorrupta est, & pudica: & subdit: Non potest habere Deum Patrem, qui non habet Ecclesiam Matrem.

Quartus locus: Summi ac Romani Pontificis auctoritas, qui cum ex munere suo aliquid statuit, ac definit, siue ad fidem pertineat, siue ad mores, errare non potest, ac proinde argumenta firmissima sumimus ex hoc loco, pendet enim vis eius ex Christi verbis, qui Petro tanquam suo Vicario, & successoris in officio dixit: Pasce oves meas, & agnos meos, & Ego pro te rogaui Petre, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando converteris, confirmas fratres tuos. Orator Christianus habet in iure Canonico multa, quibus vocatur in confirmationem eorum, quae ad fidem, ac mores referuntur, ex Pontifi-

1. Tim. 6. Gal. 1.

1. Cor. 11.

Ecclesia auctoritas.

1. Thom. 3.

Matt. 28.

Joan. 14.

2. Pet. 1.

De simplic. prael. siue de vnitate Ecclesiae. Romani Pontificis auctoritas.

Joan. 21.

+ 2.



.8. m. 1.
.1. 169

cum Decretis, & Canonibus sacris. Et optimum esset, si colligeret ea, quæ ad praxim tendunt, ad bonum regimen animarum, quæ cum summa reuerentia Sedis Apostolicæ debet proponere, cum ex vno articulo primatus Romanæ Ecclesiæ pendeat Christiani populi tranquillitas, & fides sincera, præsertim quòd nostris temporibus experti sumus, quàm multæ, exitialesque hæreses sint obortæ in omnibus fere Religionis Catholicæ dogmatibus per vnã, quàm factor zizaniorum primo loco disseminauit, contra Primatum, & auctoritatem Summi Pontificis.

Concilia

Quintus locus est Sacrorum Conciliorum, quorum testimonia ad corroborandas Conciones, & ornandas egregie afferuntur. Innumera sunt quæ inde possumus excerpere, tum ad explicanda fidei nostræ mysteria, de quibus sæpe agitur, tum ad morum institutionem, & reformationem; de quo multa habentur Decreta Conciliorum. Loquor autem de Concilijs Generalibus legitimè congregatis, & à Sede Apostolica confirmatis. Prouincialia etiam multa habent, quæ maxime vtilia erunt, si afferantur in sua præsertim prouincia, ad mores corrigendos, sed non habent eam vim, quàm vniuersalia, nisi accesserit Apostolicæ Sedis auctoritas. Vis autem argumentorum, quæ ex hoc loco ducuntur ea est; tum quia Concilium repræsentat Ecclesiam, quàm diximus cum Paulo esse columnam, & firmamentum veritatis; tum quia Christus dixit: Vbi sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum; tum quia adest Spiritus sanctus, vnde dicitur: Vbi sum est spiritui sancto, & nobis.

.5. mod. 1.

.1. Thom. 3.

Marc. 18.

Act. 15.

Sæci Patres.

.1. 169

Seff. 4.

Alij loci eiusdem generis. Cap. VII.

Sextus locus est auctoritas Sanctorum Patrum, & quidem si afferatur testimonium de re aliqua naturali, seu philosophica tantum habet momenti, quantum ratio naturalis vnã habet quæ affertur; si autem sit auctoritas de re spirituali, vnus aut duorum probabile reddit argumentum non omnino firmum, quod nec repudiari omnino debet, nec pro certo aduerari; plurium etiam, vbi alij aliud docent, non facit indubitatam probationem. Si autem sit consensus penè omnium concors, non potest verti in dubium; & hoc magis si de Scripturæ sententiã exponenda sit sermo; ideoque Concilium Tridentinum prohibet, ne quis contra vnanimem consensum Patrum



trum sacram Scripturam interpretari audeat. Ecclesia enim Catholica in rebus fidei Scripturam sic explicatam recipit, ac tenet. Multi autem ex his Sanctis Patribus fuerunt Episcopi, & Apostolis, vel eorum Discipulis successerunt, & auditores fuerunt antiquissimæ doctrinæ, & primorum Christianorum. Adde quòd eorum autoritas tacito omnium Conciliorum, & Orbis consensu confirmata est. Mitto solidam eruditionem, maximam in studijs diligentiam, vitæ Christianæ admirandam perfectionem, & integerrimam morum sanctitatem, à quibus tamen effeta hæc nostra ætas longè abest.

In afferendis SS. Patrum sententijs prudens mihi videtur obseruatio cuiusdam viri in nostra Societate grauissimi, ea est vt quando affertur sententia quæ nihil habeat singulare, & eximium sed solum communem doctrinam, referatur quidem nomen tamquam sancti, & grauis authoris, quia maiorem vim habet, & si quidem in ipsis verbis aliquid sit, aut acutum, aut venustum, quod ipsam sententiam illustret magis, & in memoriam audientium altius demittat, ipsa quoque verba afferatur: si hæc gratia seu vis non insit, satis erit sententias vulgari sermone referre, idque esse maximum etiam memoria leuamentum, & temporis lucrum. Poterit enim aliò vtilius impendi, quod fuisset in ediscendis memoriter authorum verbis consumendum. Hoc ego consilium valde probo, & ei subscribo libenter, idque hoc loco adscripsi, quoniam expertus sum plebrosque Concionatores in hoc plurimum laborare, vt multas autoritates latinè pronuncient, etiamsi nihil contineant nisi communia quædam: fortasse libenter id præstant, vt miraculum memoriz suæ faciant, & nomen eruditorum consequantur apud indoctam plebem, & rudes homines, qui iudicant eos viros esse valde doctos quod lingua loquantur, quam ipsi non teneant, & obstupescunt, quod memoriter tam multa pronuncientur, quorum ipsi ne minimam quidem partem possint complecti. Illud etiam addo, ne sit valde scrupulosus in citandis minutis numeris cum sæpe possit esse contentus indicasse authorem, & librum, præsertim cum plura loca citantur, & res non sit eximia.

Septimus addi potest locus, cum argumentum ducimus ex testimonio eorum doctorum quos Scholasticos vocamus ad quos pertinet multa quæ in sacris literis obscuriora sunt vel in sanctis Patribus examinare, ac explicare fidei dogmata, & aduersus Canillatores defendere, eorumque obiectionibus respondere, ex principijs fidei, multas conclusiones elicere, iudicium

Obseruatio prudens circa testimonia Sanctorum Patrum.

Doctores in præsertim

Theologi Scholastici.



ferre de propositionibus, an sint de fide, an opinabiles, an hæresim contineant, an errorem, an suspectæ, an malè audientes. Hæretici solent esse scholasticis doctoribus infensi, neque id mirum, cum ab eorum argumentationibus meritò timere debeant: videntur planè imitari Philippi Regis Macedonum captiosum ingenium, qui cum acriter Athenienses oppugnaret, nec posset in potestatem redigere, simulavit se pacem cum eis initurum, si sex Urbis Senatores sibi traderent. Sed fraudem egregiè elusit Demosthenes, qui vnus ex Senatoribus petitus erat, proposito in Senatu Apologo, lupos aliquando voluisse cum pastoribus ouium conuenire, ac promississe nihil se machinatos deinceps mali in greges, modò canes de gregum custodia pellerent. Horum etiam sententia pro ratione grauitatis ipsorum authorum, & rationum quas afferunt, probandi maiorem vel minorem vim habet, si verò sit omnium doctrina concors in materia vel fidei, vel morum, non est fas rejicere cum contraria omnibus doctrina, vel hæresis sit, vel hæresi proxima, præsertim cum Paulus doceat Deum ex sua ordinaria prouidentia Ecclesiæ prouidere doctores, ac pastores in consummationem Sanctorum in opus ministerij, in adificationem Corporis Christi, donec occurramus omnes in virum perfecti, vt iam non simus paruuli, & circumferamur omni vento doctrinæ. Certum est igitur quod ad stabiliendam doctrinam hos Doctores præbet Deus, & si communis eorum doctrina esset erronea, malè Christi Ecclesiæ prouisum esset.

Ephes. 4.

Doctores iuris Põtificij.

Octauo etiam argumenta ex autoritate eorum sumimus, qui Ius Pontificium, & Canonicum explicant. Nam cum peritia Canonum, Sacerdoti qui est aliorum magister maximè necessaria sit, vt Ecclesiasticas regulas alios doceat, debet ex eorum interpretibus confirmare multa, & explicare quemadmodum Christiano populo seruanda sint, Quibus aliquo modo annexa sunt legum Ciuilium peritorum testimonia, qui imperiales, ac regnorum leges exponunt, quarum obseruatio, cum populum Christianum obliget, si quis autoritate legum Ciuilium bonos mores, ac virtutum officia prudenter, ac sine ambiguitate interdum exornet non poterit esse sine fructu.

Philosophi.

Nono eadem ratione aliquando sed parè vt in prima parte admonui Philosophorum, præsertim in rebus moralibus adhiberi autoritas poterit, quando fuerit Christianis institutis consentanea, vt ex Platone, Trismegisto, Aristotele, Epiceteto, Seneca. Adde, his quæ alibi dixi, sententiam vnã tantum Augustini;

fini; Philosophi (ait) qui vocantur, si qua forte vera, & fidei nostræ accomoda dixerunt, non solum formidanda non sunt, sed ab eis etiam tanquam iniustis possessoribus in usum nostrum vindicanda, sicut enim Aegyptij non solum Idola habebant, & onera graui quæ populus Israël detestaretur, & fugeret, sed etiam vasa atque ornamenta de auro, & argento, & vestem, quam ille populus exiens de Aegypto sibi potius tanquam ad usum meliorem, clanculo vindicauit, nõ autoritate propria, sed præcepto Dei, sic doctrinæ omnium gentilium, non solum simulata & superstitiosa figmenta, grauesq; sarcinas superuarii cui laboris habent quæ vnusquisque nostrum debet abominari, sed etiam liberales disciplinas vsui veritatis aptiores, & quadam morum præcepta vtilissima continent, debet ab eis auferre Christianus ad usum iustum prædicandi Euangelium, & subdit, Nonne aspiciamus quanto auro, & argento suffarcinatus exierit de Aegypto Cyprianus Doctor suauissimus, & Martyr beatissimus; quanto Lactantius, quanto Victorinus, Optatus, Hilarius. Sed quam moderatè his vtendum sic diximus tibi, & planè video SS. Patres in suis ad populum exhortationibus vix Philosophorum vti autoritate.

Decimo, necnon ex historicis Ecclesiasticis atque humanis argumenta multa deducuntur, quamuis non sit nisi humana autoritas, & fidem non faciant, nisi probabilem. Nam etiam fides humana debet habere locum, alioquin omnis humana disciplina periret, & ars cuius basis, fides est humana, vt in ipsis pueris videmus, qui sine aliqua fide ne ipsa quidem literarum elementa percipiunt, & omnis periret amicitia, & consociatio inter homines, nisi inuicem sibi fidem haberent. Quare grauis historicus fidem facit rebus probabilem, & magis si plures sint probati. Quod si sit omnium communis narratio, impudente sit contradicere, vt si quis negaret Nicenum Concilium, factum tempore Constantini.

De alijs Locis Theologicis . Cap. VIII.

Præter allatos locos habet Theologus, & Christiana philosophia & alios, quos licet aliquis fortè vel ad Topicos, vel ad hos quos proxime assumptos vocauit, referat eos tamen ad maiorem doctrinæ explicationem, ac perspicuitatem placuit distinguere. Primus igitur locus est Dei Promissio, cum aliquid factum Dei.

Lib. 2. de Doct. Chr. c. 40.

Historici.

Promissiones Dei.

- esse vel futurum dicimus, quia Deus promiserat, quod argumē-
tum habet veritatem indubitam, quia qui promisit Deus est
verax, & fidelis in omnibus verbis suis, & potens facere quod
promisit. Ita Paul. affirmat Abrahamum non hēstasse ad Dei
repromissionem quod plenissimē sciret, quia quęcunque promi-
sit, potens est & facere. Ex hoc loco idem Apost. gentium vo-
cationem & priuilegium supra Iudęos probat ex libro Genesis
& prophetis Mal. & Osea. Sic D. Petrus in Actis defendit Apo-
stolos non esse ebrios sed id esse mysterium quod per Ioelē
Deus promiserat; Et erit in nouissimis diebus effundam de spi-
ritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filij vestri &c.
Et quidem aliquę promissiones sunt absolutę, aliquę cum con-
ditione, quę validę sunt si conditio impleatur. Hinc argumen-
tamur sape vt iustos animemus, quia Deus promisit. Cum ipso
sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum, & si mīa
data seruent, Deum nunquam defuturum.
- Rom. 4.* esse vel futurum dicimus, quia Deus promiserat, quod argumē-
tum habet veritatem indubitam, quia qui promisit Deus est
verax, & fidelis in omnibus verbis suis, & potens facere quod
promisit. Ita Paul. affirmat Abrahamum non hēstasse ad Dei
repromissionem quod plenissimē sciret, quia quęcunque promi-
sit, potens est & facere. Ex hoc loco idem Apost. gentium vo-
cationem & priuilegium supra Iudęos probat ex libro Genesis
& prophetis Mal. & Osea. Sic D. Petrus in Actis defendit Apo-
stolos non esse ebrios sed id esse mysterium quod per Ioelē
Deus promiserat; Et erit in nouissimis diebus effundam de spi-
ritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filij vestri &c.
Et quidem aliquę promissiones sunt absolutę, aliquę cum con-
ditione, quę validę sunt si conditio impleatur. Hinc argumen-
tamur sape vt iustos animemus, quia Deus promisit. Cum ipso
sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum, & si mīa
data seruent, Deum nunquam defuturum.
- Act. 2.* esse vel futurum dicimus, quia Deus promiserat, quod argumē-
tum habet veritatem indubitam, quia qui promisit Deus est
verax, & fidelis in omnibus verbis suis, & potens facere quod
promisit. Ita Paul. affirmat Abrahamum non hēstasse ad Dei
repromissionem quod plenissimē sciret, quia quęcunque promi-
sit, potens est & facere. Ex hoc loco idem Apost. gentium vo-
cationem & priuilegium supra Iudęos probat ex libro Genesis
& prophetis Mal. & Osea. Sic D. Petrus in Actis defendit Apo-
stolos non esse ebrios sed id esse mysterium quod per Ioelē
Deus promiserat; Et erit in nouissimis diebus effundam de spi-
ritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filij vestri &c.
Et quidem aliquę promissiones sunt absolutę, aliquę cum con-
ditione, quę validę sunt si conditio impleatur. Hinc argumen-
tamur sape vt iustos animemus, quia Deus promisit. Cum ipso
sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum, & si mīa
data seruent, Deum nunquam defuturum.
- Psal. 90.* esse vel futurum dicimus, quia Deus promiserat, quod argumē-
tum habet veritatem indubitam, quia qui promisit Deus est
verax, & fidelis in omnibus verbis suis, & potens facere quod
promisit. Ita Paul. affirmat Abrahamum non hēstasse ad Dei
repromissionem quod plenissimē sciret, quia quęcunque promi-
sit, potens est & facere. Ex hoc loco idem Apost. gentium vo-
cationem & priuilegium supra Iudęos probat ex libro Genesis
& prophetis Mal. & Osea. Sic D. Petrus in Actis defendit Apo-
stolos non esse ebrios sed id esse mysterium quod per Ioelē
Deus promiserat; Et erit in nouissimis diebus effundam de spi-
ritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filij vestri &c.
Et quidem aliquę promissiones sunt absolutę, aliquę cum con-
ditione, quę validę sunt si conditio impleatur. Hinc argumen-
tamur sape vt iustos animemus, quia Deus promisit. Cum ipso
sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum, & si mīa
data seruent, Deum nunquam defuturum.
- Comminatio-
nes Dei.* Secundus est comminatio cuiusmodi multę in scripturis ha-
bentur, sic Paul. ad Rom. fusę probat ex Dei minis Iudęorum
reprobationem, & ex minis certis contra Pharaonem, quem
ob suam malitiam indurauit Deus, idem fore in alijs. In hoc
ipsum (ait Deus ad Pharaonem) excitaui te, vt ostendam in te
virtutem meam, Vnde infert Paul. Ergo cuius vult miseretur,
& quem vult indurat. His Dei minis vt possumus ad deterren-
dos peccatores, & aliquando sunt comminationes cum condi-
tione vel aperta, vt nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peri-
bitis, vel occulta, vt Dispone domui tuę, quia morieris & non
viues, & apud Ionam. Adhuc quadraginta dies, & Ninue
subuertetur.
- Rom. 9.* esse vel futurum dicimus, quia Deus promiserat, quod argumē-
tum habet veritatem indubitam, quia qui promisit Deus est
verax, & fidelis in omnibus verbis suis, & potens facere quod
promisit. Ita Paul. affirmat Abrahamum non hēstasse ad Dei
repromissionem quod plenissimē sciret, quia quęcunque promi-
sit, potens est & facere. Ex hoc loco idem Apost. gentium vo-
cationem & priuilegium supra Iudęos probat ex libro Genesis
& prophetis Mal. & Osea. Sic D. Petrus in Actis defendit Apo-
stolos non esse ebrios sed id esse mysterium quod per Ioelē
Deus promiserat; Et erit in nouissimis diebus effundam de spi-
ritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filij vestri &c.
Et quidem aliquę promissiones sunt absolutę, aliquę cum con-
ditione, quę validę sunt si conditio impleatur. Hinc argumen-
tamur sape vt iustos animemus, quia Deus promisit. Cum ipso
sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum, & si mīa
data seruent, Deum nunquam defuturum.
- Is. 38.* esse vel futurum dicimus, quia Deus promiserat, quod argumē-
tum habet veritatem indubitam, quia qui promisit Deus est
verax, & fidelis in omnibus verbis suis, & potens facere quod
promisit. Ita Paul. affirmat Abrahamum non hēstasse ad Dei
repromissionem quod plenissimē sciret, quia quęcunque promi-
sit, potens est & facere. Ex hoc loco idem Apost. gentium vo-
cationem & priuilegium supra Iudęos probat ex libro Genesis
& prophetis Mal. & Osea. Sic D. Petrus in Actis defendit Apo-
stolos non esse ebrios sed id esse mysterium quod per Ioelē
Deus promiserat; Et erit in nouissimis diebus effundam de spi-
ritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filij vestri &c.
Et quidem aliquę promissiones sunt absolutę, aliquę cum con-
ditione, quę validę sunt si conditio impleatur. Hinc argumen-
tamur sape vt iustos animemus, quia Deus promisit. Cum ipso
sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum, & si mīa
data seruent, Deum nunquam defuturum.
- Iona 3.* esse vel futurum dicimus, quia Deus promiserat, quod argumē-
tum habet veritatem indubitam, quia qui promisit Deus est
verax, & fidelis in omnibus verbis suis, & potens facere quod
promisit. Ita Paul. affirmat Abrahamum non hēstasse ad Dei
repromissionem quod plenissimē sciret, quia quęcunque promi-
sit, potens est & facere. Ex hoc loco idem Apost. gentium vo-
cationem & priuilegium supra Iudęos probat ex libro Genesis
& prophetis Mal. & Osea. Sic D. Petrus in Actis defendit Apo-
stolos non esse ebrios sed id esse mysterium quod per Ioelē
Deus promiserat; Et erit in nouissimis diebus effundam de spi-
ritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filij vestri &c.
Et quidem aliquę promissiones sunt absolutę, aliquę cum con-
ditione, quę validę sunt si conditio impleatur. Hinc argumen-
tamur sape vt iustos animemus, quia Deus promisit. Cum ipso
sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum, & si mīa
data seruent, Deum nunquam defuturum.
- Reuelatio-
nes.* Tertius est Reuelatio aliqua diuina non scripta, vt indicat
D. Paul. Prophetę duo aut tres dicant, & ceteri dijudicent,
quod si alij fuerit reuelatum sedenti, prior taceat. Argumenta
autem ex hoc loco non habent vim faciendi fidem Catholicę,
nisi reuelationes autoritate Ecclesię sint approbatę, & confir-
mata, quod plane ex ipsis Pauli verbis constat, cum docet di-
dicandas esse huiusmodi reuelationes in cętu: Alioquin maxi-
mę hoc sæculo periculosus est hęc locus, & fundamentum plane
Anabaptistarum, & multorum hęreticorum, qui in eam veleni-
am deuenerunt, vt contra Patrum autoritatem exponant
scripturas, cum dicant sibi à Spiritu sancto ita esse reuelatum.
Etiam admonendus est Christianus Orator, vt omnino caueat
reuelationes afferre ex aliquibus libris qui non habent plenam
fidem

fidem etiam si permittantur. Si quis verò sibi aliquid reuelatū esse diceret aperte, antequam Prælatos consuleret, posset puniri, si verò non expressè loquatur, sed aliquibus verbis occultis tale aliquid significet, merito reprehendendus est, vel vt superius, vel vt vanus, ac leuis.

Quartus est Prædictio prophetica, aut vaticinium, ex quo loco Euangelistæ, & Christus multa probant. Matth. vt adimpletur quod dictū est, Ecce Virgo concipiet &c. & ex Mich. probat locum, & tu Bethleem terra Iuda &c. D. Paulus ad Rom. probat etiam si Iudæi essent reprobandi, aliquos tamen ad finem mundi conuertendos, ita probamus tam multa contigisse Christo & Ecclesiæ ex Prophetis, vt D. August. facit in libris de Ciuitate Dei percurrendo quæ illi de Christo prædixerunt, videtur enim tota scriptura veteris testamenti quasi vna esse propositio maior, ponens futuras Messia: conditiones, & scriptura noui testamenti, quædam propositio minor, docens in Christo conditiones eas impletas esse, quibus conclusionem subiicit fides; ita ut dici possit, Audi filia quod in Prophetis dicitur de Christo, & vide in Christo ea impleta esse, & inclina per fidem aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui. id est, muta mores antiqui, & veteris Adæ, & indue nonum & sic concupiscet Rex speciem tuam. Itaque multum concionatori siue ad fidem, siue ad mores proderit, si diligenter in prædicatione lectio verfatū sit.

Prophetia.
Esa. 7.
Matth. 1.
Matth. 2.
Mich. 5.

Psal. 44.

Figura.

Quintus est figura aliqua, vel vt alij vocant typus, qui præcessit ad figurandum vel significandum aliquid futurum, & differt à vaticinio, quia hoc fit in verbis, figura in factis consistit. Figura est per quam Christus probat suam passionem, sicut Moses exaltauit serpentem in deserto, ita oportet exaltari filium hominis. Paul. Petra autem erat Christus. Sic Patres ex figuris probant Christi aduentum in Carne. Curandum autem est vt figuræ sint aptæ, & benè cohæreant rebus significatis. Ceterum argumentum ex figura sumptum, magnopere vrgendum non est ad confirmanda fidei dogmata, nisi ipsa figura sit alijs scripturis confirmata.

Num. 21.
Ioan. 31.
1. Cor. 10.

Allegoria.

Sextus Allegoria, cum aliud significatur quàm verba innunt, vt illud, neminem per viam salutaueritis, quo probamus non debere distrahi à negotio spirituali, sic Paul. ex eo, Non alligabis os boui trituranti, argumentatur, prouidendum esse de temporali necessitate ei qui spiritualia administrat, sic licebit argumentari, omnis victima sale salietur, ergo & homo Deo dica-

1. Cor. 9.

dicatus debet uti prudentia, & moderatione.

Parabolæ. Septimo. Parabola qua docemus, & probamus quod volumus, cuiusmodi in nouo testamento multæ sunt. In his D. Chryostomi præceptum seruandû est ut nosemus quid sit quod precipue spectat Christus in parabola, Nam præter hoc multa adducuntur ad explendum sensum & ornatum, ex quibus argumenta duci non debent. Alioquin fœnerari, & furari liceret ut significatur in parabola Villici, & talentorum, quæ fœnerari tradita sunt. Scopus autem parabolæ maximè in fine solet significari, ut in parabola de veste nuptiali, multi vocati pauci electi, & in parabola de primo accubitu, qui se exalta humiliabitur, & de Virginibus, vigilate quia nescitis diem neque horam.

Sacramenta. Octauus, Signum sacrum vel Sacramentum quod est ceremonia sacra externa ad aliquid efficaciter significandum à Deo instituta, Paul. Ex Baptismo, argumentatur debere Baptizatos esse sanctitate viuere. Quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus, consèpulti enim sumus cum illo per Baptismum in mortem, ut quomodo Christus resurrexit à mortuis per gloriam Dei Patris, ita nos in nouitate vitæ ambulemus, sic possum hortari Coniuges ad fidem, & continentiam coniugalem ex Sacramento Matrimonij. Sic alios omnes ad conseruandam fidem firmiter ex Sacramento Confirmationis, ad vnionem perfectam cum Christo ex Sacramento Eucharistia.

Loci à Comparatis proponuntur, & rursus alij plerique. Cap. IX.

A dhuc possunt alij loci afferri inter quos aliqui communi vocabulo à Comparatis dici possunt, & quidem aliquo modo cum loco Topico cõueniunt, qui est à similibus, vel paribus, tamen placuit distinguere, quia multa compræhendit. Solent enim in scriptura inueniri multa quæ inuicem habent aliquam proportionem, & ab vno ad aliud sæpe argumenta ducuntur, ut à persona ad personam, à tempore ad tempus, à capite ad membra, à corporali ad spirituale, à terreno ad Celeste, & contra. Exempla rem explicabunt. A persona ad personam arguit Paulus. Deus dixit Iosue non te deseram, neque derelinquam, sicut fui cum Moyse, ita ero tecum, ex quo Paulus infert debere nos confidere in Deo, ita ut, inquit, confidenter dicamus

camus Dominus mihi adiutor non timebo quid faciat mihi homo; Et alibi à persona Pharaonis, idem arguit futurum in alijs impijs, cuius vult miseretur, & quem vult indurat. A tempore ad tempus, Paul: probat à tempore legis veteris ad tempus Evangelij. Si in lege Moſis licebat Sacerdoti de altari viuere, ergo & in noſtra. Nec tamen valere putes in omnibus argumentum; Sed in aliquibus tantum, quam multa enim in veteri lege permiſſa, & facta, quæ non poſſunt fieri in noua? A Capite ad mēbra, id eſt à Chriſto ad fideles. V.g. de Chriſto dicitur in Pfalmis, Reges eos in virga ferrea, & tamquã vas figuli cōfringes eos, Et de Chriſto exponūt Apoſtoli, & tamē in Apoc. eadē verba accomodantur pijs. Qui vicerit vſque in finē dabo ipſi poteſtatem ſuper gentes, & reget eos in virga ferrea & tãquam vas figuli confringentur; Neque tamē hoc argumentū debet aſſumi in omnibus, ſed vtamur in his tantum, quæ in ſcripturis vel Eccleſia vel ſanctis Patribus ſurpata inuenimus, ne erremus. A membris ad caput. V.g. illa verba. Quid eſt homo quod memor es eius aut filius hominis quoniam viſitas eum? Minuiſti eū paulominus ab Angelis &c. qui locus agit de hominis dignitate, & tamen ex eo loco Paul: probat Chriſtum eſſe verum hominem, & ſupra homines & Angelos, eo quod quicquid dignitatis eſt in hominē à Chriſto & per Chriſtum habetur. Non tamen omnia quæ membris conteniunt, conuenire etiã capiti poſſunt vt patet de peccato, ignorãtia, & alijs. A Corporali ad ſpirituale videmus prophetas multa promittere per Meſſiam bona temporalia, vt pacem, abundantiam, opes, quæ tamen Apoſtoli ad ſpiritalia trãſerebant, ſic Abrahæ promittitur terra noua, & ſemen in quo benedicẽda omnes gentes. Sic poſſum argumentari, Deū iuſtis dare ſpirituales, conſolatoines, qui promiſit Iſraeli terrã fluentē lacte & melle. A ſpiritalibus ad temporalia, argumentum ſit cum probamus Deum non negare corporalia, cum ſpiritalia concedat. Quarite primum Rēgnum Dei, & hæc omnia adjicientur vobis. A terrenō ad Cæleſte, ſæpe ſcripturã ſub deſcriptione felicitatis terrenæ, & conſolationum quas Deus communicat ſuis in hæc vita ſignificat futuras in altera delectationes ac præmia. Vnde ab illis licet nobis argumentari & probare ſtatum futuræ felicitatis.

Adhuc præter hos omnes assignatos locos abundant ſcripturæ multis alijs vnde innumera argumenta poſſunt colligi, quos non facile ſit enumerare: quiſque priuata ſcripturarum lectione, ac Sanctorum, animaduertet quam multa argu-

Rom. 9.

1. Cor. 9.

Pſal. 2.

Apoc. 2.

Pſal. 8.

Promiſcua enumeratio aliorum locorum.

vols.
o. Chry
id præ
nula
s argu
liceret
fiori
de ſigni
ei ele
milita
neque

remo
Deo in
atos cū
o Ieſu
cum il
urrexit
ta am
tinen
omnes
matio
to Eu

mmuni
uo mo
ribus,
Solent
iquam
untur,
e ad
, & e
ſonam
dere
us in
rer di
nus

LIBER
QUINTUS
CAPITULUM
NONUM

menta possunt sumi ex Dei Predestinatione atque electione, ex providentia communi ac priuata omnium, ex attributis Dei iustitia, bonitate, & amore Dei erga nos. Huiusmodi item sunt innumeri loci, vt illustratio nominis Dei, gloria Christi, voluntas & precepta Dei, gratia Dei, & plurima auxilia, Angelorum custodia, orationes Sanctorum pro nobis, imitatio Sanctorum, Iustorum priuilegia, quibus plena est Scriptura vtriusque Testamenti, virtutis splendor, peccati turpitudine, & damna, magnitudo premiorum, ac poenarum, lex vetus, & Evangelica, lex diuina & humana, consuetudo, experientia, naturae dictamen, conscientiae testimonium, Ecclesiae utilitas, proximorum edificatio, & offensio, miracula, consolationes spiritus, remedia Sacramentorum, humanae vitae miseria, vanitas, ac breuitas, mors certa, & incertum eius tempus, hostium nostrorum astutia, & praelia, mundi peruersitas, ac malignitas, & sexcenta alia, quae studiosis sacrorum librorum arbitrio, & ingenio inuenienda relinquimus, quibus tanquam locis argumentationum, vtimur ad multa argumenta eruenda, & confirmationem eorum, quae diximus. Haecenus de argumentis, quae in omni genere quaestionum vsui esse possunt haec dicta sint, sed quia diuersa Concionum genera proprias habent, & peculiare argumentorum sedes, opera praetium erit, si hos etiam breuiter attingamus, vt sciat Orator consuleri fontes, qui seruiunt exornatorio generi, suasio, doctrinali, agnoscat, quid sit proprium Orationis, quae confutat aliquod dogma, quae mores instituit, quae corripit, quae consolationem adhibet.

In genere exornatio loci. Cap. X.

Incipiamus ab exornatione, quae tota vel praecipua est in laudibus. Genus hoc videtur maxime ad viam vnitivam, vt alibi significauimus, & contemplationem pertinere, honesti enim specie haec maxime capitur, rursus ad viam illuminationem quia Sanctorum exempla, & laudes praecpta sunt & exhortationes aliorum. Omnes autem laudationes debent etiam ad aliquam persuasionem referri, in quibus Encomiastes proponere sibi debet. Primo admirationem gratiae Dei, ac virtutis, & diuinae liberalitatis in sanctos, praecipue Christi Domini gloriam, & laudem. Secundo ipsius quem celebrat sanctitatem. Tertio imitationem, maxime ostendendo facilitatem virtutis.

virtutum, Exemplo Sanctorum, qui homines erant ex eadem
 massa procreati sicut & nos. Solent Rhetores proponere plu-
 res locos laudum, cuiusmodi sunt parentes, maiores, patria,
 genus, opes, amici, honores, potentia, educatio, bona corpo-
 ris valetudo, forma, robur, bona animi siue a natura, vt inge-
 nium, memoria, facilitas, eloquentia, siue ab industria, vt scien-
 tia, Virtutes, prudentia, Iustitia, fortitudo, temperantia, fa-
 cta dictaque egregia, mortis quoque genus, & quae post mor-
 tem contigerunt. Sed noster Orator non his locis astringitur,
 & aliquos vix etiam attingere debet. D. Basilij haec est senten-
 tia; Sacra inquit Schola, praecipua Rhetorum, aut instituta non
 sequitur & subdit, Encomiorum lex est ostendere Patriae digni-
 tatem genus, originem, educationis incunabula, nostrum vero
 dogma haec tamquam superflua dimittit.] Potius nostros San-
 ctos celebrare solemus ex contemptu opum, dignitatum, hono-
 rum, nobilitatis, & aliarum similiarum rerum. Hieronymus as-
 pernatur genus quod Heliodorus neglexerat. Marcellam lau-
 dat, quod facta sit contempta nobilitate nobilior, & potens di-
 nitij, euaserit paupertate insignior. Potest tamen hic locus de
 Nobilitate eo modo tractari, quo ab aliquibus patribus egre-
 gie recusetur. Nazianzenus sepe docet nobilitatem inter Chri-
 stianos vitium, id est ex proprijs cuiusque meritis expendi, &
 aestimari debere. Multa hac de re habet in laudatione Gorgo-
 niz sororis, & Heronis, & oratione ad Arianos constituit vera
 nobilitatem in conseruanda imagine Dei, atque similitudine,
 contra Ignobiles, qui Diabolo sese efficiunt similes. Peccare
 etiam genera nobilitatis quatuor enumerat; veraque ac falsa
 distinguit. At Cypria: pulcherrime laudat in Celerino Mar-
 tyre nobilitatem ex cognatis martyribus, & S. Ambr. in Luca
 docet e sacris libris non solum mores in ijs qui praedicabiles
 sunt, sed etiam parentes oportere laudari, vt veluti (inquit)
 transmissa immaculatae puritatis hereditas in ijs, quos volu-
 mus laudare praecellat.] Quaecunque igitur profana nobili-
 tas, potius est contemnenda Christiano Oratori, quam magni-
 facienda, quae tamen ex virtute parentum ducitur, suam habe-
 re laudem merito potest. Ceterum in laudationibus possunt
 multae species Encomiorum distingui, de Deo, de mysterijs no-
 uae legis, de Angelis de hominibus sanctis, ac praecipue Bea-
 tissima Virgine, de statibus, vt religioso, sacerdotali: Interdum
 laudamus aliquem viuum, vbi tamen cauenda omnis suspicio
 Vanitatis & adulationis. Egregiam laudum materiam praebent
 virtu-

Capita lau-
dationes.

In Orat. in
laudem Gor-
dij Caesarien-
sis.

In Epitaphio
ad Heliod.
Epist. 2.
In Epist. Mar-
cellae.

Epist. 16.
Nobilitas
qua ratione
laudari pos-
sit.

Orat. in Ma-
ximum.
Epist. 34.
Lib. 1. in
Lucam c. 1.

In laudatione
Gorgoniz
sororis.
In oratione
ad Arianos
de nobilitate
Christiana.

NON
Laudatio
Nobilitas

Virtutes lau-
damus.

virtutes, quas in sanctis præcipuè exornamus, quales, sunt Pro-
dètia, sub qua sunt memoria, intelligentia, Prouidètia, Iustitia
ad quã refertur religio in Deũ, pictas in parètes, obseruãtia, gra-
tia, veritas, liberalitas. Temperantia ad quam multa species
pertinent, sicut & ad fortitudinem quas quia alibi posuimus,
non repetimũs. Multo autem magis laudamus virtutes Chri-
stianas, vt sunt Fides, Spes, Charitas, gratia, dona Spiritus, sa-
ti laudamus res gestas, & dicta egregia, officia sapienter admi-
nistrata ad Dei gloriam, & Christiani populi vtilitatẽ, lauda-
mus Dei opera, & beneficia, & miracula. Possunt legi multo
grauissimorũ virorum in hoc genere Orationes. Naaiam, ora-
tionem habet de Athanasio, Basilio, de suo patre Gregorio,
fratre Casario, sore Gorgonia de Cypriano Basili in S. Iu-
littam, de Barlaam, de Mamante Chris, de Job Elia, Macha-
bæis, Susanna. Hieronymus multorum habet in suis scriptis
Encomia, Paulam celebrat Marcellam, Bonosum, Fabiolam,
Lucinum. Scripturæ etiam sacre plene sunt laudibus iustorum,
quorum priuilegia passim inuenies. David hinc incipit. Beatus
Vir qui non abiit in Concilio impiorum, Eccl. laudemus viros
gloriosos in generationibus suis. In primo Mach, laudes Mach-
abæi fortissimi. Prou. vltimo Mulierem fortem quis inueniet,
procul, & de vltimis finibus pretium eius. Christus laudatur
in terra multos, dedita opera Ioannem Baptistam, cepit Iesus
dicere ad Turbas de Ioanne, Item Magdalenam peccatricem
in cœna Pharisæi. Passim laudes Dei in sacris literis est repe-
re ex attributis eius multis, & maximis, & ab effectus, que sunt
opera eius. Non solum personæ laudantur sed etiam actiones
& res gestæ quod est præcipuum caput ad laudandas personas.
Christof. hospitalitatem Abraham, patientiam Iob extollit.

Luc. 7. &
14.
Eccl. 43.
44.

Loci ad lau-
dandum ali-
quod opus
Virtutis.

Ad Deme-
triadem.
Ad Heliod.
Epist. ad Na-
zian.

Loci vnde aliquod factum potest amplificari sunt, honestum,
vtile, iucundum, pium, item que rem circumstant, sicut si Chri-
sti cruciatus velim exaggerare, considerabo quis sit qui pati-
tur, pro quibus, quam acerba, vbi & quando, neque solum
personas, earumque virtutes exornamus, sed alia item multa.
Tertullianus, & Cyprianus laudes patientiæ scribunt. Christof.
laudes Eleemosynæ, quod sit omnium artium quæstuosissima.
Hieron. Ambros. & August. tractant laudes Virginitatis. Idem
Hieron. & Basil. vitam solitariam celebrant.

Genus

Genus Suasorium, & adhortatorium. Cap. XI.

IN genere Suasorio quod est deliberatiuum, & Adhortato-
rio quod ei proximè adiungitur solet esse magna pars
Concionum nostrarum, quales sunt Conciones Christi ad po-
nitentiam, ad charitatem, ad contemptum rerum terrena-
rum, Vide Nazianz. Basil. Cyprian. Omnes loci huius ge-
neris reducuntur ad duo Capita scilicet Verum & Bonum,
sunt enim hæc duo obiecta, illud intellectus qui prius informa-
ri debet, hoc voluntatis, quæ post intellectum est allicienda.
Ad probandum aliquid esse verum, faciunt loci Theologici plu-
rimi superius allati, & maximè testimonia sacra scriptura: Cõ-
ciliorum, Sanctorum Patrum, naturæ dictamen, & lex ipsa Con-
scientiæ nostræ, quæ pluris est quam mille testes, lex humana,
consuetudo, experientia, sensus ipsi, qui sæpe de rebus optimè
iudicant. Ad secundum Caput pertinet Honestum, & cum hoc
pium, æquum, vtile, iucundum, laudabile, necessarium possibi-
le, facile. Sub honesto sunt omnes virtutes cum suis speciebus,
& simul omnia quæ cum virtute sunt coniuncta, eamque con-
sequuntur. Sicut enim Echo ad vocem resilit, ita ad virtutem
quasi Echo respondet pax, tranquillitas mētis & tutâ Conscien-
tia, ac præterea honor, fama, & gloria, & huiusmodi alia bona
vt Cicero dicit, incorrupta vox benè iudicantium de eccellente
virtute, virtuti resonat tanquam imago (idest Echo.) Cum
honesto itidem intellige iustum, & æquum sub quo sunt pacta,
merita, officia, quæ homines debemus Deo, & hominibus. Sub
iucundo est letum, suaue, gratulatorium. Necessarium est sine
quo salui, & tuti esse non possumus vt si horter ad patientiam
tribulationum, quia oportet nos per has introire in Regnum
Dei, etiam putatur necessarium sine quo priuamur maximis
commodis; Quod enim est maximè vtile pro necessario habe-
tur: Quod autem res fieri possit, probatur ex causis efficienti-
bus, & adiuantibus quas si ostendamus suppetere, rem factu
facilem concludemus, vt si velim persuadere bellum contra
vicia, indicabo omnia præsto esse. Præter hos locos sunt alij
magis proprii, ac Theologici. V.g. si ostendam esse ad Dei glo-
riam, eam esse Dei voluntatem, ac præceptum, habere promif-
sionem Dei, præmia, ac mercedem, & contra non facientes mi-
nas Dei, Ecclesiæ beneficium, esse spem boni successus, Dei au-
xilium non defuturum, & id genus alia, si autem aliquid dissua-
demus contraria his quæ diximus afferenda sunt.

De cura
Paup. suscip.
De non disse-
rendo Bapt.
De seruanda
Vid & Virg.
Capita suaso-
rij sunt ve-
rum, & hone-
stum.

Virtus vt
Echo.

3. Tusc.
Iustum, &
Æquum.

Necessarium
& Vtile.

Loci Theo-
logici.

Genus

Genus Didascalium . Cap. XII.

IN genere Didascalio, siue docenda sit quaestio simplex de prouidentia, de fide, de purgatorio, de uisione Dei, siue sit composita, ut an fides iustum faciat hominem, An Castitas preferenda matrimonio, possunt esse vsui omnes loci Topici in quibus natura rei explicatur, & quae ei sunt adiuncta, ut causa, & effectus, & contraria, & similia, quorum nos supra exempla attulimus ex sacris literis. Sic Christus, de stella quae Magis appellauit proponit quaestionem an fuerit uera stella, ut alia, & probat partem negantem & utitur locis a definitione, diuisione, situ, coniunctis, sine, testimonio. Afferamus & nos exemplum aliquod, ex locis Topicis allatis, argumenta promentes. Si probandum sit mihi mortem Christiano Viro contemendam esse, ita disputabo, Mors est dissolutio animae & Corporis, & transitus ad Coelestem Patriam, & peregrinationis terminus, ergo optanda. Argumentum desumptum est a definitionibus: Siue mors accidat puero, siue seni, siue in aetate uirili ei qui cum uoluntate Dei consentiat, non potest non feliciter cadere, appetenda igitur, est argumentum a partium enumeratione.

Apor. 14. A Coniugatis autem erit si beati mortui qui in Domino moriuntur, mors igitur in Domino appetenda. A genere omnis dissolutio quae a Deo fit non potest non esse utilis, ergo mors non est pertimescenda. A specie, nec violentam, nec ignominiosam mortem, nec naturalem sancti extimuerunt, ergo mors uere timenda per se non est. A simili, liberari a carcere optabile est, cur igitur ego timeam cum Deus nos a custodia in gloriae libertatem euocat? A dissimili Praesertim cum uita hominis non pereat, ut aliarum rerum, tum enim cum homo dissoluitur maxime uiuit Deo anima, & corpus breui est reditura.

Sap. 9. A Contrarijs. Cum autem haec praesens uita sit maximis arum nis plena, mortem suauem ac expetendam dicamus necesse est. Ab adiunctis. Adest Christus Dominus pie morientibus, adest Sanctorum custodia Angelorum, praesto est recte factorum conscientia, quare non potest esse ea mors nisi praetiosa atque adeo nullo modo pertimescenda, Ab antecedentibus & consequentibus: Hac lege nati sumus ut moriamur, & post breui uita usuram ad immortalitatem perueniamus, libenter igitur subeunda mors est, per quam & naturae debitum soluimus, & meliorem uitam ingredimur. A repugnantibus: Corpus quod

corrum-

corruptitur aggrauat animam, & deprimat terrena inhabitatio sensum multa cogitantem, ergo ut anima euolet libera & in vno conquiescat creatore suo, caducum ei corpus & terrena inhabitatio relinquenda est; cur ergo non sit expetenda mors quæ pro seruitute libertatem, pro labore quietem confert? A Causis, à Deo mors immittitur, pœna peccati est, æquo animo igitur perferenda. Ab effectis Mors est instar pontis, quo ab hac ærumnosa ad felicem æternamque Vitam fit transitus, quid ni igitur alacriter subeunda est?

Quatuor Capita in quaestione.

Exemplum de prouidentia Dei.

Quæ prudentia Oratori seruanda cum docet.

In hoc genere considerantur & illa quaestionum vulgata capita quatuor: An sit res, quid sit, quale sit, & propter quid sit, quorum aliquid in rebus, sæpe omnia in vna eademq; considerantur, vt si de prouidentia agam, Primo loco ostendam eam re vera dari, & nihil casu quantum ad Deum pertinet fieri. Secundo explicabo quid sit hæc prouidentia Dei siue generalis omnium rerum, siue peculiaris hominum, inde qualitates eius & proprietates exequar, ac tandem ex Dei infinita bonitate & sapientia nasci. In hoc genere adhibenda sunt varia testimonia, sacrarum literarum, quarum voces & phrasæ examinandæ, sententiæ confirmandæ, Patrum dicta proferenda sunt, traditionum authoritas, & Conciliorum Summorumq; Pontificum decreta in medium afferenda, de quibus nos suo loco egimus. Non deerunt & alij plerique Theologici loci quos etiam supra attingimus, vnde ad docendum copiosa rerum seges existet. Tenenda autem est in hoc genere ea prudentia quæ Sancti Patres docent: cum enim agunt in suis scriptis contra hæreticos dogmatibus fidei, & ad doctos concionem habent acutè & concisè ad dialecticam normam premunt rem, & vrgent, vt est videre in multis libris apud August. Hieron. & alios. Cum vero ad populum habent sermones, longè aliter eas materias docent. Ex scripturis etiam sacris docemur ita esse ad populum tractandas huiusmodi quaestiones, vt etiam ad mores accomodentur, sicut est videre apud prophetas, & apud D. Paulum: Sit exemplo Epistola ad Romanos in cuius primis capitibus versatur Apostolus in genere didascalico, loquens de Iustificatione per fidem operantem ex Charitate sine operibus legis, agit de Iudeorum reprobatione, & vocatione gentium vsque ad Caput duodecesimum, tamen passim admiscet morales admonitiones, & ad extremum conuertit penè se totum à genere didascalico ad instituendos mores, ac suasorium genus à capite duodecesimo, vsque ad finem Epistolæ.

T Genus

derunt tibi falsa, neque aperiebant tibi iniquitates, vt te ad penitentiam prouocarent. D. Paul. ad Timoth. testor, ait, coram Deo, & Christo Iesu, vide quanti momenti iudicet quod sequitur, Argue, obsecra, increpa in omni patientia, & doctrina. Habemus, & prophetarum Apostolorumque exempla quæ nobis proponamus, nam omnium horum hac in re consonant voces, vt peccata coarguant, minis peccatores deterreant, iram Dei, & penas in eos impendentes exaggerent. Hinc sumit initium suæ prædicationis Isaias prophetarum primus, Væ genti peccatrici, semini nequam, filijs sceleratis. Ob id Hieremias, quem Deus ad prædicandum elegerat statim docetur, Ecce dedi te hodie super gentes, & super regna, vt euellas, & destruas, vt disperdas, & dissipes, & ædifices, & plantes. Hoc est planè mysterium libri, quem Ezechiel accepit, & deuorauit; in quo scriptæ sunt, Carmen, Lamentationes, & Væ: huc tendunt omnes Prophetarum conciones, vt corrigant, & emendent, vt superuacaneum planè sit, loca, & capita concionum annotare, quæ passim ad vitiorum correptionem, prosequuntur. Quid Apostoli? nonne ideo Spiritus sanctus eis datus est, vt per eos ipse idem Spiritus argueret mundum de peccato, & de iudicio, & de Injustitia? plenæ sunt Pauli, & aliorum epistolæ graui reprehensionum acumine. A Christo didicerant, quem sæpè audierant Scribarum vitia, acerrimè increpantem, & multitudinis corruptos mores cum magno spiritu corrigentem. eodem modo Sanctorum Patrum sermones in hunc scopum sæpe feruntur, & ad genus hoc, orationes suas non raro dirigunt. Apud Chryf. multas inuenies homilias, & conciones contra iurandi & peierandi consuetudinem, contra Luxum, & ebrietatem, cõtra iram, & ambitionem, contra Inuidiam. Bonau. ex S. Greg. Clauis ait apertionis est sermo correctionis, quia increpando culpam detegit, quam sæpe nescit ipse etiã qui perpetravit Hiero: explicans illud psalmi, Dixit vt disperderet eos si non Moses electus eius stetit in contractione, Attende (inquit) hoc sacerdos, perierat enim populus nisi Moyses confregisset iram omnipotentis Dei, & tu cum videris populum Dei delinquentem cane tuba annuncians eis delicta eorum, ac sta in contractione ad Deum vt auertatur furor eius ab eis.] grauius vrgent verba Pelagij secundi Papæ, Sit (inquit) semper aduersus prauos & impios, atque seruorum Dei persecutores libera vox, & oris gladio feriuntur, & redarguantur, repellantur confundantur, auertantur.]

1. Tim. 5.
Isa. 1.
Hier. 1.
Ezech. 2.
In phar. l.
4. c. 34.
Par. 2.
paf. c. 4.
Psf. 105.
Epist. 3. ad
Episc. Cæ-
pania, &
Italia.



tur.] Lege Saluvianum hac in re acerrimum in libris de providentia Dei: Ex dictis recte colligitur à Sanctis, grande periculum Sacerdotibus esse aliena peccata non arguere.

Loci pro hoc genere. Loci vero ex quibus omnis correctio, & roborari, & amplificari potest, sunt omnes illi ex quibus argumenta ad dissuadendum sumuntur, dum ostendimus quam sit illa res turpis, & honestati opposita, & contra omne decorum, quam sit contra ius & fas diuinum humanumque, quanta secum adducat detrimenta, & animæ, & corpori, & famæ, & patrimonio, quantas secum inuoluat difficultates, quantis sit referta periculis, quam ignominiosa, quantus sequatur conscientia cruciatus, quanta poena. Ex locis Theologicis quos alibi assignauimus multa colligi possunt. Sed nihil vehementius vrgere poterit peccatorem, quam si verba scripturarum contra id quod arguimus afferantur, quarum non solum sententia, sed singulae voces expendantur pro rei grauitate, quibus si addantur exempla, patrum autoritas, rationum efficacia, non poterit vitio reprehensio non esse efficax, & fructum reportare, præsertim, si adhibeantur affectus vehementes, & pathetici habita ratione turpitudinis. Et, appareat Orator ex Dei vero non affectato zelo ferri, & præferat animarum salutem ex sincera cordis charitate; Adijcienda essent hoc loco plurima, quæ Oratoris Christiani prudentiam requirunt, qua eum in arguendis, & vitiosis & personis, vt ipsum reprehensionis medicamentum non exulceret sed sanet, vti necesse est. Sed quoniam ampla selesimum seges offerebat, placuit in Tertiam partem rejicere, vt de tota hac materia, & de ea quæ est oratori nostro necessaria prudentia agitur. Vnum tantummodo hic admonebo, quod ad ipsum genus cause facit de qua agimus, raro contingere vt integra concio tota in reprehensionibus posita sit, & tamen ex altera parte nullum ferè est genus orationis, siue Didascalicum, siue adhortatorium, siue laudatorium quod non admittat aliquid ex hoc genere reprehensionis. Curandum igitur Concionatori, vt vbi in alijs generibus aliquid dixerit, doctrina, suasionem, laudationem, opportunitatem capiat, subijcienda increpationis, vt ijs qui contrario laborant vitio, ruborem, & conscientia stimulum injiciat. Hoc enim videtur Paulus significare dum primo loco ponit ad Timotheum arguere, quod est argumentis veritatem stabilire, deinde obsecrare quod sit per motus, & affectus maximè lenes: postremo addi vult increpationes. Id ipsum sedulo à sanctis patribus præsi-

Admiscenda
semper ex oc-
casione re-
prehensio.

1. Tim. 4.

prælitum est, ac suis ad populum homilijs, præsertim à Chryf. *Hom. 20.*
nam in Gen. vbi post tractatum locum, statim contra auaritiã *in Genes.*
sermonem aggreditur. Siue ergo de Euangelio fiat concio, siue
de vitute aliqua, vel vitio, siue de quacumque re, aut in quo-
cumque genere, post explicatam doctrinam facillimum erit ad
reprehendendum deriuare sermonem, quamuis neque illud di-
xerim, omnem operam in sola vitij reprehensione ponendam.
Imo aio, etiam contrarias sæpe virtutes esse celebrandas, ali-
quando enim sperari plus emolumenti potest ex opportuna
pudicitia laudatione, quam ex importuna, & nimia incontinen-
tia exprobratione; ad laudes enim Castitatis incontinens
pudore suffundi potest, quæ non est modica reprehensio. *4. Moral.*
Quare concludant hunc locum Greg. & Isid. Habet (inquit ille) in *c. 9.*
Sanctis prædicatoribus vtraque regula aptum doctrinæ pòdus,
vt & rectè facientes nutriant, & peruersos animaduertentes
abscindant.] Hic autem his verbis vtitur. Is cui dispensatio
verbi commissa est etiam si sanctè viuat, & tamen perditè vi-
uentes arguere, aut erubescat, aut metuat cum omnibus qui eo
tacente perierunt perit, & quid ei proderit non puniri suo, qui
puniendus est alieno peccato? & addit. Mentior si non hoc do-
minus per Ezechielè prophetam sub cuiusdam terroris denun-
ciatione loquitur dicens, & tu fili hominis speculatorem de-
di te domui Israel &c.] Et explicat ibidè locum Ezechielis.

4. Moral.
c. 9.

Lib. 1. de
Sum. bon.
c. 20.

Genus consolatorium. Cap. XIV.

Genus orationis Còsolatoriæ ad suasorium genus, & vitam
proprie illuminatiuam spectat, ad superandas difficulta-
tes quæ in virtutibus vel acquirendis, vel conseruandis sese
obiectant, & tolerandas plerasque vitæ præsentis calamitates,
quibus homines premuntur; quare intelligat Orator noster
hanc partem nec leuiter, nec rarò sibi esse pertractandam, tum *Oratori sæpe*
quia præsens vita omni calamitatum genere plenissima est, & *consolatio*
exilium, & lachrymarum vallis, in qua etiam virtus vndique *vsurpanda.*
& acerrimè oppugnatur, tum quia oportet nos hac in re Deum
imitari, qui hoc titulo mirifice gaudet, vt sit pater misericor-
diarum, & Deus totius consolationis, tum quoniam Sacræ pa-
ginæ refertissimæ sunt suauissimis vocibus, quibus ad conso-
landum excitamur, vt ad eum quodammodo finem reuocare, *Rom. 15.*
D. Paulus visus sit omnia cum dixit, Quæcùque scripta sunt, ad
nostram doctrinam scripta sunt, vt per patientiam, & consola-
tionem



tionem scripturarum spem habeamus. Ergo sciat Concionator sui esse muneris recreare laborantes, afflictos erigere, pusillanimes ad spem, & fiduciam animare, confirmare omnes, denique miseros quorum magna est copia consolari, non solum, qui corporum calamitatibus, sed multo etiam magis qui spiritualibus premuntur angoribus, cuiusmodi sunt variae tentationes, scrupuli, ac desolationes. Argumenta vero si genericè loquamur, ad cuiusque generis calamitosos, ex iisdem generis suorum, ac dissuasorum locis sumuntur. quos praeter philosophorum decreta, & praecepta longe copiosius, ac perfectius, scripturarum sacrarum volumina, & sanctorum patrum fecundissima nobis scripta suppeditant, videlicet Primo ab honesto, ut Eleazarus senex, se ipsum consolabatur, magis fortiter mori eligens, quam simulare, se comedisse vetitos cibos, contra Dei legem: Non enim aetati nostrae dignum est, inquit, fingere, ut multi adolescentium arbitantes Eleazarum nonaginta annorum, transisse ad vitam alienigenarum, & ipsi decipiantur, Honestas autem haec inde manat, quoniam teste Iacobo, patientia opus perfectum habet, & teste Tertulliano ipsa est quae fidem munit, pacem gubernat, dilectionem adiuvat, humilitatem instruit, penitentiam expectat, exomologesim assignat, carnem regit, spiritum servat, manum continet, tentationes conculcat, scandala pellit, pauperem consolatur, diuitem temperat, amatur in puero, laudatur in iuvene, suspicitur in senes. Secundo a iusto, sicuti cum bonus latro in cruce dicebat ad socium, & nos quidem iuste pro peccatis nostris patimur. Quare prudenter Concionator monebit renocanda esse in memoriam varia peccata quae quisque in Deum commisit, & iustam pro iis a Deo inflictam punitionem patienter tolerandam. Ita se ipsum consolabatur sanctissimus Rex Dauid, eum persequente filio, fugere cogere, & maledictis a Semei irgeretur, reduxit ad mentem, malum quod perpetravit, & aequanimiter pertulit quod audiuit, & contumeliosa verba non tam conuicta, quam adiutoria credidit, quibus se purgari sui que miseriam posse Deum credidit. Hunc locum egregie tractat Greg. Nazianzenus, in oratione qua habuit in plaga grandinis, eleganter enumerans pleraque illorum hominum peccata, quibus Deus indignatus, grandines e caelo immiserat. Tertio ab ipsa rerum natura, nempe quod talia quae vulgo mala appellantur, non sint vere mala, tum quia a Deo authore, proueniunt, a quo malum esse non potest, tum quod multa bona pariunt, & tamen certum est,

Locis pro consolatione generis.

Honestum.

2. Matt. 6.

Iacob. 1.
Lib. de patientia.

Iustum.

Luc. 13.

2. Reg. 16.

In orat. de plaga grand.

Mala, peccata non sunt vere mala.

est, non posse arborem malam bonos fructus facere, tum quia etiam boni viri, Deoque charissimi ea cum lucro patiantur: imò, & Dei filius homo factus in se ipso pro còmuni hominum salute pertulit. Basil. Morbus, paupertas, ignobilitas, mors, ceteraque id genus quæ hominibus sunt tristitia, non propriè malis annumeranda veniunt, propterea quod neque ea quæ istis aduerfantur inter maxima bona numeramus. Quarto, Sicut contra bona temporalia, & terrena quorum amissione saepe turbamur, ac dolemus, non sunt vera bona, cum eis pessimi homines abundant nonnunquam, & optimi careant. Quinto hæc quæ vocamus bona corporis, ac fortunæ non nisi commodato à Deo conceduntur, ut iniquum plane sit, ea repetenti Deo non alacriter reddere. Seneca quicquid (ait) est hoc quod circa nos ex aduentio fulget, liberi, honores, opes, ampla atria, referta vestibula, alieni commodatque apparatus sunt, nihil horum dono datur, collatitijs, & ad dominos redituris instrumentis scæna adornatur, alia ex his primo die, alia secundò referètur, mutuo accepimus, vsus fructus noster est, cuius tempus, ille arbi- ter muneris sui temperat. Tertul. quod nostrum (ait) videtur, alienum est, nihil enim nostrum, quoniam Dei omnia, cuius ipsi quoque nos. Itaque si damno affecti impatiètes erimus, non de nostro amissum dolentes, affines cupiditatis, deprehendemur, alienum quærimus cum alienum, amissum ægre sustine- mus. Sexto poterit optima consolationis occasio sumi, si doceamus Deum omnium calamitatum esse authorem, & in eum semper oculos conuertendos esse. Sic apertè docet Spiritus san- ctus in Amos 3. Hier. Iona, Eccl. bona, & mala, vita & mors, paupertas, & honestas à Deo sunt, & explicat Basil. affirmans, tanquam primum principium, id à nobis præsumi oportere, nihil nobis accidere posse Deo non volente, & omnia eum circa nos dispensare, tam modica quam magna. Ita Iob se ipsum solatur, Dominus est, inquit, qui dedit, idemque dominus abstulit. Sic David non in Semei maledicentem, sed in præcipien- tem Deum oculos conuertit, ut dicat. Dominus (ait) præcepit ei ut malediceret mihi. Dicitur autem Deus illi præcepisse, ratione non quidem culpæ, sed pœnæ, quia præuidès Deus Semei peruerfitatem, illam maledictionem in bonum Davidis ordina- vit. Maximè nos Christi Verbum in quacumque afflictione re- creare poterit si dicamus, Calicem quem dedit mihi pater, non vis ut bibam illum? Septimo a fine, ob quem diuina providen- tia huiusmodi calamitatibus, vult nos in hac vita exerceri, non

In Hexã.
Hom. 2.

Bona tempo-
ralia còmo-
dato habe-
mus.

Lib. de Cõ-
solat. ad
Marciam
cap. 10.

Li. de Pat.
cap. 7.

Omnes pœ-
næ à Deo au-
thore.

Amos. 3.

Isa. 45.

Hier. 18.

Iona 3.

Eccl. 11.

In Homil.

Quod Deus

non sit au-
thor malorũ.

2. Reg. 16.

Finis calami
tatum.

- enim potest vlllo modo dubium esse, non nisi in bonum nostrum id fieri, damnatis certè, pœnæ in vindictam irrogantur, nobis autem vt dicitur ad emendationem, non ad perditionem eueniunt. Ita Ioseph Patriarcha seipsum, & fratres suos solabatur ostendens Dei voluntatem fuisse non hominum. Hoc autè tanquam certissimum principium apud nos esse debet, vt fecerit canamus cum Dauide: Bonū mihi quia humiliasti me. Oportet ab vtilitate, quæ & in bonos, & in malos exiit, nam mali hoc medicamento purgantur sapissimè, & illuminantur. *Is.* Vexatio dabit intellectum: sic in *Gen.* dixerunt fratres Ioseph, merito hæc patimur quia peccauimus in fratrem nostrum, sic filius prodigus in pressura, & fame positus, ad patrem rediit. Audi *Chrisologum*, Fames reuocat quæ saturitas exulem fecerat, fames illi patrem reddidit, cui copia tulerat non sentire genitorem. Quare, rectè *Bernardus*: Ego (inquit) plagis conscientia meæ nullum iudico accomodatius medicamentum probris, & contumelijs, non est proinde quod permouear hominibus omni opprobrio dignus, & despectione. *August.* Tu Domine semper aderas misericorditer sequens, & amarissimis aspergens offensionibus omnes illicitas iucunditates meas. Virtus autem bonorum in infirmitate perficitur, & probatur vt aurum in igne. Sicut ouum aquæ falsæ supernatat, dulci vero immergitur: ita deliciarum dulcedo frequenter ad ima deijcit, tribulationum falsedo iustos ad summa eleuat, quod exêplo *Dauidis*, ac *Salomonis* patet, quorum hic delitijs dissolutus est, ille tribulationibus multis eruditus, factus est homo secundum cor Dei. Non ex eo quod omnes pios, ac iustos velit aduersa colerare, & neminem immunè esse. Audi *Paul.* Omnes qui volunt pie viuere in Christo, persecutionem patientur & *Heb.* flagellat autem omnem filium quem recipit. Vnde infert, quod si extra disciplinam estis cuius participes facti sunt omnes, ergo adulteri, & non filij, proinde egregie *August.* flagellat (inquit) Deus omnem filium quem recipit, & tu forte exceptus eris? Si exceptus es à passione flagellorum, exceptus es à numero filiorum] & *Hieron.* Quis Sanctorū sine certamine coronatus est? (& subdit,) ne in immensum volumen extendam, quere, & inuenies, sanctos omnes aduersa perpeffos, solus *Salomon* in delictijs perpetuo fuit, & forsitam ideo corrui.] Quare *Ambros.* non dubitat patientiam tribulationum, vocare, matrem fidelium.] Decimo ab auxilio Dei qui non permittit nos tentari supra id quod possumus, sed facit cum tentatione prouentum vt pos-

Iudith 8.*Gen.* 45.*Psal.* 118.

Vtilitas multiplex.

Is. 24.*Gen.* 42.

Serm. de filio Prodigio.

2. Confess. cap. 2.

Omnes pij aduersis probantur.

Li. de Pass. cap. 5.*Epist. ad Eustach.*

22.

Lib. 1. Ep. 4. in fine.

Auxiliū Dei in aduersis non deest.

vt possimus sustinere, & semper adest afflictis Psal. cum ipso Psal. 90.
 sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum. Quare
 Dauid, securus clamat. Non timebo millia populi, quoniam
 tu mecum es. Mittit patrociniū Angelorum, & Sanctorum
 Dauid secundum multitudinem dolorum, consolationes tuas Psal. 93.
 lætificant animam meam. & Paul. Superabundo gaudio in omni
 ni tribulatione mea. Vndecimo a temporis breuitate quo du- 2. Cor. 7.
 rant. Id enim quod in præsentī est momētaneum ac leue tribu- 2. Cor. 1.
 lationis nostræ, supra modum in sublimitate æternū glorię pon-
 dus, operatur in nobis. Hoc autem tanto magis poterit affli-
 ctum animum recreare si ei proponatur, Deum esse nostrum pa-
 trem, pastorem, medicum, defensorem, murum, scutum, refu-
 gium, vmbra culum ab æstu, vnde merito fiducia quædam filio-
 rum nascitur, vt securi omnem sollicitudinem in eum proijcia-
 mus, quoniam ipsi cura est de nobis. Duodecimo A spe futuræ
 mercedis Heb. 12. omnis disciplina in præsentī quidem non vi-
 detur esse gaudij, sed mæroris, postea autem fructum pacatissi-
 mum exercitatis per eam reddet iustitiæ, & non sunt condigne
 passiones huius temporis ad futuram gloriam. Decimotertio
 multum adiumenti præbebunt, si exempla primum Christi Do-
 mini, deinde Sanctorum quædam describantur, & eorum hinc
 tormenta, inde patientia, & mentis tranquillitas oculis subij-
 ciatur; nam comparatione maiorum, quos plurimi pro Chri-
 sto passi sunt cruciatus, nostra videbitur longe minor calami-
 tas, vt Paul. dicebat: Nondum vsque ad sanguinem restitistis,
 Denique nil æque hominem in omnibus aduersis poterit conso-
 lari, quam si cordis nostri amorem in Deum conijciamus, quod
 aurea sententiā testatur Chrysof. Nihil est inquit tam horri-
 dum, tamque tremendum quod hi qui vel morbo, aut pœnis
 discruciantur non superent si diuino sint amore incensi, ita vt
 neque ignis, neque ferrum, neque inopia, neque languor ali-
 quis, neque mors neque aliud quidpiam huiusmodi graue, aut
 molestum appareat ei, qui hunc sit erga Deum amorem conse-
 quutus.] Debet autem qui aliquem consolari desiderat, non
 durum, non seuerum sese ostendere, sed magis cōmiseratione,
 & cōpensione vtī, vt omnes aduertant eū sensu publici, & priua-
 ti mali valde tangi. Ita enim facilius eius qui patitur, dolor le-
 nitur, si sociū sibi cōpatientē habeat, & quasi doloris illius par-
 tem sibi aliquam assumentē, præter quā quod ille amor, qui cō-
 solando, & cōpatiēdo significatur, afflictū animū facilius exci-
 tat, vt argumētis assensum præstās, amici, cōsolationē admittat.

Genus

Merces futu-
ra.

Heb. 12.

Exempla.

Heb. 12.

Charitas
Dei.

In Hom. de
amore Dei &
tolerant. in
aduers.

Qui patien-
tē vult con-
solari, debet
compati.

IN hoc genere versatur sermo qui in tradendis præceptis est, continens vitæ rectæ agendæ institutionē, & actionum Christianarum disciplinam: eruditionem vocat Paulus & Clemens Alexan. pædagogum his verbis. Quemadmodum enim, ij quorum corpus ægrotat medico, ita quorum æger est animus pædagogo opus habent.] Est vero secundum ipsum pædagogia doctrina diuini cultus, & eruditio ad assequendam veritatis agnitionem, & recta institutio, vitæque agendæ ratio, quæ in cælum deducit.] Et quamuis raro integram, & totam concionem sola præcepta occupent, quia multorum simul præceptorum coaceruatio obrueret potius, quam erudiret auditorem, tamen nulla fere habenda esset concio cui non aliquid de hoc genere intermiseretur, cum in hunc maximè finem totum prædicandi munus sit ordinatum, vt institutio rectè viuendi ac vitæ spiritualis disciplina in Christiana republica perpetuo vigeat. Itaque alia genera concionum ad hoc bene diriguntur, & hoc in quolibet alio locum habet. Siquidem genus didascalicum intellectum docet, & ad praxim disponit: suasio sine adhortatio ad mores, & actiones, ad mandatorum obedientiam tendit: Exornationes item, ac laudes illustrium personarum, & rerum ab eis gestarum, institutiones sunt aliorum vt habeant quod imitentur: Oratio item Consolatoria, raro caret sua institutione, ad moderatè, & fortiter omnia ferenda. Distinguit autem Clemens quadruplicem pædagogicæ appellationem. Est enim (ait) pædagogia, eius qui ducitur, ac discit, & pædagogia eius qui ducit ac docet, & tertio, ipsa deductio, & institutio, & pædagogia, ea quæ docentur præcepta. Iuxta hæc quatuor à Clemente insinuata totidem mihi monenda & adnotanda circa hoc genus occurrunt. Et Primo quod pertinet ad plebem Christianam quæ ducitur, & discit, quis non aduertit quæ sit in Ecclesia Dei necessaria hæc instituendi disciplina, vt merito à Cypriano inter magnos abusus numeretur plebs sine disciplina. Etenim cum omnes disciplina humano ingenio repertæ, quæ solum vitæ huius caducæ commodis seruiunt, licet manu palpari, & oculis videri queant, tamen à quoquam sine instituentis doctrina, nequeunt comprehendi, quam ineptum est credere, vitæ spiritualis ac perfectæ formam à Christo institutam quæ inuisibilis, & occulta est, & non nisi à purissimo

Loco citato.
Quatuor consideranda.

Disciplina plebi quam necessaria.

Lib. 12.
Abusi.

rissimo corde videtur, duce ac præceptore mōstrante viam, non
 indigere? proinde D. Paulus de hac bonæ vitæ institutione,
 agens ait omnia in vobis honestè, & secundum ordinem fiant,
 Vbi Amb. docet honestè agere nihil aliud esse quam secundum
 acceptam disciplinam viuere, & ipsemet Paulus se explicat,
 dum adiungit secundum ordinem, & ad Coloss. Spiritu vobi-
 scum sum gaudens, & videns ordinem vestrum: vbi Cyp. inter-
 pretatur ordinem idest disciplinam morum ordinatam. & ad
 Heb. in disciplina perseuerate, & Paulo inferius subdit, gressus
 rectos facite pedibus vestris, vt non claudicans quis erret, ma-
 gis autem sanetur, & adhuc ad Theff. denunciamus, inquit
 vobis fratres in nomine Domini nostri Iesu Christi vt subtra-
 hatis vos ab omni fratre ambulante inordinate; & non secun-
 dum traditionem quam accepistis à nobis. Hæ autem traditio-
 nes sunt quæ Christianæ vitæ continent institutionem necessa-
 riam. Ex quo etiam, Secundum sequitur, quod ad ipsos docto-
 res spectat, si enim tam necessaria hominibus est hæc disciplina,
 vt ducantur, & discant, certè id non potest feri sine opera eo-
 rum qui ducunt, & docent. Quare facile erit Euangelico do-
 ctori agnoscere quam in hoc præcipua sui muneris parte eum
 oporteat strenuam, ac solertem nauare diligentiam, ne sibi ipsi,
 & officio quod sustinet, & Deo, & toti Ecclesiæ desit, sed pro
 suggestu semper Christianis moribus auditores instituat. Ora-
 tor Christianus dux est qui cæteris præit, errantesque in rectum
 iter reuocat, & omnia quasi viam commostrans clamat: hæc
 est via, ambulate in ea, & non declinetis neque ad dexteram,
 neque ad sinistram: Magister morum est, patris familias per-
 sonam agit cui ex munere incumbit non solum Christo filios ge-
 nerare, sed sanctis institutis formatos educare, adultos promo-
 nere. Est item medicus animarum, morborum medicamenta
 sunt diuina præcepta, quæ nisi applicet, merito potest Deus
 verbis Hier. conqueri. Nunquid resina non est in Galaad, aut
 medicus non est ibi, quare ergo non est obducta cicatrix filie
 populi mei? Huius autem magisterij, & cathedræ vsus, quem
 concionatores exercent nunquam defuit in Ecclesia ab ipsis
 post Christum, Apostolorum temporibus, nec vnquam defutu-
 ram speramus Dei prouidentiam in re tanti momenti, tamque
 necessaria. Quamobrem monendi sepe sunt, qui cathedras
 habent vt pro cathedræ dignitate eam doctrinam afferant, non
 quæ prurientes quorundam aures titillet, sed quæ omnium
 corda ædificet, moresque instituat, præcepta Dei explicet, ad
 nor-

1. Cor. 14.
 In 1. ad
 Cor. c. 14.

Col. 2.
 Li. de sing.
 Cler.

Heb. 12.
 2. Theff. 3.

Orator ma-
 xime debet
 instituere.

Hier. 8.
 Magisterij ca-
 thedra sem-
 per in Eccle-
 sia.

ceptu
 ionum
 & Cl.
 enim
 est ani
 mum
 pr
 am ve
 ratio,
 toram
 ul pre
 audito
 quid de
 totum
 endi ac
 tuo vi
 untur,
 dasea
 adhor
 rendit:
 rerum
 e quod
 institua
 mit au
 n. Est
 pæda-
 & in-
 ca hæc
 & ad
 errinet
 aduer-
 iplina,
 r plebs
 ingenio
 unt, li-
 oquam
 m ine-
 t Chri-
 à pu-
 fimo

ORATOR
 LICITUS
 TOTI

Modus præcepta propo-
nendi duplex.

In lib. de legibus. Item
secundo de nat. Decorū.

Exemplū ex Paulo.
Rom. 13.

Matth. 5.

Locī pro hoc genere qui
sunt.

Exod. 20.

normam diuinæ voluntatis, voluntates cunctorum dirigat & actiones. Et hoc est Tertium à Clemente significatum circa ipsam institutionem, quæ est Christi fidelium pædagogia. In qua illud primo loco animaduersione dignum occurrit, Institutionem, vel præceptum aliquod à Concionatore Dupliciter posse proponi. Aliquando significamus solummodo, & in memoriam reuocamus breuissimè ipsum mandatum, vt si gratia exempli afferam vnā ex legibus duodecim tabularū. Ad diuos aduerto caste, & si quid addendum iudicarem, subijcerem Ciceronis interpretationem, eam intelligi non de corporis solum sed multo magis de animæ ac mentis Castitate. Aliquando potest afferri præceptum non ita nudè, sed additis fundamentis, & rationibus vt omnium animis firmiter hæreat. Ita videmus sæpissimè à sacris scriptoribus factitatum. Sic Paul. pronunciat legem qua superioribus etiam sæcularibus obediendum est, cui ait: Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, & statim confirmat autoritate diuina, dicens, non est enim potestas nisi à Deo, Iterum magis corroborans docet, quam hoc sit rationi omnino consentaneum. Quæ autem, ait, à Deo sunt, ordinata sunt. Et quam sit contrarium omnino indecens ac perna dignum. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. Ita etiam cum Christus præceptum inimicos diligendi tradit, adhibet argumenta, tum ab autoritate dicentis, vt præcepti ostendat dignitatem. Ego, ait, dico vobis, diligite inimicos vestros &c. tum ex Dei exemplo ad cuius amorem, & obedientiam pronocamur tanquam filij, vt sitis, ait, filij patris vestri, qui solem suum oriri facit super bonos, & malos, & pluit super iustos, & iniustos. Rursum à mercede. Si diligitis eos tantum qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? Iterum à perfectione quam Christianos decet supra Ethnicos maiorem habere. Si salutaueritis fratres vestros tantum, quid amplius facitis, nonne & Ethnici hoc faciunt? Tam vero qui fufius in hoc genere præcepto orationem versari voluerit, poterit argumenta varia desumere ex locis suaforij generis, vt ostendat quam sit obseruatio illius præcepti, rationi omnino consona, quam secundum omne ius, & fas, æquum, & bonum, quam iustum sit vt Creatori creatura subdatur, & domino omnipotenti vilis seruus obediat, vt semper in ore habeat illud, loquere Domine quia audit seruus tuus. Ab autoritate scilicet Dei præcipientis rectè stabilitur mandatum: propterea in Exodo dicitur. Ego sum Dominus Deus tuus, fortis zelotes, non habe-

habebis Deos alienos &c. & repetitur sapius . Audita leges
 meas, Ego Dominus, & hæc dicit Dominus Deus exercituum ,
 & in noua lege Christus saepe repetit , Ego autem dico vobis ,
 nolite iurare omnino , Ego autem dico vobis, si quis viderit
 mulierem ad concupiscendam eam, iam mechatus est in corde
 suo &c. Præterea sunt alij loci , à gloria Dei , ab ædificatione
 proximatorum , Sic luceat lux vestra corâ hominibus vt videant
 opera vestra bona , & glorificent patrem vestrum . Ab vtili , à
 commodo, a Necessario, à Possibili, a facili, ab auxilio Dei, à
 spe præmiorum, à timore pœnarum, quæ vel obseruatores, vel
 transgressores sequantur . Huc pertinent, hinc pulcherrimæ,
 ac dulcissimæ benedictiones , inde pessimæ horrendæque ma-
 ledictiones , quæ in sacris literis , præsertim verò in Deutero-
 nomio per multa capita , vel promittuntur bonis , vel fulmi-
 nantur in malos . Postremò circa modum proponendi ipsa
 præcepta, illud etiam seruari debet, vt dilucidè, non obscure
 ipsius præcepti vis explicetur, vt intelligatur an obliget ad
 reatum culpæ mortalis, vel sit potius consilium . Nec solum
 hoc, sed praxis item aperiatur in præcepti exequutione ser-
 uanda, vt si dicam honorandos esse parentes , & hanc praxim
 sitam esse in obedientia, reuerentia, & subsidio quod illis de-
 betur à filijs . Tollendæ difficultates, quas Damon obijcere,
 consuevit, docenda adiumenta, & remedia, quæ illius manda-
 ti exequutionem expeditiorem, ac faciliorem reddant . Opti-
 ma autem ratio docendi hanc praxim, erit si cum ea institutio-
 ne quæ docetur , exempla etiam Sanctõrum adiungamus qui
 insignes, fuerunt in eo quod nos agendum fugiendumve dici-
 mus, sicut D. Ambros. profitetur se assumpsisse virginem imbuẽ
 dam, exemplis potius, quam præceptis quia qui docet, ait, de-
 bet supra eum qui docetur, excellere, tum etiam amplius pro-
 fici exemplo, quoniam nec difficile, inquit quod iam factum,
 est existimatur , & vtile quod probatum , & Religiosum quod
 hereditario quodam paternæ virtutis vsu , in nos est successio-
 ne transfusum .] Quarto loco restat ex Clemente, Quarta præ-
 dagogicæ appellatio, quatenus præcepta ipsa significat : Dices,
 quænam sunt hæc præcepta, quæ vt materia huic generi cõcio-
 num subiiciuntur ? planè amplissima est eorum materia , com-
 prehendit enim præcepta omnia diuina, ac humana, quæ lex na-
 turæ docet, & recta ratio, quicquid moralis philosophia habet
 de virtutibus, de vitijs, de viro bono, de bono ciue, quicquid
 ad Oeconomiam, & Ciuitatis regimen spectat, quicquid est in
 sacris

Matth. 5.

Explicãda di-
 lucide præce-
 pta.

Initio libri fe-
 cundi de
 Virg:

Materia hu-
 ius generis
 institutiui .

facris literis exaratum, in quibus vel sunt præcepta, ut rectè vocari possit liber mandatorum Dei, vel quæ ad hoc ipsum referuntur. Denique omnia quæ ad tres vias Purgatiuam, Illuminatiuam, & Vnitiuam faciunt, quam nos materiam sacræ huius Rhetoricæ supra fecimus, ad hoc genus magis quàm ad alia spectant. Quare oportet Oratorem hanc peculiariter spiritualis vitæ peritiâ rectissimè, & integre callere, ut hos tres actus hierarchicos in Christianam plebem exerceat, instar Angeli in perioris erga inferiores. Exempla horum præceptorum ex tota scriptura passim peti possunt & ex Patribus, ex ipso etiam Clemente Alexandrino què in hoc capite sequuti sumus. Legit secundum eius librum, in quo pædagogus optimis præceptis suos pueros, id est omnes Christianos instruit, & notabis non solum pleraque horum præceptorum exèpla, sed modum etiam proponendi, non nuda, sed adiuncta diuinæ scripturæ autoritate, ac rationibus fulciri, & contrariorum vitiorum indignitate opposita magis elucescere. Afferamus exemplum aliquod ex ipfomet Clemente, Primum præceptum ponit circa vitium, ut alimentum sit ad viuendum, non ad lautitias deliciasque questum, nec nimio studio comparatum, ex quo & sanitas, & iustæ vires corporis constituantur, cuius præcepti fundamentum ponit, quia cum nostrum viuere ex duobus constituatur, scilicet sanitate ac viribus, his prodesse docet alimenti facilitatè, ut quod ad digestionem, & corporis leuitatem sit vtile: Vitur autoritate Antiphanis Delij medici, qui vel vnâ hanc dicebat esse morborum causam, ciborum varietatem: & hæc scripturæ locis confirmat, Ex opposito, id est crapula quæ mala nascantur, aperit. Secundum præceptum ponit circa vini vitium ex Paulo, qui Timotheo modicum vinum concedit, languenti, & ægrotanti stomacho conueniens, cum contra idem Paulus præcipiat ne vino inebriemur propter luxuriam, docetque vinum aqua multa diluendum, ex eo quod aqua, vitæ humanæ sit necessaria, vinum vero modicum sit vtile, vitam autem nostram, ex eo quod necessarium sit, & ex eo quod vtile, consistere, idque etiam ad longiorem vitam conducere. Explicat quantum animæ puritati corporisque sanitati obsit immodicum vinum, præsertim florecente ætate. Eodem modo tractat per plura capita alia vitæ præcepta circa nimiam supellectilem aurum argentique, circa conuiuia, & commestationes, circa mores ridiculos, vel ridendos potius, circa turpiloquium, irrisiones, & contumelias, circa Matrimonium, & alia, quæ facile qui voluerit

1. 2. Pædag.

fit apud pædagogum legere poterit. Nos etiam in tertia parte aliquas peculiare enumerabimus actiones Christiani officij, quæ ad hoc genus institutionum referuntur, vt doceatur populus quomodo erga Deum se gerat, erga proximos, erga se ipsum.

De Concione Funebri. Cap. XVI.

Hoc genus Orationis, mixtum esse solet ex genere Ornatio ac suasio, aliquando etiam Didascalico, nam de mortui virtutes celebrantur. Ad consanguineos, & amicos consolatoria exhibetur oratio, vt defuncti abscessum minus ægerant, ac dolorem leniant. Accedit exhortatio ad omnes auditores, vt mores eius quem laudamus præ se habeant, & imitentur. Suadentur item vt pro animabus defunctorum ad Deum preces fundant, aliaque pia opera pro Christiana pietate offerant. Nonnunquam etiam in his, doctrinale genus locum habet ad explicandum dogma vel thesimum aliquam. Et quidem encomia olim in funeribus & exequijs crebriora erant, & usus harum funebrium orationum, frequentior quam apud nos, vt patet apud Nazianzenum in aliquot orationibus. Et Ambrosius in exequijs Theodosij, & Valentiniani Imperatorum, nunc autem non videmus huiusmodi orationes ita celebrari, nisi in publicis, ac solennioribus exequijs principum, ac prælatorum, in quibus quatuor illa capita quæ iam tetigi potest sibi Orator proponere, vt & mortui virtutes aliquas insigniores, & res bene gestas, vitamque laudabiliter exactam commendet, & meritis aliquot consolationis capita suggerat, & viuos ad bene recteque viuendum hortetur, & ad suffragia animabus exhibenda excitet. Poterit etiam satis commodè quod his temporibus solet esse magis in usu, & videtur etiam habere plus gratitatis, & fructus, vt aliquod thema ex scripturis sacris assumatur, quod erudite, ac vtiliter explicetur, vel locus aliquis communis theologicus initio proponatur ad rem faciens. Gregorius Nazian. in funere patris sui, alloquens præsentem Basilium artificiosè inuitat eum in exordio, vt ipse magis eam funebrem orationem haberet, à quo libentissimè possent qui aderant audire, tria quæ in funeribus tractari possent, primum vt mortuum, prout eius meretur, virtus laudemus, non solum vt puram orationem, instar secundi cuiusdam funebriis muneris, sed etiam vt vitam eius tanquam exemplar ad imitandum alijs

Capita Oratio-
tionu fune-
brium.

Olim oratio-
nes funebres
frequetiores.

Modus tenen-
dus hoc tem-
pore.

Capita fune-
bris orat. ex
Nazian.

Orat. de fide
Resurr.

Theses quæ
tractari pos-
sunt.

Ad consolan-
dum mæro-
rem qui loci.

alijs proponamus. Deinde vt disputatio instituat de vita, & morte, de animæ corporisque coniunctione, ac separatione, de duobus mundis, præfenti labili, ac misero, futuroque beato, & qui nunquam effluit, ad hoc scilicet vt persuadeatur hominibus, primum quidem aspernandum esse, secundo autem mundo vt nos totos addicemus, sic enim fiet, vt eorum qui è vita ante nos discesserunt absentia minus discruciemur, imo lætemur, nobis vero ad illum tanquam portum properandum esse, melioremque esse eorum conditionem qui præcesserunt, quam nostram intelligamus. Postremò viuorum erit consolatio, si defuncti animam, apud Deum pro viuis esse sollicità, ac preces fundere persuasum nobis sit. Ambr. in Oratione de fide resurrectionis ad sepulchrum fratris Satyri habita, hunc communem locum amplificat: Mortem bonam, non esse lugendam tum quia communis sit, & cunctis debita, tum quia huius sæculi ærumnis nos absoluit, tum quia somni specie, vbi ab huius mundi labore quieuerimus vigor nobis viuacior refundatur. Eius generis plures locos communes poteris inuenire, si percurras diuersas in hoc funebri genere orationes Nazianzenis, Ambrosij, Hieronymi, & aliorum ad quorum exemplar, & ipse diuersa tibi argumenta præfigere poteris, qualia sunt, de iustorum morte pretiosa, de differentia mortis bonæ, & malæ, de breuitate ac ærumnis humanæ vitæ, quod iustis optanda sit non timenda mors, de ultimo hominis fine, de duplici statu mundi præfentis, ac futuri, de omnium rerum humanarum contemptu, de vita bene ad bonam mortem instituenda, de particulari iudicio in morte, de statu animæ separata, de periculis vitæ præfentis, quod mortui non pereant, sed Deo viuant, de beatitudine eorum qui in Domino moriuntur, de animæ immortalitate, de bonorum operum certissima retributione, de Purgatorio, de suffragijs quibus animæ iuuari possint, de non differenda pœnitentia, in tempus morbi, Item an mortui apud Christianos lugendi, & qua moderatione. At loci ad laudationem defuncti ex demonstratiuo sumendi sunt, nec deberet esse nimia amplificatio nisi sit pro viro sanctissimo, nec oportet totam vitæ demortui historiam retexere, vt aliqui faciunt, sed virtutes illustriores, & res bene gestas aliquot summam recensere contentus sit; qui ritè tali munere defungi voluerit. Ad consolandos vero mærentium animos, & dolorem temperandum ex Sanctis Patribus enumerabo locos aliquot, vnde peti cõmodè possit consolationis materia, si tamen prius illud mœro-
nuero

nuero non debere consolationem ita esse seueram, ac rigidam, vt moderatum dolorem, ac lachrymas, duriusculè nimis arguat, cum id, & naturæ & Dei voluntati conforme sit, Supra mortuum plora (inquit sapiens) defecit enim lux eius, & subditur, modicum plora super mortuum quoniam requieuit. Bernard. Christus ait, ad tumulum Lazari, nec flentes arguit, nec à fletu prohibuit, insuper & fleuit cum flentibus: fuerunt illæ lachrymæ testes profecto naturæ, non indices diffidentis,] Ac de se ipso propter mortem Charissimi fratris Gerardi, loquens ait, Nec quia percussus ploro, arguo ferientem, sed prouoco pietatem, verba mea dolore sunt plena non tamen murmure.] Imo vt philosophatur Basilius posset multum sanitati obesse, qui violenter lachrymas comprimeret, sicut (inquit) flamma inclusione proprii fumi suffocatur, nam cum egredi nequeat flammam suo ambitu opprimit.] Immoderatum vero luctum, omnes patres reprehendunt ex pluribus locis sicut enim nec comprimi, sic nec exprimi immoderatus lachrymæ, debuerunt. Primus itaque locus, quique plurimum roboris habet est fides, ac spes quam Christiana profitetur religio dicente Paulo. Nolumus vos ignorare fratres de dormientibus, vt nõ contristemini, sicut, & ceteri qui spem non habent, & quæ sequuntur, ex quo loco argumentatur Tertul. Credentes inquit Christi resurrectionem, nostrâ quoque credimus, propter quos ille & obiit, & resurrexit. Ergo cum constet de resurrectione mortuorum vacat dolor mortis, vacat & impatiëntia doloris.] Idem est Chrysostomi argumentum accusans nimios eiulatus, & plangentium clamores. Quænam ait hæc insania? nõne ridebunt gentiles? nonne fabulam putabunt nostram religionem? Dicent nullam esse resurrectionem, illusiones esse omnia Christianorum dogmata, & fallacias putabunt. Si crederent mortuum non esse mortuum, sed ad meliorem vitam translatum, non vtique ipsum tanquam nihil esse deplorarent, non tantas efferrent voces incredulitatis indices, nunquam te amplius videbo.]

Secundus à Dei voluntate, cuius nos imperio cedere necessarium est; præsertim cum quotidie repetamus illud fiat voluntas tua. Sic consolatur Paulam Hieron. de obitu Blefillæ, Bonus, ait, est Deus & omnia quæ facit, bona sint necesse est; mariti orbitas irrogatur, plango quod occidit, sed quia sic placet Domino, æquo animo sustinebo, Vnicus raptus est filius, durum quidem, sed tolerabile, quia sustulit ille qui dederat.]

V Eodem

Ecclesiast.
22.
Serm. 26.
in Cant.

Hom. 4. de
gratiarum
actione.

Spes futuræ
vitæ.
1. Thess. 4.
Lib. de Pa
tientia.

Hom. 61.
in Ioan.

Dei voluntas.
Epist. 25.

Ratio .

Eodem argumento utitur Ambr. de obitu fratris satyri, Qui depositum pignus recepit, nihil interest utrum abiures depositum, an doleas restitutum. An si pecuniam neges culpa est, si hostiam negas, impietas non est? cum pecunię fenerator illudi possit naturę author, & necessitudinis creditor, fraudari non queat. An Dominis ius est, quo voluerint transferre mancipia, Deo nõ est?] Tertius ex beneficio, quod mortuis à Deo collatum est, licet enim eorum absentiam doleamus, debet tamen ipsorum, fœlicitas nostrum lenire dolorẽ. Chryf. Neque enim si tu ami-

Homil. 41.
in 1. ad Co
rinth.

Homil. 6.
& 7. in 1.
Thessal. Vi

de Homil.
33 in 9. c.

Matt. sub
finem .

Orat. de fi
de resurr.
Decori ra
tio .

Hom. 4. de
Grat. actio
ne .

Mors com
munis .

l. 2. Ep. 8.
ad Fausti
num .

Epist. 2.
Cic. 3. Tu
scul. 58.

co ad regnum vocato coronatoque lachrymeris, peccus tunda amicum esse te Coronati; quisquam credet, sed inimicum hostem ficit etiam in illud Pauli. Nolo vos ignorare fratres, utitur similitudine filię quam in matrimonium collocatam a diuite sponso, in longinquam licet regionem ductam, si ibi in rerum omnium abundantia viuentem scires, certẽ non planges, verum dolorem absentię prosperitatis eius fama mitigaret.

Quartus est locus, Dolori, ac ceteris animi affectionibus modum ponendum esse, nam infanię proximus est dolor inordinatus. Restẽ Ambr. cur inquit mœstitiam tuam non ratio potius quam dies leniat? nã quod obliterata est tẽporum series, melius prudentia mitigabit, & Bas. Neque mulieribus ait, neq; viris, permittit decori, & honestatis ratio, vt vel luctum studio affectent, vel immodicis se conficiant lacrymis. item lococitato Lyciorum, ait, esse institutum, ac præceptum, quod viros inbeat muliebrem vestem, induere, si mœrori indulgeant, eo quod mollem, ac effœminatam in viro iudicauerint.]

Quintus sumi poterit ex eo quod mors ex necessitate omnibus sit communis, quam nulli sit concessum effugere, nec aliquo remedio ei possit occurri. Ambr. dum Faustinum consolatur in obitu germanę. Doles (ait) quod dudum florentissima repente occiderit? verum hoc non solum nobis commune est cum hominibus, verum etiam cum Ciuitatibus, terrisq; ipsis est, vbi post enumeratas, plerasque dirutas vrbes, subitotot igitur semirutarum vrbiũ cadauera terrarumque sub eodem conspectu exposita funera, non te admonent vnus, sanctę licet, & admirabilis scemina decessionem consolabiliorem habendam? præsertim cum illa in perpetuum prostrata atque diruta sint, hæc autem ad tempus erepta nobis, meliorem iam vitam exigat?] Hieron. etiam ad Heliodorum, quem in morte Nepotiani consolatur: ab exemplo argumentum sumit, Ana-

xagora (inquit) semper fuit laudata sententia, cui cum mors filij nunciaretur, dixit, sciebam me genuisse mortalem.

Sextus ab exemplis eorum qui forti animo se gesserunt. Aug. affert exemplum Davidis, Cum adhuc paruulus filius viueret, agebam dixit David; erat enim spes longiorem vitam impetrandi, at post mortem stultum est lamentationibus animum inundare, Ego ibo ad illum, non ille reuertetur ad me. Adidit idem; qui sub lege positus erat suam suorumque tristitiam compefcuit, nos qui sub gratia sumus, qua fronte mortuos nosifros gentilium more plangimus?] Orig. exemplo Abrahæ argumentatur, proprium filium mactare iustus est, A te (inquit) non exigitur vt filium alliges, ipse gladium pares, ipse vnicum iugules, proposito saltem ac mente constans esto, si fixus lætus offer filium tuum Deo ecce istud est opus Abrahæ, si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite, & nō cum tristitia.] Seneca etiam brutorum adfert exempla, nam loquens de prædatis, amissisque catulis, ac pullis fære (inquit) cum vestigia Catulorum consecrata sunt, & Syluas peruagata, cum ad cubilia expilata redierint, rabiem intra exiguum tempus extingunt. Aues cum stridore magno, inanes nidos circumfremunt, intra momentum tamen quietæ, volatus suos repetunt.]

Septimus denique ex Dei amore, quem omnium aliarum reum amori, & liberorum, & vxoris, & amicorū præferendum esse nobis statuamus. Matt. qui amat patrem, & matrem plusquam me, non est me dignus, ex quo loco argumentū est. Chryl. Aemulator, ait est Deus, & vult à nobis super omnes adamari, propterea, inquit, & tibi maritum abstulit: propterea, & B. Iob nihil acerbi passus est, cum intempestiuam suorum omnium mortem audiret, eoquod Deum plus amaret, quam illos.] Optimus est hic locus, vt Concionator traducat rem suam à Consolatorio genere ad hortatorium, & persuadere conetur, vt quicquid amoris in eum qui vita defunctus est, habebant, conferant in Christum Dominum, certissimum, ac singularem omnium animarum consolatorem, præsertim si mortui exemplum, & imitatio sanctitatis afferri queat.

Pro suffragijs defunctorum loci. Cap. XVII.

Spereft vt etiam aliquos locos annotemus, ex quibus materia sumi possit, persuadendi vt defunctorum animas, quæ in purgatorio igne purgantur suffragijs adiuuemus. Primo po-

V a test

Exempla .
Serm. 2. de
Cōf. mort.
cap 5.
2. Reg. 12.

Hom. 8. in
Genes. p. 3.

Libro de
Consol. ad
Martiam
cap. 7.

Amor erga
Deum .

Matt. 10.

Hom. 6. in
c. 4. I. ad
Thess.

Humanitatis
laus .

test proponi quanta sit laus humanitatis, & miserationis quippe quæ ingenita sit naturæ humanæ, per quam homines feceruntur à feris adeoque propria, ut inter alias virtutes humanitatis nomen habeat sola, & merito quia propria hominum, & de hominibus bene meretur propter naturæ humanæ societatem. Deinde per hanc, homines Deo similes sunt, cuius est, & sua, & se ipsum nobis communicare, & patrem esse misericordiarum. Præterea inter virtutes morales excepta religione, præstantissima est ratione obiecti, præstantissimū est etiam opus, in mundum alterum transmittere beneficia, non intercludi morte commercia humanitatis nostræ, non extinguī, raptis morte amicis beuevolentiam. Secundò, cum tam propria sit hominum, humanitas, & misericordia, tanque nobilis, præcipue erga animas purgatorij, est exercenda. Primò propter earum necessitatem, quæ summa est cum sint in maxima inopia, nec possint sibi ipsis subuenire, nec ad nos de de communi lege accedere, & grauissimis afflicentur penis ad satisfactionem, donec purgatæ in cælum auolent. Secundo propter ipsarum meritam, & dignitatem, sunt enim omnes animæ prædestinatæ ad ipsa æternitate, sunt Deo amicæ, & ornatae gratia, atque adeo confirmatæ, & cœlestibus præmijs destinatae, ac potituræ maximo regno, & opulentissimo. Quo igitur animo rex aliquis in dignitate constitutus, ab ijs qui eum nossent, præsertim si sciret ipsum mox recuperaturum regnum omni ope ab omni miseria educeretur; hoc eodem par est, nos pijs defunctorum animabus, liberalibus præsto esse subsidijs. Tertio propter beneficij magnitudinem, si perpendatur quanti sit æstimanda gloria Beatorum, ac visio Dei, quanti facienda vel per vnā horam duntaxat. Quod igitur erit beneficium, si hoc tua perficias opera, ut per plures annos, erepta penes anima cœlestis gloria, perfruatur? Quarto propter beneficij conferendi facilitatem, cum enim dixerimus summum esse Beatitudinis præmium, tamē hanc possumus exigua, & facili opera, & exiguo ut ita dicam sumptu nostro, animabus illis comparare. Quinto propter beneficij etiam amplitudinem, rem enim per gratam facimus, ipsi primū animabus, deinde cœlesti Ciuitati, cuius ciues multiplicamus, & carcere liberamus, habere enim multos ciues, & omnes liberos, & diuites, & beatos ad nobilitatem pertinet ciuitatis. Sexto propter spem mercedis, quamuis animus vere liberalis ad benefaciendum non spe mercedis, sed honestate, ducitur existimans eos non benignos, sed auaros qui beneficia vel

Animæ Purgatorij dignissimæ.

Beneficij amplitudo.

Spes mercedis.

vel permutant, vel fanori locant, tamen gratus accipientis animus inuitat, letioremque facit benignitatem. Quis autem ita gratus ut animæ iam beatæ in quibus agnitio beneficij clarissima, voluntas promptissima, facultas ad remunerandum maxima. Postremo quæ quis facit hæc recipiet; paucis accipito recta in cælum datur ascensus ijs qui in mortuos pij sunt dum viuunt, omnino efficiet Deus ut ubi vita discesserint viuentium pietate fruantur.

De materijs in genere Refutatorio quoque modo tractanda sint. Et primo contra Gentiles, & Mahumetanos.
Cap. XVIII.

IN refutationibus occurret aliquando occasio errores, & falsa dogmata tum gentilium, tum Iudæorum, tum demum Hæreticorum; sæpe confutandi, etiam qui inter Christianos irrepunt errores, & inueterati abusus expugnandi, quare cõtra hæc, arma militiæ nostræ in promptu esse debent. Primo loco si agendum sit contra gentiles, doctrina incipienda ab erroribus eorum confutandis, ut olim fecere patres contra eos differentes, & ij primo loco errores premendi, qui euidentissimi erunt, ostendendo, cui error vel vnus admixtus sit, eã nec à Deo, nec rectæ rationi consentaneam legem esse posse, ut si plures Deos asserat, si contra principia legis naturæ aliquid contineat si pugnantia loquatur. Tum tractandæ fidei Christianæ argumenta, & incitamenta credendi. Postremo ipsa explicanda fides, initio ab ijs rebus ducto, quæ minus humanæ mentis captum excedunt, ostendendo quam sit sanctitas Christianæ religionis, & rationi consentanea, & societati humanæ conueniens, utilis, incunda. Quid enim utilius principibus, subditorum obedientia? quid priuatis hominibus fide, & iustitia cõmodius? quid omnibus æque aut incundius, aut opportunius pace, & mutæ lege charitatis? & hæc tamen parua sunt præ ijs, quæ in cælo, quæ in æterna, & bonis omnibus cumulata vita bonos Christianos manent. Dum hæc tractantur, interim duo hæc monita seruanda in vniuersum erunt, Primum ut appareat in moribus docentis virtus, & pietas, & sincera in auditores Charitas, cū modestia, & grauitate coniuncta, absint maledicta, absit contemptio, absint derisiones, & amara scommata, cum his potius cõtrollandæ beneuolentiæ, & excitandæ attentionis adhibenda præfida, & Deo quotidianis precibus, alijsque modis cõmendandæ.

Modus confutandi gentiles.

dum negotium, à quo lumen omne veritatis descendit. Secundo impellendi sunt hi quorum res agitur, vt ea quæ legis naturæ sunt ac ferè vniuersali omnes lumine cognoscunt, præcepta seruent, adhortandique, vt petendo à diuina bonitate lumini insistant, per quod ea quæ reuèrissima & saluberrima sibi futura sint, agnoscant, & amplectantur. Ratione, ac via persimili cum Saracenis, & Mahumetanis agendum est, primo loco aliquot colligenda capita, ex quibus eorum errores manifesti fiunt. Deinde afferenda etiam fundamenta, quibus nostra religio optime innixa est, quia nostræ Religionis confirmatio alienæ sectæ confutatio erit. Illorum infamis secta his modis confutari potest. Primo Mahumetus nulla edidit miracula quibus & ipse à Deo missus probaretur, & eius doctrina à Deo esse appareret, ipsemet testatur se nullo alio miraculo, opus habere, quam quod suum Alcoranum ediderit, nec inficiatur se fuisse imperitum. Adhæc non sanctitate, non sapientia, sicut neque miraculis, sed armis vsus est, ad populos sibi subiiciendos. Secundo mentitur cum dicit suum nomen in Deuteronomio, & in Evangelio olim fuisse: seque vt prophetã à Christo promissum, sed per odium, Christianos eius nomen sustulisse, quod quam sit ridiculum quis non videat? Cur enim ante aduentum Mahumeti, qui post sexcentos à Christi Natiuitate annos venit, nomen eius debuissent eradere potius quam Iudæ, aut Pilati? Et post aduentum honorassent magis, si à Christo fuisset prædictus: præterquam quod ex antiquissimis Euangeliorum codicibus, qui extabant, nostri redargui potuissent. At mendacium quo se à Christo promissum dicit, satis se ipsum prodit, nam se promissum ait cum Dominus Apostolis Spiritum sanctum, & Spiritum veritatis promisit. Atqui cum Apostolis Christus denunciasset, ne Hierosolimis discederent, antequam Spiritum sanctum receperent; debuissent ad annum sexcentimum viuere, & expectare, scimus tamen paucis post Christi Ascensionem diebus Spiritu veritatis impletos, & mox ad prædicandum Euangelium per totum terrarum Orbem dispersos. Tertio falsa loquitur, & secum apertissimè pugnat ipse. Nam in Alcorano Euangelium laudat, appellans ipsum verum, & rectum, & lucem, Christum etiam vocat verbum veritatis. Quod si ita est, ergo falsa ipse loquitur, negans Trinitatem personarum, & Christum esse filium Dei, eo argumento quod absurdum iudicet Deum Patrem, habere vxorem. Nam Christus qui per eum est Verbum veritatis, mysterium Trinitatis reuelauit, in cuius inuocatione Baptis-

Loci ad confutandam infamem sectam Mahometti.

Mendacia Mahometti.

num, quæ est prima porta Christiani nominis instituit, & se-
 filium Dei sæpius ostendit. Falso itè negat, Christum esse pas-
 sum, sed loco eius dicit aliud appàrens corpus fuisse à Iudeis
 cruci affixum, Quæ fuit hæresis Manichæorum, qui docebant
 Christum non veram assumpsisse humanam carnem, sed appa-
 rentem, & tamen Christus ipse sæpe prædixit sese passurum,
 & id ipsum prædixerunt tanto antè propheta, ergo aut verbum
 veritatis falsa loquitur, quod repugnat, aut Mahometus verbū
 falsitatis pronunciat, quod verum est. Et quæro si Christus est
 Verbum veritatis, quare non credit Christo dicenti, sine Ba-
 ptismo neminem saluari posse? quare promittit post hanc vitā
 suis Mahometes multitudinem vxorum; cum Verbum verita-
 tis dicat, post hanc vitam fore homines sicut Angelos Dei? Ad-
 damus huic argumento etiam Corollarium, cum Mahometani
 dicant in Christiana lege salutem esse, & Christianos suam le-
 gem seruantes consequuturos salutem, necesse est concedant
 etiam esse veritatem, nam vt cum falso dogmate vera consistat
 religio, & Deus eam probet, ab omni ratione alienum est, quod
 si veritas est in Christiana religione, necesse est sectas omnes
 ab hac alienas, falsas esse, & ipsam Mahometanam superstitio-
 nem detestandam, quia sic docet Christiana religio. Quarto li-
 ber Alcorani quem ipse loco miraculorum esse dicit confusis-
 simus est, & videtur, qui eum dictauit mentis inops fuisse, cum
 sine ordine, sine præceptis ad vitam instituendam sit confarci-
 natus; promittit paradysum post mortem, & fluuios lactis, &
 mellis, & pulcherrimas vxores. Vnde hæc habet cum nec mi-
 raculis, nec vlla ratione probet? & adeo rationi aduersentur,
 vt felicitatem hominis non aliam quam belluarum corpori ser-
 uentium faciant? Quinto Saraceni, & Turcæ sunt homines in-
 genio barbari, ac rudes, non habent literarum studia, non sci-
 entiarum vsum, Princeps Turcarum est tyrannus, occidit fratres
 contra omne ius naturæ, violentia regit, & cæde, ac minis. Imo
 per Mahometem prohibitum est eis ad disputationes, & con-
 gressus descendere, & vetuit ne defenderent legem doctrina,
 & argumentis, sed armis solum, eo quod suæ causæ omnino
 diffideret. Sexto nec mirum videri debet si eorum secta latè
 diffusa sit, tum quia per vim propagata est, & defensa tyranni-
 cè, tum quia libertatem ac viuendi licentiam tradit, præfer-
 timque omni libidinum generi habenas laxat, ideoque inter eos
 maximè sparsa est nationes, quæ sunt in libidines magis effusæ.
 Ad nostram vero confirmandam religionem habemus omnia.

Testimoniū
 Mahometa-
 norū pro no-
 bis: Ad homi-
 nem.



Religionis
nostræ cõfir-
matio, & lo-
ci.

Vide Baron.
in apparatu
ad Annales
Ecclesiast.

Isa. 26.

principia quæ desiderari possunt, vt aliqua Religio à Deo infi-
tuta, & ordinata comprobetur. Primo habemus tot scriptu-
ras veteris testamēti quæ Christum describunt expressè, quæ
& multi Philosophi præsertim Platonici magni fecerūt. Et Ma-
hometus probat affirmatque in eis Christum verè prædictum,
& esse verè Messiam in Hæbreorum lege ac prophetis promif-
sum. Secundo habemus testimonium decem Sybillarum de
quibus Varro philosophus scripsit, earumque nomina, patrias,
& tempora describit, & addit earum libros à Romanis propo-
sitos in loco sacro, & destinatos ab eis Sacerdotes, qui eos cus-
todirent, in quibus multa prophetico spiritu, & magna de
Christo prædicuntur. Tertio habemus expressum S. Ioannis Ba-
ptistæ testimonium, cuius sanctitati non solum Iudei multum
tribuebant, sed etiam ipsi Mahometani, tanquam summum
prophetã eum colunt. Quarto habemus testimonium tot mar-
tyrum qui suo sanguine corroborarunt, quorum constantia
non erat humana. Quinto testimonium virorum doctissimorū,
tum ex Hæbreis, tum ex philosophis gentilibus ad Christum
conuersis ita vt possimus assignare multos in singulis sæculis
sapientissimos, quibus omnino Mahumeti secta destituitur,
eum inter Turcas, & Maurōs vix possit inueniri vnus aliquis
eruditus, imò profitentur armis non rationibus sua se dog-
mata tueri. Sexto accedit adhæc sanctitas, & puritas doctri-
næ Christianæ quæ omne vitium prohibet, & omnes virtu-
tes complectitur, & integerrima tot sanctorum vita, maxi-
mum est testimonium veritati Religionis quod à Deo fit, adeo
vt ipsemet Mahometus dixerit se à Deo, missum, vt mitiorem
aliquem viuendi modum edoceret homines, quod Christiana
lex esset nimis perfecta. Septimo videmus experientia per
Euangelicę legis prædicationem, sublatam è mundo Idolola-
triam, & vnus Dei verum cultum inductum, quod magnum est
argumentum illam esse à Deo. Octauum testimonium est con-
uersio Romani Imperij, cum esset Roma totius orbis Domina,
haberetque viros, & in scientijs eximios, & in armis præstan-
tissimos, & tamen sine armis, sine eloquentia humana, eiecit
Idolis cessit Religioni Catholicæ iuxta vaticinium. Isa. licet
initio Romani Imperatores summa potentia Christianos per-
secuti fuerint, & nil potuerint perficere. Nono victoria omnia
persecutorum, & hostium Christiani nominis, qui post adhibi-
tam omnem artem ac vim contra fidem nostram, tamen deu-
ti sunt, & prostrati, vt dicere possimus illud Esd. 3. super om-
nia

niā vincit veritas, cum Mahumeti lex non habuerit expugna-
tores, sed ipse potius rudes, & barbaras nationes vi & armis
sibi subiecerit, & cum summa tyrannide conseruarit, permit-
teas eis libertatem vitæ laxioris. Hæc de gentilibus .

Contra Iudeos. Cap. XIX.

Non minus cum Hebræorum, apud quos alicubi Concio-
nes habentur,peruicacia desudandum est . Duo etiam,
contra hos, armorum adhibenda sunt genera . Primo afferenda
quæ nos contra ipsos habemus argumenta. Secundo dissoluen-
dæ rationes, & argumenta quibus pertinaciam suam cum sum-
ma obstinatione fouent. Ad primum caput, præter ea quæ con-
tra gentiles; & Mahumeti sectatores allata sunt, quæ etiam
Iudeos urgere maxime possunt, præsertim quod ipsorum scri-
ptis sacris confirmentur, hæc faciunt. Primo vox omnium pro-
phetarum venisse iam Christum apertissime demonstrat, cum
omnia quæ de Messia prædixerint optimè Christo conueniant,
& tempus Messia, quia ablatum erat sceptrum Iudæ, & septua-
ginta hebdomades completæ Danielis, quæ duo tempora etiã
secundum Rabbiorum doctrinam iam cõpleta esse ante mul-
ta sæcula facillimum est demõstrare vt non possint Hæbrei ter-
ginerari, & locus Bethleem, & miracula, & passio, & mors,
& modus quæ tam dilucide vaticinatus est Isaias, vt non futurũ
aliquid tanquam propheta, sed præteritum, tanquam Euan-
gelista, narrare videatur . Secundo adde Ioannis Baptistæ testi-
monium cuius natiuitas admiranda, cuius sanctitas singularis.
Tertio ex Galatino, in Talmud extat traditio quædam a Iudæis
probata, Messiam in fine quarti millenarij ab orbe condito fuis-
se venturum, & duo priora annorum millia vocant inanitatis,
in quibus nulla erat à Deo scripta lex hominibus data, duo alia
vocant legis, post hæc assignant alia duo vsque ad mundi finem
quæ vocant Messia. Iam vero negare non possunt quartum mil-
lenarium expletum esse, quo tempore nos Christiani dicimus
Christum incarnatum, quare oportet necessario dicere vel Mes-
siam venisse, vel falsam esse traditionem quam Hæbræi recepe-
runt. Qui cum videant se in angustias redigi, adiecerunt, de-
buisse quidem Messiam in quarto millenario venire, sed ob pec-
cata gentis Hæbreæ eius aduentum dilatatum esse, quasi vero
Deus non præsciuerit omnia ab æterno, vel ad Iudæos dun-
taxat saluandos promissus fuerit Messias, & nõ ad omnes gen-
tes,

Loci contra
Iudæis per le-
ge Christiana .
Gen. 46.
Dan. 9.
Mich. 5.
Isa. 53.

Li. 4. c. 20.
InolohogA

tēs, vt scripturā docent. Quod si Hæbræi concedunt propter sua peccata non venisse, possunt etiā desperare aliquando venturum, cum peccata propter quæ differatur, nunquam ipsis facile conijciamus abfuturā vsque ad vltima mundi tempora.

Calamitas Iudeorum.

Quarto magnum argumentum est, ex calamitatibus quas tam diu patiuntur, & ex ruina synagogæ, quæ erat olim Deo tam dilecta hæreditas; iam satis apparet à Deo derelicta, vt non sit inter eos, post tot annorum sæcula, nec propheta qui eos confoletur vt olim, nec sacrificium, nec Dei protectio, nec vlla terrena felicitas, vt lex illa promittebat suis obseruatoribus, sed perpetua captiuitas, in poenam quod verum Messiam noluerunt admittere, imò occiderunt, imò sanguinem illius super se, & super filios suos coram Pilato imprecati sunt. Ipsimet Iudæi videntur etiam nolentes fateri, hanc esse malorum suorum causam, cum in libro Talmud, qui ab ipsis confectus est, circa Christi annum quadringentesimum, diras in Christianos blasphemias euomant, cum tamen non eos Christiani persecuerunt, sed Idololatræ Romani, & nunc nos etiam pro ipsis oramus, sed apertè significant hanc suam in Christianos rabiem, non tam in ipsos, quàm in Christum, quem Christiani colunt esse. Aduertant Iudæi nunquam aliàs similia passos, nam sepe aliàs in angustijs ad Deum clamantes misericordiam impetrarunt, & liberati sunt, nunc post mille, & sexcentos annos, licet Deum precentur, licet Idola non colant, vt aliquando fecerunt, licet legem mordicus defendant, ac Sabbathā, licet cum alienigenis matrimonia non contrahant, nil tamen opis à Deo experiuntur, argumentum est certum perfidiæ eorum, & derelictos à Deo, quòd Messiam natum obdurato corde nolint recipere.

Prædicatio Apostolorum.

Quintò, ex prædicatione discipulorum Christi, & eorum qui primi fuerunt Christianæ Religionis Prædicatores, aduertere possunt, eos nec deceptos esse, nec voluisse mundum decipere, nam ipsi ad fidem multis miraculis inducti sunt. Quis credat Paulum summo ingenio virum, & in Hebræorum literis eruditissimum, maximum religionis paternæ zelatorem, & acerrimum Christianæ doctrinæ hostem ad Christum sine miraculis adductum? Apostolos non credidisse sine miraculis certum est, sicut & alij plerique viri graues in exordio nascentis Ecclesie Christianæ, miraculis viderunt confirmari doctrinam, & ex literis sacris hebræorum satis, superque veritatem agnouerunt. Neque apparet vllum fundamentum quod tales magistri, ac prædicatores mundum voluerint arte aliqua

& fal-

& fallacijs decipere . Certe si id tentare voluissent , alia facillimè potuissent commenta quærere , quæ ad persuadendum , ac decipiendum essent magis accommodata , & nihilominus nudum Euangelium prædicarunt , hoc est res ad credendum arduas , ad operandum difficiles , non clam , vel in pagis rusticorû , seu rudibus populis , sed statim in maximis Ciuitatibus , publicè primum Hierosolimis , vbi aderant viri in sacris literis peritissimi , in Græcia , vbi florentissima philosophorum academiæ vigeant . Romæ , vbi tot grauissimi Senatores , ingenio literisque pollentes , & armis potentissimi dominabantur . Deinde totum orbem , peragrantes , obiecerunt se Regibus , & Imperatoribus , & cuius potestati , nullum quærentes sibi temporalis emolumenti lucrum , sed omnia contemptui habentes , & confirmantes dicta miraculis : quo enim alio modo Idolorum cultores spreto antiquissimo cultu crucifixum amplexati fuissent ? Et tamen perfecerunt Apostoli quod aggressi sunt , & Christiana religio disseminata , & propagata , de toto mundo triumphauit , & Idolorum cultus deperijt , & Hæbreorum cæremoniæ obliteratæ sunt . Adde adhuc , modum , quo primi prædicatores vsi sunt , fuisse simplicem , sine fuce verborum , sine persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis . Nunquam voluerunt admittere neque vllas gentiliû superstitiones , neque aliquas Hæbreorû cæremonias , quod si fecissent videbatur facillimè totus Orbis terrarum Christianam religionem illico secuturus . Sexto ex multis Hæbreorum , qui rei veritate conuicti fidem Christi suscepunt , facillè idem intelligi potest . In principio statim post Christi mortem , & recentem adhuc Christi sanguinem multi conuersi sunt , & postea semper vidimus , & videmus , ad fidem multos accedere , etiam gentes ad Christum conuersas , videntes quod ex scripturis futurum possunt aduertere , quæ , & gentium vocationem crebro prædicât , & Hæbreorum reprobationem . Quare nihil est mirum si multi in sua perdurant obstinatione , cum id etiam propheta doceant , & Iudæorum cæcitatè futuram , & vltimis mundi tēporibus conuertendos expriment . Septimo Iudæi fatentur à Christo facta miracula , negât tamen resurrexisse ; miracula vero ab eo facta ideo affirmant , quod cū esset puer in Aegypto educatus , ibi artem magicam per quam miracula ederet , perfectè didicerit , vel quod optimè sciret pronunciare nomen Dei tetragrammaton , cuius perfectæ pronuntiatio eam virtutem haberet . Corpus autem Christi ab eius discipulis clam sublatum , & absconditum fabulantur esse , ab ip-
fis au-

Conuersio
multorum
Hæbreorû .

Dissoluenda
Hebræorum
argumenta.

sis autem Iudæis diligenter, conquisitum, & inuentum. Quæ quis non videat ridicula esse commenta, & deliramenta, cum Christi miracula omnem ex mundo sustulerint Idololatriam, & ipsam magicam artē? Quis vnquam magus toto orbe, sublato Deorum cultu, potuit adorari? Et cur eius Apostoli, si etiam ipsi arte magica facerent miracula, Christo potius diuinos honores quærerent, quam sibi met ipsis ambirent? At Hebræi, si Corpus Christi sublatum inuenerunt, cur quæso non publice suspenderunt, vt populus fraudem discipulorum Christi resurrectionem prædicantium aduerteret? Secundo loco dicimus dissoluendas esse eorum rationes, & cōmentā, sed quoniam argumentum hoc ex Patribus multi tractarunt, vt Tertullianus & Iustinus, & alij, & apud Theologos scholasticos fermè omnes disputetur, cum de Christi incarnatione agunt, non video onus hoc necessario mihi assumendum esse, nam multa quæ afferunt non impleta nostris temporibus, frivola sunt, cum scripturæ secundum spiritum, & de Ecclesia noua loquantur, non de Iudæis secundum carnem, & bella Melsæ, & arma, & opes spiritualiter intelligantur, facile erit orationem inuenire, & eorum rationes, quas obijciunt nobis, & responsa Patrum, ac Theologorum. Illud ego monerim quod proportionem valere apud alios infideles potest, vbi tractatum est aliquid quod argumentum, & error nervosè, & populariter conciliatus est, adhibitis similibus & exemplis, quæ rem ante oculos ponant, admixta etiam oratione morata, & lenibus motibus qui animos auditorum concilient, adhibendos esse motus graues, ponendam ante oculos mortem, æternitatemque eam consequentem, & supplicia nunquam sinem habitura, ad quæ evitanda frustra faciant omnia nisi religionem veram sequantur. Quæ Christiana docet religio optimis argumentis ita innixa esse vt euentiam habeant credibilitatis, vt Theologi loquuntur, & docent, & nullum sit periculum toto ea animo contempleri, sed periculum euidentem, & horrendum, si oblata respiciatur, nullum fore locum excusationis, nullum penitentia, & alio id genus, adhibendo obtestationes, exclamations per commiserationem, ac pauorem independentium pænarum lacrimas, & quicquid ad emollienda obdurata valet peiora. Si ita agatur atque operā ponat Orator vt ad amorē alliciat auditores, ac propterea eos cum modestia atque obseruantia, & vera caritate tractet, conuitijs, & contumelijs, & omni contemptu abstinentes, sperarem diuina iuuante gratia haud modicè profecturum.

Contra

Contra Hæreticos . Cap. XX.

IN confutatione hæreticorum duo præcipuè attendenda sūt, Primum quibus maximè principijs aduersus eos Romana, & catholica fides, & Ecclesia nitatur. Secundo quis modus, & quæ prudentia tenenda cum ipsis, vt possint aliqui ad antiquam fidem reuocari. Neque est animus in priori capite immorari cum tam multa iam extent doctissimorum virorum volumina, vnde ad confutandas hæreses materia copiosissimè suppetat. Primo habes apud patrem nostrum Edmundum Campianum qui pro Catholica religione, post multos exantlato in Anglia labores gloriosam mortem oppetijt. In breui, sed aureo libello decem rationes quibus magnus ille Christi athleta fretus, ad certamen hæreticos Angliæ prouocat, quæ quidem non tam decem rationes mihi videntur, quam decem munitissima propugnacula, quibus catholica fides stat, & perpetuò stabit inuicta. Sunt autem, Bibliorum sacrorum sacrosancta maiestas, quibus prophanandis impias, ac temerarias manus hæretici iniecerunt. Diuinorum verborum sensus, & interpretationes ab hæreticis eisdem corruptæ, & in peruersissimos sensus distractæ, Ecclesiæ sanctæ, & vniuersitatis per totum orbem diffusæ, antiquissima fides. Patrum sanctissimorum autoritas. Firmamenta certissima quibus sancti Patres nituntur, Tot conciliorum sensus, Antiquissimæ historiæ veritates. Horrenda qua hæretici docent portenta de Deo, Christo, Ecclesia, Sacramentis, & alijs fidei dogmatibus. Sophismata fallacissima eorundem. Denique innumera testimonia, Cæli, Inferni, ac totius Orbis, omniumque temporum, quæ omnia non erudite modo, sed elegantè, & efficaciter proposita videre qui velit poterit. Aureus est etiam Vincentij Lyrinensis libellus. Secundo pro nobis est Antiquitas eorum quæ credimus, nam gratia exempli cultum imaginum fuisse in Ecclesia ante multa sæcula, ne hæretici quidem negare possunt, cum in antiquissimis templis adhuc videantur: ad memorias Martyrum, & Reliquias eorum multa esse facta miracula quanta temeritate quis neget? Certè Augustinus refert miracula à se visa: Præterea Sanctissimi Sacramenti veritatem ita creditam, vt nunc Catholica fides docet volumina Sanctorum Patrum Orientis, Occidentis, ac totius orbis luce clarius testantur, & clamant. Contra verò maximū est principium ad falsitatem dignoscendā, cum aliquid nouum affertur

Edmūdi Campiani decem rationes.

Antiquitas religionis.

l. Confess. 9. c. 7.

*De præscr.
heret. c. 31.*

affertur contra id quod semper vniuersa docuit Ecclesia, siquidem zizania sunt quæ super triticum superseminantur. Audi Tertullian. reuertar (inquit) ad principalitatem veritatis, & posteritatem mendacitati deputandam, ex illius quoque parabolæ patrocínio, quæ bonum semen frumenti à Domino seminati primo constituit, auenarum autem, sterilis feni adulterium, ab inimico Diabolo postea superducitur, propriè enim doctrinarum distinctionem figurat, quia, & alibi verbum Dei seminis similitudo est. Ita ex ipso ordine manifestatur id esse dominicum, & verum quod sit prius traditum, id autem extraneum, & falsum quod sit posterius immisum.] Hæc Tertull. Ego planè his subijcerem per ironiam. O patientissime Christus, qui passus es Ecclesiam tot annos destitutam, & expectasti Lutherum, & Calvinum, aliosq; huius farina, qui illam amplecterentur, & adderem ad eos conuersus, qui estis vos, vnde venistis, vnde vos proripuistis, vbi hæcenus latuistis? Sero venistis, nimis tardè surrexistis, iam olim audiimus quid de Christo, de Ecclesia, de Sacramentis tenere debeamus, non bona res est quod nunc noui contra antiquitatem apparetis, siquidem bonum triticum iam olim, & satum, & natum est.

*Epist. ad
Panmach.
55.*

*Fundamentū
contra hære-
ses nostri tē-
poris.*

Audiamus & Hieronymū. Quisquis es assertor nouorum dogmatum, quæso te vt parcas Romanis auribus, parcas fidei quæ Apostolico ore laudata est cur post quadringentos annos doce re nos niteris quod ante nesciuimus illam senex tenebo fidem quam puer didici.] Tertio optimum principium ad confutandas hæreses nostri temporis, est demonstrare ad regimen Ecclesiæ, concedendum necessario esse vnum visibile caput ad quod confugiendum sit in rebus ad fidem spectantibus, & cui standum in his quæ ad regimen animarum pertinent, idque esse Romanum Pontificem. Cætera omnia prona erunt, si hic primus articulus bene confirmetur. Hoc autem facile est demonstrare, tum ex tradita Sancto Petro potestate, cui totius gregis Christi cura commissa est, tum quia non est credibile Christum Ecclesiæ solum prouidisse pro tam modico tempore. Tum ex perpetua successione Romanorum Pontificum, licet toties fuerit à potentissimis Imperatoribus, & hæreticis impugnata Petri Sedes nunquam tamen expugnata semper stat. Tum ex obedientia quam omnes Sedi Apostolicæ dederunt. Quarto hæretici nullam possunt ostendere nobis autoritatem quare sit eis credendum contra antiquam fidem Christianorum, contra Pa-

*Tilmānus
Bradem.
bach. coll.
sacrarum,
Lib. 7. c. 3.*

trum, & conciliorum decreta. Nam ipsi nulla habent miracula:

la: nisi quod Calvinus voluit quendam Brulzum Genevæ susci-
 tare, qui ex conventionem mortuum se fingebat, & viuum occi-
 dit. Non possunt ostendere se à Deo missos immediatè, neque
 à Prelatis cum seipsos ingerant, & à se ipsis loquantur. Quid
 autem tam absurdum, ac arrogans quam in locis scripturæ ob-
 scuris suo iudicio niti? quid tam blasphemum quam quod di-
 cat hæreticus: Ita mihi loquitur Spiritus sanctus, imò verius
 per me loquitur quam per Hieronymum, & Augustinum? Quin-
 to pro nobis est summa concordia doctrinæ catholicæ, & con-
 stantia in omnibus quæ semper Ecclesia credidit in omnibus
 Concilijs generalibus à Sede Romana approbatis, in omnium
 Sanctorum Patrum voluminibus, ubi dogmata fidei tractant.
 Cum inter hæreticos tanta discordia sit & dissensio, ut non so-
 lum in diuersis Ciuitatibus, sed in pagis, in singulis domibus
 alter cum altero pugnet, & vnus idemque quotidie mutet sen-
 tentiam, ut non possit constare quid cras sit crediturus. Quod
 magnum est argumentum fore ut deficiant, sicut tot aliæ interie-
 runt hereses, cum tamen Ecclesia Romana per mille & sexcen-
 tos annos, eadem semper, contra tot hostium grauissima bella
 steterit. Sexto vita eorum qui Hæreses sectantur arguit falsi-
 tatem doctrinæ. Nam scimus Lutherum ideo contra Romanum
 Pontificem arma blasphemix conuertisse, quod dignitatem,
 quam ambitiosè cupiebat non obtinisset, quam autem fuerit
 turpis, ac sordidus, testatur libellus qui inscribitur fæces Luthe-
 ri. Sunt hæretici dediti crapulæ, ebrietati, pecunias beneficio-
 rum vsurpant, libertatem carnis amant, hæc est causa tot erro-
 rum quos mordicus defendunt, & pertinaciæ quia nolunt præ-
 ceptis arctari. Adde si lubet graue Tertulliani testimonium, *De præscr.*
 Notata sunt (inquit) commercia hæreticorum cum Magis cõ- *har.c.43.*
 pluribus circulatoribus, & Astrologis, cum philosophis curio-
 sitati scilicet deditis, quæ quidem omnia hæreditaria succes-
 sione ad huius temporis hæreticos haud dubiè peruenerunt.
 Et hæc obiter dicta sint. Ad rem magis faceret secundum il-
 lud quod proposui caput, circa prudentiam agendi cum hære-
 ticis. Quod autem dicebamus in principio de gentilibus, &
 de Iudæis iterauimus, hic etiam locum habet. Non enim vllò
 modo debet Catholicus ipsos hæreticos imitari, qui statim ad
 iniurias & scõmata ad irrisiones, & clamores sese conuertunt,
 contra potius vincendum in bono malum. Ita tamen ut licet
 abstinendum sit à personarum iniurijs, errores certè & hære-
 ses summa vi argumentorum debent exterminari, & quanta-
 pote-

poterunt maiori euidentia confutari. In libris quibus catholici eorum calumnijs respondent acutè, simul & eruditè satisfaciendum est, ne ipsi sibi sapientes in sua stultitia videantur, & alij qui legunt hæreticorum scommata in Catholicos, ex nostrorum responsis, ipsorum mendacia apertissimè detegant. Qui inter hæreticos versati sunt diu, melius experientia, & Spiritus sancti vnctione modum agendi didicerunt, quam à me possunt audire: solum ero contentus adijcere obseruationem non meam, sed viri pijsissimi & sapientissimi ex patribus nostris decem qui cum Beato Ignatio prima nostræ societatis fundamenta iecerunt. Is est P. Petrus Faber, qui diu inter hæreticos versatus roganti, Iacobo Laynio nostro secundo Generali quemadmodum quis hæreticis conuertendis cum fructu dare operam possit, capita hæc summa proposuit quæ à me in latinum sermonem ferè ad verbum conuersa sunt.

Modus agendi cum hæreticis ad fructum colligendum in priuatis præsertim colloquijs. Cap. XXI.

Epistola Patris Petri Fabri.

Primo qui opem aliquam nostri temporis hæreticis afferre cupit, omnino id curare debet, vt Charitatem erga eos habeat, ac verè, & ex corde diligat, ac serio studeat omnem ex animo suo cogitationem exuere, rerum quæ illorum apud se valeant existimationem imminuere. Secundo omnino eorum animos sibi conciliet, vt ab ipsis diligatur, quod hoc modo fieri poterit, si familiariter cum eis agat, & cõmunicet in ijs rebus quæ nobis cum ipsis communes esse possunt, abstinendo interim ab omni disputatione, in qua vna pars alteram deprimere videatur, Prius enim communicandum est in his, quæ iuuare possunt amorem, quam in his quæ sententiarum diuersitatem habent. Tertio quoniam hæreticorum secta est filiorum subtractionis in perditionem, & prius bonum pietatis affectum amiserunt quam fidem, oportet eodem ad eorum conuersionem ordine vt, vt prius exordiamur ab his quæ ad pietatem, & bonam conscientiam recuperandam valent; inde transeundum ad ea quæ ad rectè credendum pertinent, contrario modo atque in Ecclesiæ primordijs Patres vtebantur, nam tunc prius fidei dei dogmata tradebantur, postea veniebant ad operum, quæ ex fide manabant, præceptionem. Quarto itaque qui velit adiuuare ex his aliquem, qui, & male sentit de fidei rebus & est in peruerso statu peccati mortalis, prius agendum esset cum eo vt à

vt d. statu recedat peccati, quam de errore sermo habeatur. Nam facile est vt eum peccato etiam errorem abijciat. Quinto cum hæretici nostri tēporis magis errent circa ea quæ sunt operabilia, quam circa dogmata speculabilia, prius persuadendi sunt vt efficiantur ad opera. Exempli gratia si quis habeat hanc hæresim, Ecclesiam non potuisse quemquam sub pœna peccati mortalis adigere ad officium recitandum, vel audiendum sacrum, huic esset persuadenda Orationum deuotio, & frequentia, nam si ad hoc bene afficiatur, facilè euanescet hæresis. Sexto maximè aduertendum est præcipuos hæreticorum nostri tēporis errores, qui præcipuè sunt contra Ecclesiæ præcepta huic principio inniti, quod adeo se imbecilles ad eorum obseruationem sentiant, vt falso iudicio decepti credant nimis arduam exequutionem eorum esse. quare animandi sunt, & magno spiritu inducendi ad fiduciam, vt intelligant non tantam subesse rebus difficultatem quantam sibi fingunt, vel dæmones suggerunt, quare si quis Spiritus sancti igne incensus ipsimet Luthero persuadere posset, vt pristinum Monachi habitum assumeret, & se ipsum Ecclesiæ subijceret obsequio, sine alijs argumentis, & disputatione omnes hæreses abiuraret. Sexto qui cum Hæreticis posset non alia miscere colloquia, quam de rectè viuendi ratione, de Virtutibus, de Oratione, de Morte, de Inferno, deque alijs huiusmodi rebus, quæ ad vitam rectè insituendam etiam Ethnicorum valent, Is plus esset eis adiumento, quam qui multa eruditione, ac Patrum autoritate, ad eos redarguendos vteretur. Octauo Denique huiusmodi homines, exhortationibus indigent, & admonitionibus ad mores corrigendos, ac timorem, amoremque Dei concipiendum, & bonorum operum desiderium contra ipsorum ariditates, distractiones, indeuotiones, imbecillitates, aliasque misérias quæ non tam in intellectu vigent, neque per prius, quam in eorum affectibus, atque adeo manibus, pedibus, corporibusq; Dominus eos Spiritus sancti virtute, & efficacia moneat qui scit verbum scriptum exterius, non esse satis. Hæc ex P. Petro Fabro.

Finis Libri Quinti.

✠ ALII

ALIILOCI
EXCHRISTO,

& Christiana nobilitate
desumpti.

LIBER SEXTVS.

Proemium.



Rater eos, quos hactenus adduximus
locos, non desunt alij adhuc qui inter
theologicos sunt maioris ponderis, &
Christiano oratori, ac nostris concio-
nibus maxime accommodati. hi sunt
qui ex Christi mysterijs ducuntur offi-
cij, nobilitate, sacramentis, virtuti-
bus, exemplis, beneficijs, doctrina,
denique ex supereminenti magnitudi-
ne virtutis eius, & diuitijs glorię, vt Paulus vocat. Ex quibus
Christiana nobilitas tota ortum habet. Hic mihi, Auri-
fodina quaedam celestis, auri gemmarumq. affluentissima aperiri
videtur, quam nobis propheta primum, sub occultioribus
quibusdam mysterijs, ac figuris effodere ceperunt, Apostoli
deinde, ceteriq. Christi discipuli, publicarunt. Ex qua pecu-
liariter D. Paulus singulari Dei luce illustratus, & Christi ar-
dentissimo amore flagrans, pretiosissimos protulit thesauros,
quibus epistolas suas egregie locupletauit, ornavitq. & generatim
multas ad Christum eiusq. amorem adduxit. Ex eadem
sancti patres, & ipsi, splendidissimas margaritas eruerunt,
id est nobilissima argumenta quibus in triplici via genere,
quod proposuimus, celestibus monitis, purgarunt incipientes,
progredientes animarunt, perfectos in omni genere virtutis
consummarunt. Et quidem mihi non est animus neque ea sunt
ingenij vires, vt hanc partem, non modo, vt rei maiestas exigat,
sed ne mediocriter quidem exequar, cui rei praestande
nec ingens volumen sufficeret. Sed non videor sine huius no-
strę institutionis iniuria me hanc tam illustrem locorum syluam
vel

Epb. 1.

vel potius caelestem quemdam Paradisum , dissimulare posse .
Hoc sane est, Christianum oratorem agere, ex his locis qui ad
Christum pertinent, argumenta ad Christianā pietatem persua-
dendam afferre, Hoc inquam est ex proprijs (vt aiunt) loqui.

Notitia Christi pradicanda. Caput Primum.

Ed principio hoc tanquā certissimum, apud se statuat Evan-
gelicus Orator, quod alibi etiam significauimus, nihil om-
nino, aut grauius, aut fructuosius a se in suis ad populum con-
cionibus, tractari posse, quam si Christi Domini nostri notitiā,
frequenter, omnium auribus, & pectoribus profundè inserat,
ex ea namque omnium spiritualium, charismatum, & virtutū
ornamenta efflorescunt. Illud etiam expertus affirmo, nihil
dulcius, & cum maiori attentione ab auribus percipi, quam
vbi de Christi dignitate, eiusq. notitia, erudite copiosèq. ac
feruenter loquentem audiunt. Certa est Domini sententia, Hac
est vita aeterna (idest vitæ aeternæ semen, & beatitudinis præ-
gustatio, quæ esse in hac vita potest) vt cognoscant te solum,
verum Deum, & quem misisti Iesum Christum, Certum item
omnino est, ad ipsius Dei Maiestatem, potentiam, bonitatem
cognoscendam, nulla nobiliori ratione, nullo faciliori ac bre-
uiori compendio perueniri posse, quam si per Christum homi-
nem ad Deum ascendamus, Qui videt me (inquit ipse) videt
eum qui misit me Et ego sum Via Veritas, & Vita Nemo venit
ad patrē nisi per me Si cognouissetis me, & patrē meū utiq; co-
gnouissetis. Ego sum ostium ouiu, per me si quis introierit sal-
uabitur, & ingredietur, & egredietur & pascua inueniet, altis-
simæ scilicet contemplationis, efficacisq. ac suauissimæ cog-
nitionis, quæ rationabilium ouium, proprium pabulum est.
Ipsē Sanctissimus Christi præcursor clamat. Deum nemo vidit
vnquam, vnigenitus filius, qui est in sinu patris, ipse enarra-
uit, Ipse enim imago est Dei inuisibilis, Ipse factus est nobis sa-
pientia, ipse lux mundi, Idem ipse propterea liber vocatur.
Sed ipsum audiamus doctorem gentium, qui in hac diuina
schola tantum profecit, vnde eminentissimam illam sapientiā,
hauerit profitentem: Deus (inquit) qui dixit de tenebris lu-
cem splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris, ad illumina-
tionem scientiæ, claritatis Dei, quæ est in facie, Christi Ie-
su, quod perinde est ac si dicat, ille idem dominus, qui a mundi
exordio, corpoream lucem, quasi de tenebris eduxit in cordi-

Quanti refe-
rat Christum
assiduo præ-
dicare.

Ioan. 1.

2. Cor. 4.

bus nostris spiritualement infudit, quod tunc arbitror, primum contigisse, cum ab ipso met audiuit Christo Ego sum Iesus Nazarenus quem tu persequeris, cum circumfulsit eum lux de celo, per quam nos (ait) lucem, pulsus ignorantia, criminumq; tenebris, illustrati, etiam alios illuminare possimus, eundem Christum predicantes, quem nos agnouimus, qui est lux vera, omnem hominem illuminans, ad hoc ut quisque Dei gloriam, & claritatem agnoscat, quae in sacratissima Christi facie, tanquam suae diuinitatis emittente radios effulget. Hoc autem dixit Apostolus quia praedixerat, Non nosmetipsos praedicamus sed Iesum Christum Dominum nostrum, quasi dicat, propterea de celo, lux nobis affulsit, ut ipsius Iesu Christi notitiam & gloriam, & nequaquam nosmetipsos praedicemus, Imo addit. Nos autem seruos vestros propter Iesum. Et verè serui sunt Christianorum, propter Iesum, qui Euangelicæ praedicationis ministerium, sanctè & sincerè propter Iesum exercentes, ad ipsum Iesum omnia referunt, & propter Iesum omnia faciunt, & cum Paulo nihil aliud quam Iesum, videntur & scire & loqui; Utinam hanc tam nobilem seruitutem, omnes qui pro Iesu legatione funguntur, agnoscant & seruiant. Debet autem ipse primum, deinde per suas conciones populus, qualis natus sit, & in quibus rebus sita, hæc quæ Christi notitiam proponit praedicationis, Non enim arida quædam, & nuda speculatio status est ad efficiendum, ut vocat Christus, vitam æternam, ac veram huius vitæ beatitudinem, quam in Dei suiq; notitia ipsemet constituit. Debet igitur talis esse cognitio, quæ ita intelligentiæ impleat, ut ad voluntatem quoque & ad actiones ipsas permanet. Sine dubio intellectus primo loco instruendus, ac praedicationis luce illustrandus est, non solum in his quæ ad veram de Christo fidem, & cultum pertinent ut ea sincerè firmiter teneat, quæ nobis, Euangelicæ fides historiae, credenda proponit, tum contra ignorantiam, tum aduersus omnes gentium, & Hebræorum, ac Hereticorum errores, sed etiam ut Christi dignitatem, pulchritudinem, virtutes, eiusq; præstantissimas, ac diuinas actiones intueatur, & admiretur, quæ nequaquam a plerisque Christianorum cognoscuntur, etiam si dogmatum fidem integram seruent, propter offusam eorum mentibus caliginem, quam ex varijs rerum humanarum, quibus implicati viuunt cupiditatibus & peccatorum fordibus contraxerunt. In his enim etiã locum habet, quod Paulus capite supra citato ait,

In quo sita sit hæc Christi Notitia.

Primo Intellectus illustrandus.

si oper-

si opertum est Evangelium, in his qui pereunt opertum est, in quibus Deus huius seculi, excecavit mentes infidelium, ut non fulgeat eis Evangelium gloriae Christi qui est imago Dei. Sunt aliquae imagines, quae licet pulcherrimae sint, earum tamen speciem & viuos colores, perspicere oculus nequit, nisi in bono (vt aiunt) lumine, hoc est in apto quodam situ; ad lucem imagini accommodatam sit bene constitutus; Ita inter fideles sunt, qui etiam si Christum audiant, Christum legant Christo nomen dederint, tamen nec pulcherrimam eius speciem contemplari nec eius virtutibus, eos delectari videmus, cum non sint, ea cordis puritate praeparati, quam ad eam notitiam vero Christiano dignam, necessariam esse arbitramur. Hae autem praeparatio est, quam Isaias cap. 33. significat, quem locum aliqui de Messia exponunt & optime quadrat. Qui ambulat (inquit) in iustitijs, & loquitur veritatem, qui projicit avaritiam ex calumnia, & excutit manus suas ab omni munere, qui obturat aures suas ne audiat sanguinem, & claudit oculos suos ne videat malum, iste in excelsis habitabit, munimenta saxorum sublimitas eius, panis ei datus est, aquae eius fideles sunt, qui huiusmodi fuerint de his propheta pronuntiat Regem in decore suo videbunt. Intellectus ergo, in Christo, diuinam personam, & omnes diuinitatis perfectiones, adorare debet, quem Deum esse, etiam res sensu carentes clamant, dum venti mareq. obediunt ei, dum aqua in vinum ad solum eius nutum transit, & panis in immensum multiplicatur, dum mortui vocantis imperium audiunt, dum se ipsum a morte reuocat, & innumera huiusmodi. In anima admiretur, Gratiae plenitudinem quae ei sine vlla mensura est data quae triplex est, Vnionis, Capitis, ac Personalis; sapientiae ac scientiae Dei vt Paulus vocat thesauros, omnium virtutum altissimam perfectionem, Gloriam item Beatae visionis omnium Angelorum, felicitatem longe excedentem; Corpus etiam, tanquam Spiritus sancti opus & diuinitatis Organum; Actiones praeterea omnes, & animi & corporis, absolutissimas, & omni ex parte, eminentissima perfectione cumulas. Denique cum Christum speculatur intellectus, etiam vt hominem, omnem ei conuenire pulchritudinem aduertit quae vnigenito patris, par sit, omnium Angelorum, & rerum creaturarum monarchae, omnium praedestinatorum capiti, & aeterni Patris dilecto. Sed praeterea, qui pro Christo legatione fungitur, & Christum annunciat, id magis curare debet, vt haec notitia, non intellectum modo, sed quodammodo etiam voluntatem amplectatur, repleat perficiat Deoque con-

X 3 iungat;

Secundo,
Christi Notitia, Volunta-
tem per Amo-
re perficiat.

iungat; sit notitia amorem pariens, nō qualemcunque sed perfectum, qualem Christus apud Ioannem, magnifice his verbis prædicat, Ego sum Pastor bonus, & cognosco oves meas, & cognoscunt me meæ, Et statim exprimens qualis hæc notitia sit, subdit, sicut nouit me Pater, & ego agnosco Patrem: Comparat hæc ouium erga suum pastorem notitiam, & pastor ad oves, ei quam Aeternus Pater de Filio & de Patre Filius habet. O exemplar admirandum, ut sicut per hanc mutuam cognitionem, vnum sunt Pater & Filius in substantia, Ita oves à Pastore cognita, & Pastorem agnoscentes, per amorē voluntatis vnum fiant, quemadmodum ipsemet Christus, satis apertè docuit, cū in eodem loco, Patrē orat ut sint vnum, sicut & nos (ait) vnum sumus, & iterum confirmans repetit, Ego charitatem quam dedisti mihi dedi eis, ut sint consummati in vnum, quæ verba, si bene explicentur, magnum amoris incendium excitabunt. Hæc etiam tendunt illa verba quæ habentur in capite 8. Cant. pote me ut signaculum super cor tuum, petit sanctissimus Pastor, cuius personam, illa diuina Ecloga representat, petit inquam, idem Pastor & sponsus, tanquam sigillum cordi nostro imprimi, ut sicut sigillum ceræ inhæret, & cera sigillum penetrat, Ita cordi nostro, Christus perfectè coniungatur, ut dicere valeamus, Dilectus meus mihi & ego illi. Neque hoc solum hæc notitia præstat, sed Tertio loco, id etiam, quod excellentius habendum est, ad actiones Christianas, quæ sunt veri amoris indicia, transire debet, ideoque meritò eodem Canticorum capite dicitur, non modo super cor, sed & super brachium, quod ex Ioannis supra allatis verbis intelligi manifestè potest cum ait Christus, sicut nouit me Pater, & ego agnosco Patrem, sicut enim Pater Filium generans, per suum verbum omnia operatur, & Filius cum operante Patre simul operatur, & ad eum omnia reuocat, Ita ratione quadam, pastor oves cognoscit, perfecta quadam notitia, & amore, sui ipsius in eis imaginem imprimens dum gratiam, & supernaturalia dona communicat. Et nos vicissim, in perfectam virtutum ac sanctitatis eius imaginem, ipso primum operante, & nobis cum ipso cooperantibus transformamur. Siquidem Christi cognitio, quæ mentem illustrat, & eiusdem amor voluntatem accendens, magna & multa pro Christo, & cum Christo operantur, ut non ab re in eodem Canticorum textu subdatur fortis est ut mors, dilectio, dura sicut infernus, æmulatio, lampades eius lampades ignis, atque flammarum, & quæ sequuntur. Quo loco comparatur hæc lux, & amoris ardor, Morti, Sepulchro, Igni, Flammas, Aquis,

Tertio,
Notitia,
Christi ad a-
ctiones, &
opera tran-
seat.

Aquis, magnis Fluminibus, & adhuc subiungitur. Si dederit homo, omnem substantiam suam pro dilectione quasi nihil despiciet eam; Quod in Paulo apparuit, qui ut stercore arbitratus est omnia, propter eminentem scientiam Domini nostri Iesu Christi, sicut & de Mose idem Paulus Hebr. 11. testatur, quod maiores diuitias existimavit, omni thesauro Aegyptiorum, Christi improprium, sicut denique innumerabiles, Martyrum cohortes ac virginum, omnium perpeffione acerbitatum probarunt. Modum autem quo, id efficiunt Sancti & electi Dei, eruditè admodum & selectis verbis ipse, idem Paulus, totus in Christum absorptus demonstrat, Nos autem (inquit) reuelata facie, gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur de claritate in claritatem, tanquam à Domini spiritu. Significant hæc verba, hoc esse Christianorum peculiare studium, ut non iam per figuras ut olim, sed sine vilo velamine, Christi Domini, mytheria, tamquam in limpidissimo speculo, & eius pulcherrimas virtutes, in tota vitæ ipsius æconomia ita contemplerur, ita nobis representemus, ut ipsi nos ad hunc intuitum, in eius imaginem transformemur, hoc est vt exponit D. Bonau: in eadem imaginata mytheria, progredientes de claritate vnus mytherij ad aliam claritatem maiorem, semper eius notitiam, & in nobis perfectionem maiorem nanciscetes, quod per operationem fiet Spiritus sancti, referentes in nobis ipsis, Christi impressam imaginem, ita vt Christus ipse, in nobis impressus expressusque appareat, & nostræ intellectiones, affectus, actiones non tam nostræ quam Christi esse videantur, vt Paulus in Christum transformatus dicebat, non iam se viuere, sed Christum in ipso, quod est vt Dion: Areop: de Paulo affirmat vitam viuere amatoriam, Et hoc planè est in eius imaginem de claritate in claritatem transformari, quia dum nobis, Christum, vel in vtero matris conceptum, vel in stabulo nascentem, vel inter doctores disputantem vel prædicantem representamus, vel miracula patrantem, vel pernoctantem in orationibus, vel peccata remittentem, vel transfiguratum, vel in cœnaculo cum Apostolis mira facientem ac dicentem, vel in hortu patrem supplicantem, vel in passione tam multa, tamque graui patientem, eiusque virtutes, & perfectissima opera speculamur, & in nos transferre curamus, absque dubio ipsum Christum induimus ipsius in nobis viam imaginem referimus. Vt nam eum eodem Paulo, & illa dicamus, In nullo confundar, hoc est nihil omnino, neque fames, neque iniuriæ, neque tormen-

X 4 ta,

*Tract. de
7. grad. Cō
templ. gra
du 7.*

ta, neque persequutiones, neque Mors, nec quicquid sese obficiat, ab incepto proposito me poterit retardare, sed in omni fiducia (inquit) sicut semper ita & nunc, magnificabitur Christus in corpore meo, siue per vitam, siue per mortem, & tanti propositi firmitatem in Christum tanquam in causam referens subdit, mihi enim viuere Christus est & mori lucrum, Vides ne Orator Christiane, quantæ in hac Christi notitia opes, tanquã thesaurus diuinus in agro absconditus, lateant? quas sine magno damno populis occultare non possis, nec sine magno fructu depromere? vt omnes in hoc thesauro & inuento gaudeant, & communicato ditescant. Illud autem certum est, tum hæc & iucundissima tibi & saluberrima populo fore, cum verè dicere poteris: Imitatores mei estote, sicut & ego Christi, nam signum eam imprimit formam, quam in se habet: & anulus per eam vim quam ipse à magnete recepit, alterũ anulum trahit.

Christum esse Caput omnium Christianorum.
Caput I I.

P Rincipium Sumamus ex eo loco quo Christum esse caput omnium Christianorum, nosque eius membra, & corpus fatemur. Sitque hic locus tanquam cæterorum locorum exemplar, ad explicandum modum, varia, ex locis varijs argumenta eruendi, nam idem in alijs repetere, longum esset. Ex hoc igitur loco pulcherrima ducuntur argumenta, primo erga Deum & Christum, Deinde erga nos, postremo erga proximos. Erga Christum, & Deum in hunc modum. Si caput est Christus, nos membra, ergo pluris Christum facere debemus, quam nos ipsos, sicut membra ad capitis defensionem, se ipsa periculo obijciunt, & totum corpus, id maxime curat, vt caput saluum sit, sic & nos Christi gloriam tueri, vel sanguinem debemus & nihil isto habere pretiosius. Si est caput ergo ex illo pendere debent membra, inde regi, inde trahere vitam, inde vim ad omnes actiones, quod ipse Dominus similitudine palmitum declarauit, qui nisi manserint in vite, ferre fructum non possunt, atque adeo; maxime curandum est, vt connectio cum capite conseruetur, quam argumentationem explicat Augustinus in illa verba, Ego sum vitis, vos palmites, & sine me nihil potestis facere. Siue parum (inquit) siue multum, sine illo fieri non potest, sine quo nihil fieri potest. Et infra vnum de duobus palmiti congruit, aut vitis, aut ignis, si in vite non est,

Primo,
Ex hoc loco
multa colligimus.
Erga Deum.

Tract. 81.
in Ioan.

ex hoc capite, debere recipere & influxum, & operationem, & augmentum, & coniunctionem ad alia membra, vt sic totum corpus, compactum, & connexum virtute huius capitis crescat. Ex hoc etiam infert Hoc igitur dico & testificor, vt non ambuletis sicut & gentes ambulant, in vanitate sensus sui, tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati a vita Dei per ignorantiam, quæ est in illis, & subdit. Vos autem non ita didicistis Christum, si tamen illum audistis, & in illo edocti estis, quasi dicat, eum sub tali tantoque capite, omnes Christiani viuamus, nequaquam vt gentes, quæ Deum, & Christum ignorant viuere debemus, sed vitam nouam ducere oportet, longe ab omnium gentium vitijs remotam. Similia repetit ad Coloss. Rursum ad Rom. ex eadem similitudine membrorum, & corporis sub vno capite, hortatur singula membra, vt ministerij sui partes, diligenter seruent, sic enim totum corpus rectè habet eum a capite directionem, & influxus recipientes singula partes, quæ muneris sui sunt rectè exequuntur. Sicut aut in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra, non eundem actum habent, ita multi vnum corpus sumus in Christo, singuli autem, alter alterius membra, Ex quo etiam

Cap. 2.
Cap. 12.

I. Cor. 12.

loco subiicit, quomodo secundum diuersas, quas a Christo quisque donationes accepit, strenuè illas exercere oporteat, Et iterum hortatur, vt omnes eo statu, ac ministerio contenti sint, ad quem a Deo sunt destinati, quia singula membra corpori necessaria sunt, & debent sibi inuicem obsequi.

Argumentæx
hoc loco pro
triplici via.

In via purga
tiua.

Rursum ostendamus, ex eodem loco argumenta deduci posse pro triplici via instruenda, quam nos, oratoris nostri, materiam esse supra diximus, In via purgatiua dicam Caput est Christus, ergo debet corpori caput superstitare, non membra capiti, ne fiat monstrum, Cur ergo peccator caput tuum Christum, subiecis, cur conculcas? Caput est Christus ergo noli ei aduersari, quis vnquam vidit membra, aduersus caput rebellantia? Caput est Christus, ergo ipsum defende vel periculo tuo, ne tu pereas, oppositu tuo, intentam Christo plagam auerte, hoc est potius tu mortem excipe, quam pecces, vel peccare quempiam sinas; membrum es Christi, num ergo membrum Christi trades diabolo? num vendes auaritia, vt Iudas Christum, ita tu Christi membrum? num coinquabis forditibus, membrum es sub Christo capite, ergo tua sorte contentus esto, quicquid sis, siue pes, siue manus, siue aliud, hoc maximum est, quod es. In via illuminatiua caput habes Christum, obsequere,

In via Illumi
natiua.

Chri-

Christi membra es, mouere ut eius membrum, manus Christi quicquid tangebatur, sanabat, sic te sis, omnibus tuis, & actionibus, & cogitationibus, & verbis tibi, & alijs salutaris, Membrum es Christi, orna virtutibus, pasce orationibus, & Sacramentis, reuerere, sanctifica, custodi etiam a puluere, hoc est a maculis, vel leuissimis. In via uitiua, Caput Christus, nos membra; O charitas, coniunctio maior esse non potest. Vir & mulier duo in carne una, hic est profusus una caro, Caput Christus, nos membra. Pater, & Filius una caro in duobus, quia Filius est portio Patris, hic una caro, in uno corpore. Caput Christus, Nos membra, o honor plane admirabilis. Ille unigenitus altissimi, Thesaurus ille thesaurorum sapientiae, & scientiae, ac diuitiarum Dei, meum est caput. Caput Christus nos membra. O dulcedo, qui liquor qui cibus, quae suauitas ex hoc capite, manabit? Quae securitas, quae tranquillitas, quae requies sub hoc capite, membris? Spectanda sunt autem, in huiusmodi comparationibus, non solum similia, sed, & dissimilia ex quibus etiam argumentorum copia, & varietas extat. Caput nostrum est Christus, verum non ut alia capita sunt membris, ita nobis caput est Christus: pulchro corpori saepe caput deforme contingit, sano infirmum, nec pro suo nutu, possunt membra, caput sibi imponere formosum, aut sanum, aut sapientem. Sane si in uniuscuiusque corporis esset potestate, formare sibi caput, qualecumque posset optare, quale rogo optaret? atqui nunquam quisquam tam formosum, tam sapientem, tam validum, tale denique posset expetere, aut ne cogitatione sibi fingere quale nobis est Christus. Praeterea ex eodem loco habes, in omni exhortatione, unde argumenta elicias copiose. Si vis ad pacem hortari, membra eiusdem corporis, consentire debent, num contra membra Christi pugnabis, In Christi membra? Si ad Misericordiam, quod facis tuo membro, facis membro Christi, pasce uesti, Non credis Christo dicenti quod illi fecisti mihi fecisti? non audis clamantem Christum e caelo, Saule Saule quid me persequeris? si ad pudicitiam, membrum Christi coquinabis trades impudicitiae? Si ad mansuetudinem, qualem, quae te, esse deest, qui Christi, id est agni mansuetissimi membrum es? Si ad progressum in virtutibus, Orna Christi membrum, & perduc ad suam perfectionem, adifica Corpus Christi ex tua parte, fac quam pulcherrimum, quam perfectissimum, Si ad laborem, & fugam deliciarum: Corpus Christi crucifixum est, Tu vero si Christi es membrum: non ne cum Paulo dices, Christo

In via uitiua.

In omni genere Cociorum.

In omni genere Cociorum.

*Serm. 47.
de Sanctis
initio.*

*Ad Aprū
epist. 1.*

*De laude
Martiriū cir-
ca proem.*

*Tom. 4. l. 5.
ep. de B. Pe-
tro.*

fo cōfixus sum cruci? si ad patientiam in rebus aduersis, quid mirum si aduersa pateris probas plane, te membrum esse Christi, qui positus fuit in signum cui a multis contradicebatur, ergo & tu Christi membrum, pro tua parte adimpleas in carne tua quę desunt passionum Christi in corpore eius, audi Augustinū Apostolus Paulus prædicat dicens si fuerimus socij passionum, erimus, & consolationum, & Dominus in Evangelio, Si mundus vos odit scitote quia me priorem vobis odio habuit recusat esse in corpore qui odium mundi non vult sustinere cu capite.] Eadem ratione hic locus utilis omnino est ad omnes amplificationes in singulis causarum generibus. In genere consolatorio lege epistolam primam Paulini Episcopi Nolani ad Aprum in qua eum Christi exemplo consolatur, & animat quod dignus sit, vt in eo Christus patiatur, Merito (ait) gloriaris, venerandissime frater, & in exultatione dicis, hinc te ipsum tibi credere quod Christianus sis, quia te odisse ceperint, qui diligebant, & despiceret qui timebant. Et subdit ab initio sæculorum Christus in omnibus suis patitur, Ipse est enim initium, & finis, qui in lege velatur, in Evangelio reuelatur, mirabilis semper, & patiens, & triumphans in Sanctis suis Dominus, In Abel occisus a fratre, in Noë irrisus a filio, in Abraham peregrinatus, in Isaac oblatas, in Iacob famulatus, In Ioseph venditus, In Mosè expositus, In Prophetis lapidatus, & fectus, in Apostolis terra marique iactatus, & multis beatorum Martyrum crucibus frequenter occisus. Ipse in te patitur opprobria, & ipsum in te odit hic mundus.] In genere Didascalico seu exornatio scribit librum D. Cyprianus in quo eodem modo, Christum in Martyre, pati docet, & ab eo, Martyris fortitudinem inuictam, pendere, prædurantibus (inquit) licet colis, resultans vngula, recurrat in vulnus, & euntibus flagris cum auulsa corporis parte, rediens habena ducatur, stat immobilis tamen, pœnis suis fortior, hoc solum secum ipse conuoluens, quod in illa crudelitate carnificū, plus pro quo patitur, Christus quam ipse patiatur.] Et vt inferius loquitur velut socio Christi cruore decoratus. Huc facit hystoria de Beato Petro cuius meminit Ambr. cui ex vrbe egredienti, occurrit Christus vrbem ingrediens, & interroganti Petro, domine quo venis, responsum a Christo est venio iterum crucifigi. Intellexit plane Petrus, ad suam crucem diuinum pertinere responsum, & subdit Ambrosius, intellexit ergo Petrus, quod iterum Christus crucifigendus esset in seruulo. Itaque sponte remeant, in-
terro-

terrogantibus Christianis responsum reddidit, statimque cor-
reptus per crucem suam honorificavit Dominum Iesum. Vide-
tis igitur ait Ambrosius quod in servulis suis pati velit Chris-
tus. Hæc à me in hoc primo loco dicta sint, gratia exempli vt
eadem ratione ex alijs qui sequuntur locis argumenta elicia-
mus. Huic autem primo loco est proximus ille titulus qui à
Beato Paulo, Christo tribuitur vt dicatur secundus Adam re-
spectu primi, sed sicut magna est distantia inter primum, & se-
cundum Adamum; Ita argumentatur Paulus, multum debere
inter filios primi, & secundi Adæ differre, sicut in Adam in-
quit, omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur,
factus est primus Adam in animam viuentem, Nouissimus in
spiritum viuificantem, primus Adam de terra terrenus, Secun-
dus Adam de cælo celestis. Ex quo sic argumentatur, Qualis
terrenus, tales & terreni, & qualis celestis, tales, & celestes.
Et iterum ex his præmissis rectè sequelam infert, Ergo sicut
portauimus imaginem terreni, portemus & celestis, & alibi
renouamini spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem, *Eph. 4.*
qui secundum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis.

id est
sanguis
cristi
nobilit
nobilit
1. Cor. 15.

ADAM
IUSTITIA
SANTITATE

Dignitas, & nobilitas Christi. Cap. II I.

SI suprema Christi Domini dignitas, & inestimabilis præ-
stantia, populis cum ea qua decet, maiestate proponatur,
magnam vim habebit oratio, & præclaros ad omne bonum
motus in Christianorum pectoribus excitabit. Sumamus exem-
pla præsertim ex D. Paulo, in Epistola ad Hebræos; multa in
titio de Christi nobilitate ponit, ex quo argumenta varia ducit,
multipharicam (ait) olim Deus loquens patribus in prophetis,
nouissime loquutus est nobis in filio, quem constituit hæredem
vniuersorum, per quem fecit & sæcula, qui cum sit splendor
gloriæ, & figura substantiæ eius, portans omnia verbo virtutis
suz purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexteram ma-
iestatis in excelsis; Et alia dicit, quibus illum hominem Deum
merito præfert omnibus Angelis, eo quod ipse sit verus filius,
Angeli vero solum ministri, qui eum adorent. Ex his ergo re-
ctè argumentatur, quam teneamur eius legi cum omni subie-
ctione atque integritate parere; propterea inquit abundantius
oportet obseruare nos ea, quæ audiimus, ne forte pereffluam-
us. Si enim qui per Angelos dictus est sermo, factus est fir-
mus, & omnis præuaricatio & inobedientia accepit iustam mer-
cedem

ib
nobilit
nobilit
Eph. 4.
Cap. II I.
Hebr. 12.



- Christi nobi
 • lita magnus
 Stimulus.
 Cap. 4.
- Ibidem.
- Ibidem.
- Cap. 1.
- Cap. 3.
1. Ioan. 1.
- cedem retributionis, quomodo nos effugiemus si tantam neglexerimus salutem. Deinde cum in 3. cap. ostendisset, Christum tanto Moysse esse digniorem, quanto dominus seruo prestat, ex his ad Dei timorem hortatur, Timeamus ergo (ait) ne forte relicta pollicitatione introeundi, existimetur aliquis ex vobis deesse; etenim & nobis nunciatum est, quemadmodum & illis; mox etiam hortatur ad fidem subdens, Festinemus ergo ingredi in illam requiem, ut ne in idipsum quis incidat incredulitatis exemplum; Ad spem etiam, ac fiduciam in Christo collocandam, Habentes ergo (inquit) Pontificem magnum qui pe netrauit caelos Iesum filium Dei, teneamus confessionem. Et adhuc ad Orationem; Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiae, ut misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno. Ad Coloss. praemittit quid ab eis maxime optet, quae est quasi conclusio, Non cessamus (inquit) pro vobis orantes, & postulantes, ut impleamini agnitione voluntatis eius in omni sapientia, & intellectu spirituali, ut ambuletis digne Deo per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes, & crescentes in scientia Dei. Ut hoc imprimat proponit Christi dignitatem, ut quasi ex praemis quod intendit inferat dicens, Gratias agentes Deo, & patri qui dignos nos fecit in partem sortis Sanctorum in lumine, qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transfudit in regnum filii dilectionis suae, qui est imago Dei invisibilis, primogenitus omnis creaturae, quoniam in ipso condita sunt vniuersa in caelis, & in terra; Et ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant, & his alia adiungit. Ex quibus argumentum efficax assumens rursus urget eos, Et vos cum essetis aliquando alienati, & inimici sensu in operibus malis, nunc autem reconciliauit in corpore carnis eius, per mortem exhibere vos sanctos, & immaculatos, & irreprehensibiles coram ipso, si tamen permanetis in fide fundati, & stabiles, & immobiles a spe Euangelij quod audistis. Ad Philipp. docet suo exemplo omnia contemnenda propter Christi maiestatem. Quae mihi fuerunt lucra, haec arbitratus sum propter Christum detrimenta, veruntamen existimo omnia detrimentum esse, propter eminentem scientiam Iesu Christi Domini mei, propter quem omnia detrimentum feci, ut Christum lucrificarem. D. Ioan. statim eandem dignitatem proponit Ecclesiae dicens, Quod fuit ab initio, quod audiimus, & vidimus oculis nostris, & perspeximus & manus nostrae contrectauerunt de verbo vitae, & vita manifestata est, & vidimus & testamur,

& an-

& annuntiamus vobis, sed quorsum hæc? Ut & vos (inquit) societatem habeatis nobiscum, & Societas nostra sit cum Patre, & cum filio eius Iesu Christo; & hæc scribimus vobis vt gaudeatis, & gaudium vestrum sit plenum. Ex hoc iterum colligit, si dixerimus quoniam societatem habemus cum illo, & in tenebris ambulamus, mentimur; & veritatem non facimus. Si confitemur peccata nostra fidelis est & iustus vt remittat peccata nostra & emundet nos ab omni iniquitate, & addit Filioli hæc scribo vobis vt non peccetis, Ipse etiã æternus Pater vt mundum totum ad filij sui amorem, & obedientiam trahat, de cœlo clamat, Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui, ergo ipsum audite. Optimum argumentum, nam si est filius, & dilectus Deo Patri, cur non sit & nobis? Si Pater ait, Hic est filius meus dilectus, cur non & ego dicam, hic est pater meus dilectus, dominus meus, amicus meus, sponsus meus dilectus? Si in eo complacet cor Dei Patris, cur non & nostrum? cur non & ego dicam, In quo mihi cõplaceo, quia est thesaurus meus, delicia mea, hæreditas mea, & omne bonum meum? & si ipse totus est meus, cur non & ego sim quantus quantus sum, totus ipsius? vt ei ex præcepto Dei Patris obsequar in omnibus? quo argumento etiam D. Petrus utebatur testis oculatus ad suos auditores in eundem finẽ, vt ipse significat his verbis, Non enim doctas fabulas secuti notam fecimus vobis Domini nostri Iesu Christi virtutem, & præsentiam, sed speculatores facti illius magnitudinis.

Cap. 2. Matth. 3.

2. Pet. 1.

Adoptio filiorum, & communicatio honorum. Cap. I V.

Tertius locus sit Adoptio filiorum Dei, quam Deus, & ipse filius Dei naturalis cum Spiritu sancto in nobis operatus est, quæ est summa gloria Christi, vt tot fratres sibi, tot filios Patri adoptarit. Quam dignitatem Paulus explicat, Nos ait, cum essemus paruuli sub elementis mundi eramus seruientes, id est sub primis rudimentis, antiquæ legis; At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus. Vnde & aliam subdit dignitatem priore non minorem. Quoniam autẽ estis filij, misit Deus spiritum filij sui in quo clamamus Abba Pater. Ex hoc loco optimum sumitur argumentum, vt si filij Dei sumus, Christiq;

Galat. 4.

Argumenta ex hoc loco.

fra-

Rom. 8.

fratres, eiusque spiritu constamus, ita viuamus vt simus tanto patre, talique fratre digni, & tanto spiritu fruamur: Hoc Paulus docet ad Rom. quos præsciuit, & prædestinavit conformes fieri imagini filij sui; quæ imago in hoc consistit, vt sicut Christus est imago, idest filius Dei verus, & naturalis, ita nos huic imagini, per hanc filiorum adoptionem, & morum sanctitatem dignâ filijs adoptatis, ipsi primogenito naturali conformemur: Sicut explicans hanc conformitatem subdit Paulus, vt sit ipse primogenitus inter multos fratres. Et addit quod si filij, & hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi: Sed audi quam conditionem subiicit, si tamen compatimur, vt & cõglorificemur. Et iterum gloriamur in spe gloria filiorum Dei, id est, sumus quidem filij per gratiam, nondum per gloriam, & tamen in hac spe per Christum gloriamur. Et addit ex hoc nasci aliam gloriationem, quod scilicet gloriamur in tribulationibus, quas & libenter patimur cum Christo, & pro Christo, adeo vt etiam gloriemur in eis, scientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia spes, spes non confundit. Iterum ponit, & tertiam gloriationem; Gloriamur, ait, in Deo per Iesum Christum, hoc est expectamus opem Dei adfuturam, & hoc cum quadam animositate, & gloriatione; nã licet nos per nos indigni simus, tamen pretium à Christo solutum, est tanti valoris, vt quasi gloriabundi non in nobis ipsis, sed in Christi meritis, ac dignitate, expectemus, & auxilia non defutura, & gratiam, & gloriam, cum simus tanto honore à Christo dignati, & tanti valoris sanguine redempti, vt non debeat nos præterite seruitutis pudere, propter pretij quo empti sumus æstimationem.

Participatio bonorum Christi.

Quarto ex eadem dignitate Christi, & adoptionis filiorum sequitur alius locus ad argumenta eruenda feracissimus, scilicet communicatio, & participatio quam per Christum, & in Christo, & à Christo habemus diuitiarum, & thesaurorũ eius, qua ex parte cogimur quodammodo tantæ gratiæ tantisq; opibus à Christo acceptis respondere, nisi execrandæ cuiusdam ingratitude pœnas luere grauissimas velimus. Audi Pauli eloquentiam. Gratias ago Deo meo semper pro vobis in gratia Dei quæ data est vobis in Christo Iesu quod in omnibus diuites facti estis in illo, ita vt nihil vobis desit. Et addit, Fidelis Deus per quem vocati estis in societate filij eius; societas hic significat communicationem bonorum, nam Græcè est Κοινωνία idest communicatio. Elegans hic locus est vt aperiat diligens orator

I. Cor. I.

eloquentiam. Gratias ago Deo meo semper pro vobis in gratia Dei quæ data est vobis in Christo Iesu quod in omnibus diuites facti estis in illo, ita vt nihil vobis desit. Et addit, Fidelis Deus per quem vocati estis in societate filij eius; societas hic significat communicationem bonorum, nam Græcè est Κοινωνία idest communicatio. Elegans hic locus est vt aperiat diligens orator

orator auditoribus; Primum quidem quomodo Christus omnium honorum suorum participes nos fecerit, ut sicut ipse est filius Dei ita nobis, ut testatur Ioan. in Evangelio suo, potestatem dederit filios Dei fieri, & non confunditur nos vilissimos homunciones fratres vocare, & patrem suum nobis comminicare, ut dicat, Ascendo ad Patrem meum, & Patrem vestrum; & fecerit nos heredes suorum meritorum, cum dixerit, Hic est calix novi & aeterni testamenti qui pro vobis, & pro multis effundetur, ut bene argumentatur, & cum gloriatione Paulus refert, Si filij, & heredes, heredes quidem Dei, coheredes autem Christi, Secundum etiam quod quicquid gratiae habemus a Deo per huius hominis merita nobis confertur, nam qui sunt praedestinati, ex eius praevius meritis eliguntur, gratiae per Christum ad nos veniunt, de plenitudine enim eius omnes accepimus gratiam pro gratia; Remissio peccatorum per Christum est. Carissimi nolite peccare, sed & si quis peccaverit, advocatum habemus Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris; gloriam beati ab ipso, & per ipsum agnoscunt, ob id in Apocal. ponunt coronas ante pedes agni. Ex his quid debeat colligere prudens concionator, & auditores admonere non est difficile: Certè oportebit magnum gratitudinis, ac reverentiae, & laudis spiritum efformare, ut & Deo omnipotenti, & Christo homini respondeamus. Deinde discamus quicquid a Deo petimus per Christum efflagitare, sicut Christus expressè nos docet, quicquid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis; quod fiet si Patri filium offeramus dilectum, eius merita, labores, passionem, sanguinem, mortem, virtutes tam illustres, zelum gloriae Patris, obedientiam, amorè, humilitatem. Ex hoc loco sic ratiocinatur Paulus ad Ephes. cum ait, Benedictus Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in caelestibus (& hoc) in Christo sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus Sancti, & immaculati in conspectu eius in charitate. Huc tendit omnis benedictio, & donorum collatio per Christum, & propterea subdit, Et ego audiens fidem vestram quae est in Domino Iesu, & dilectionem in omnes sanctos, non cesso gratias agens pro vobis in orationibus meis, ut Deus Domini nostri Iesu Christi, pater gloriae, det vobis spiritum sapientiae, & revelationis in agnitionem eius, illuminatos oculos cordis vestri, ut sciatis quae sit spes vocationis eius, & quae divitiae, gloriae hereditatis eius in Sanctis, toto cap. 2. & 3. magnificè hæc

Y
Dei

Cap. 1.
Hebr. 2.
Ioan. 20.
Matth. 26
Marci 14.
Rom. 8.
Omnes gratias per Christi merita habemus.
Ioan. 1.
1. Ioan. 2.

Cap. 4.
Cap. 1.
Benedictus Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in caelestibus (& hoc) in Christo sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus Sancti, & immaculati in conspectu eius in charitate. Huc tendit omnis benedictio, & donorum collatio per Christum, & propterea subdit, Et ego audiens fidem vestram quae est in Domino Iesu, & dilectionem in omnes sanctos, non cesso gratias agens pro vobis in orationibus meis, ut Deus Domini nostri Iesu Christi, pater gloriae, det vobis spiritum sapientiae, & revelationis in agnitionem eius, illuminatos oculos cordis vestri, ut sciatis quae sit spes vocationis eius, & quae divitiae, gloriae hereditatis eius in Sanctis, toto cap. 2. & 3. magnificè hæc

LIBRARIUS

Cap. 4.

Dei dona gentibus facta prædicat ex quibus infert quam sancti Deo, & Christo viuere debeant, Obsecro, ait ego vincus in Domino vt digne ambuletis vocatione qua vocati estis, cum omni humilitate, atque mansuetudine cum patientia supportantes inuicem in charitate, solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis, & quæ sequuntur omnia ad mores pertinent, ac vitæ sanctimoniam, ex ijs principijs tamquam necessarias conclusiones, vsque ad finem Epistolæ deducit. Sepissime ita argumen-

Rom. 11.

tatur hic diuinus præco, omnia nos Christo debere, quia omnia bona, ab ipso, & per ipsum habemus, quis prior dedit illi, & retribuetur ei? quoniam ex ipso & per ipsū, & in ipso sunt omnia, ideoque subdit, Ipsi gloria: & iterum ex ipso autem vos estis in Christo Iesu qui factus est nobis à Deo, Sapientia (illuminatio scilicet intellectum) & Iustitia, (rectam faciens, & ordinatam voluntatem,) & sanctificatio (sanans, animæ omnes affectus, & passiones) & Redemptio, à peccato videlicet, morte, inferno, ac demonum tyrannide. Ex quo rectè infert, nihil omnino gloriandum in nobis, sed in solo Deo, & Christo, vt quædam admodum scriptum est, qui gloriatur in Domino gloriatur. Adde Christum esse Alpha, & Omega, principium ac finem omnium bonorum, Ergo ab eo agnoscendum omne bonum, & quicquid est salutis, & Iustitiæ, gratiæ, seu gloriæ ei offerendum, ab eodem petendum, & expectandum.

Apo. 22.

Christus Redemptor, & Dominus. Cap. V.

Titulus Redemptoris Christi debitorum sumus.

Pretium Redemptionis quæ magnū.

AD maiestatem Christi, & Officij dignitatem, pertinent multi tituli, quos Sacra Literæ Christo assignant qui nobis erunt ad argumenta optima, secundissimi loci. Et sic Primus titulus Redemptoris, ac liberatoris. Hoc sanè titulo, quæ quid sumus Christo debemus ascribere, qui nos à grauissimo seruitutis iugo liberatos in diuinam quandam asseruit libertatem, præsertim si ipsius liberatoris nostri, qui est homo diuinus, & Deus homo factus, in hunc finem, nobilitatem aduertamus, si grauissimam generis seruitutem, qua vt captiui, pessimo domino qui est demon seruiebamus, consideremus, si pretij valorem quo sumus redempti, expendamus. Cum enim potuisset quocumque suo opere ac leuissimo etiam labore, liberare, tamen grauissimum mortis genus subire, & copiosum sanguinem maluit effundere, vt ex pretij aestimatione, amoris erga nos, immensitatem metiremur, sic per crucem deleuit chirographum

plum decreti affigens illud cruci, dum propriam carnem affixit, sic veterem hominem crucifixit, dum suummet corpus cruci est affixum, sic corpus peccati destruxit, dum suum, ignominiosè illudendum, & flagellis percutiendum, occidendumque obtulit. Bene id expendens D. Ansel. colligit quantamque nobis hoc tantum beneficium exposcat gratitudinem, Quid ait misericordius dici potest, quam quod Pater æternus filium suum mittens dicat homini, Accipe filium meum unigenitum & da pro te, & filius dicat homini Accipe me, & redime te.] Sicut si magnus aliquis princeps, pro te redimendo, se ipsum liberalissimè offerret in seruitutem atque adeo mortem quantum ei omnino deberes? Ex hoc loco saepe argumenta sumit D. Paulus, dum aliquando, Dei erga nos misericordiã, & charitatem magnificat, Deus ait qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Christo Cuius gratia estis saluati, vt ostenderet in sæculis superuenientibus, abundantes diuitias gratiæ suæ in bonitate super nos in Christo Iesu. Aliquando Modum redemptionis admiratus: quia (inquit) pueri communicarunt carni, & sanguini, & ipse similiter participauit eisdem, vt per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperium & liberaret eos qui per totam vitam obnoxij erant seruituti. Ex his rectè ratiocinatur ad Cor. Non estis uerarij, Empti enim estis pretio Magno, Ergo bene subdit, glorificate, & portate Deum in corpore vestro, Et rursus pretio empti estis. Vnde colligit nolite serui fieri hominũ, hoc est nolite propter homines, Dei seruitutem ram nobilem parui pendere. & ad Rom. liberati a peccato, serui autem facti iustitiæ, habetis fructum vestrum in sanctificatione, finem autem uitam æternam. Et D. Petrus. Non corruptibilibus (ait) auro vel argento redempti estis de vana uestra cõuersatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi, & incontaminati & assignat finem huius diuinæ charitatis, vt fides uestra, & spes esset in Deo, animas uestras castificantes in obedientia charitatis, in fraternitatis amore, simplici ex corde inuicem diligite attentius renati, nõ ex semine corruptibili, sed incurruptibili, per uerbum Dei uiui. Secundo huic similis efficaciaz est titulus Domini; si enim pretio nos redemit, Ergo nouo titulo serui eius sumus, quo titulo maxime se honorare uult, & gaudet Paulus in principio suarum Epistolarum, cum magna gloria & gaudio seruum se Iesu Christi appellans

Lib. 2. Cur
Deus homo
cap. 20.

Eph. 2.

Hebr. 2.

1. Cor. 6.

Cap. 6.

Rom. 6.

1. Pet. 1.

Christus est
noster Domi
nus.

Gal. 6.

Y a gloria-

Titulo seru-
tutis, quanti
debeamus
Christo Do-
mino.

Ioan. 13.

1. Reg. 3.

In Conf.

Li. 10. c. 36

1. Reg. 3.

Iob. 1.

Ioan. 17.

1. Cor. 5.

Luc. 17.

1. Tim. 2.

Mediatoris
tres conditio-
nes.

gloriatur se vt seruum Christi signatum, stigmata Domini portare in corpore suo; & ijs seruitutem suam palam profiteri; Et quidem Christus non solum vt Deus; sed etiam secundum humanitatem ratione vnionis dominium habet uniuersorum; sed maxime in Cruce dominium hoc acquisiuit suo sanguine; vt vere dicatur quia Dominus regnauit a ligno. Ex hoc loco saepe argumentari licebit, vt non pudeat nos seruos facere quod Dominus dignatus est ipse prestare; quare Apostolis ait; Vos vocatis me magister; & Domine; & bene dicitis; sum etenim; si ergo ego magister; & Dominus laui pedes vestros; & vos debetis alter alterius lauare pedes. Si est Dominus ergo eius verba; & attentissime audire; & diligentissime oportet nos seruare; vt animo promptissimo semper eum intuentes dicamus cum Samuele; loquere Domine quia audit seruus tuus; & cum Isaia; Ecce ego mitte me; Et cum Augustino da quod iubet; & iube quod vis; etiam si percutiat nos; a quo; imo; alacrius imo omnia de manu eius toleremus; dicentes; Dominus est; quod bonum est in oculis suis faciat. Et cum Iob; Dominus dedit Dominus abstulit; sit nomen Domini benedictum. Si Dominus pro seruis iniurias easque grauissimas a quo animo passus est multo magis pro Domini gloria seruus patiatur necesse est. Si me persecuti sunt & vos persequentur; Non est seruus supra Dominum; debet plane seruus totus Domino esse addictus; eique viuere; ita Christo omnes Christiani; vt Recte docet Paulus Christus pro omnibus mortuus est; vt & qui viuunt iam non sibi uiuant; sed ei qui pro ipsis mortuus est & post parabolam seruientis Domino; infert Christus; Nunquid Dominus gratiam habet illi seruo; quia fecit quae ei imperauerat? Non potest sic & vos cum feceritis omnia quae praecipit sunt vobis; dicite serui inutiles sumus; quod debuimus; facere fecimus.

Mediator, Rex, pastor, & Aduocatus. Cap. VI.

Tertio gaudet Christus mediatoris titulo; vt Paulus vocat vnus Deus; vnus; & mediator Dei; & hominum; homo Christus Iesus; qui dedit Redemptionem semetipsum pro omnibus. Optime autem Medij ac mediatoris ei condiciones conueniunt; nam secundum philosophos vt aliquid dicatur mediū inter duo; debet primo ab extremis distare; debet secundo de vtroque extremo participare; & aliquam cum vtroque affinitatem habere; & tertio in eo extrema debent simul conuenire quem-

quemadmodum ob has tres proprietates, inter spirituales sub-
stantias, & corporeas medium quid est homo. Certè Deus &
homo maximè distabant, sed ecce filius Dei idemque Deus, ho-
mo factus est, vt homo, est patre inferior, vt Deus, homine supe-
rior, quæ est prima proprietates; participat deinde ex Deo infi-
nitatem, gloriam, omnipotentiam, ex homine naturam, penas,
mortem, quod est secundum; sunt autem hæc duo ita vnita vt
sit vna persona, idemque Christus verè dicitur mortalis, & im-
mortalis, finitus, & infinitus, in eo maiestas diuinitatis, & hu-
manitatis miseria vnita, quod est tertium: Itaque optimus est
mediator, & Deum homini vnire potuit, & hominè Deo. Quis
tantum mediatorem non celebret & non æstimet, non amet? per
quem cum tanta dignitate Deo reconciliati, atque adeo tanto
nexu colligati sumus in ipsomet Christo; & per eiusdem fan-
guinem ad Dei amicitiam reuocati? Quare Paulus antequam
titulum mediatoris Christo attribuat, ait; Christus assistens
Pontifex futurorum bonorum, per iamplius, & perfectius taber-
naculum non manufactum, id est, non huius creationis, neque
per sanguinem hircorum, aut vitulorum, sed per proprium fan-
guinem introiuit semel in sancta, æterna redemptione inuenta:
postea subdit, Et ideo noui testamenti Mediator est, vt morte
intercedente in redemptionem earum præuaricationum, quæ
erant sub priori testamento repromissionem accipiant, qui vo-
cati sunt æternæ hereditatis. Itaque nos per hunc mediatorem
non ad terrena bona, sed ad æternam hæreditatem vocati sum-
mus; propter hoc Christus vt testamentum firmaret mortem
subijt, per quam nobis hæreditas succederet; modo ea præste-
mus quæ à nobis noster Mediator exigit, alioquin hæreditatem
privandi. Quarto Rex noster Christus est, cuius maiestatem
describit Hierem. Ecce dies veniet dicit Dominus, & suscita-
bo David germen iustum, & regnabit Rex & sapiens erit, & fa-
ciet iudicium, & iustitiam in terra, & hoc est nomen quod vo-
cabunt, Dominus (in Hebræo est nomen Dei IEOVA) iustus
noster; ergo vt Deum adorare debemus & colere, & quia ho-
mo, sapiens & iustus, eius legibus parere. Et Zachar. Ecce Rex
tuis venit tibi mansuetus, humilis, & pauper: Turpe est nobis
non sequi mores nostri Regis, & non induere eundem cum ip-
so habitum; & quia sumus regnū eius, debemus seruare quod
Paulus docet Regnum Dei non est esca, & potus, sed iustitia,
& pax in Spiritu sancto; Et cum simus de Regno Christi, debe-
mus fugere Regnum mundi, cum ipse dixerit eoram Pilato;

Christus est
homo

1. 1. 1.

Hebr. 9.

1. 1. 1.

1. 1. 1.

Christus est
Rex noster.

Cap. 23.

Cap. 9.

Rom. 14.
Ioan. 18.



Christus Pa-
stor.

Regnum meum non est de hoc mundo, non enim licet nobis utriusque vexillum sequi, sed alterutrum necessario est sequendum. Quinto in scripturis sacris Christus nomen habet Pastoris, quem oves, & amare, & agnoscere, & sequi debent: ipse met se pastorem, & pastorem bonum vocat, & tam bonum, & amantem ouium, ut etiam animam pro ouibus posuerit, quidni & oves pro pastore sui gloria, pelles atque adeo vitam ponant? oves certe Christi summi pastore illi sunt qui ut ipse apud Ios. docet cognoscunt pastorem, sicut & ipse cognoscit oves, & vocem eius audiunt, & sequuntur illum. Oves debent in bono pastore confidere, & eius virtuti adherere ut a lupis defendantur, & dicant, Dominus regit me, vel ut alij legunt, Dominus pastor meus nihil mihi deerit, & quæ sequuntur. Debent ad pastorem regi, & in eius pascuis esse continuo, Vnde Ezechiel dicit

Io. c. 10.

Cap. 34.

1. Pet. c. 2.

1. Pet. c. 2.

Aduocatus
noster Chri-
stus.

Hebr. 5.

1. Ioan. 2.

Hebr. 12.

fuscitabo super eas pastorem unum qui pascet eas seruum meum David, & ipse erit eis in pastorem, & faciam cum eis pacem pacis, & cessare faciam bestias pessimas de terra. Et concludit totum caput, vos autem greges mei pascua mea, homines estis, & ego Dominus Deus vester dicit Dominus Deus: quid dicat ego vos pascam, ego vestri curam geram, modo vos cognoscatis vos homines esse, & me audiatis Dominum Deum vestrum. Ex hoc loco D. Petrus hortatur Christianos abstinere a carnalibus desiderijs, conuersationem inter gentes habentes bonam; Et addit multa alia documenta quæ omnia illo argumento nituntur, Eratis enim sicut oves errantes, sed conuertit estis nunc ad pastorem, & Episcopum animarum vestrarum, Sexto, Aduocati etiam munus pro nobis gerit ut homo apud Patrem suum, non solum, ut Paulus ait, In diebus carnis sue preces supplicationesq; cum clamore valido, & lachrymis offerens, sed etiam assistens nunc vultui Patris ad dexteram eius ostendit aduocatus Patri pro nobis latus, & vulnera, quorum in hunc finem cicatrices perpetuo seruat sicut idem Paulus ait Non enim in manufacta sancta Iesus introiuit exemplaria reorum, sed in ipsum cælum, ut appareat vultui Dei pro nobis in causa nostra, Filioli, ait, hæc scribo vobis, ut non peccetis, sed si quis peccauerit aduocatum habemus apud Patrem, Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Et Paul. Non enim accessistis ad tractabilem montem, & ignem accensibilem, & turbinem, & caliginem, & procellam, sed accessistis ad Sion montem, & ciuitatem Dei viventis, Hieru-

Hierusalem celestem, & multorum millium Angelorum frequentiam, & Ecclesiam primitiuorum qui conscripti sunt in caelis, & testamenti noui Mediatorem Iesum, & sanguinis asper- sionem, melius loquentem quam Abel; Ex quibus bene infert, Videte ne recusetis loquentem si enim illi non effugerunt recu- santes eum qui super terram loquebatur, multo magis nos, qui de caelis loquentem nobis auertimus. Ex hoc Cyprianus docet Christianos eiusdem aduocati verbis in precibus uti, Amica, (inquit) & familiaris oratio est Dominum de suo rogare, & cum ipsum apud Patrem Aduocatum habeamus pro peccatis nostris, quando peccatores pro delictis nostris petimus, aduo- cati nostri verba promamus,

De Orat. Do- minica.

Alij Tituli Christi. Cap. VIII.

IN hanc modum licebit Oratori Christiano ex innumeris Christo conuenientibus titulis argumenta varia deducere ad multa persuadenda: longum esset in singulis immorari. Est enim praeterea Christus noster Dux, Saluator, Protector, Magister, Via, Veritas, Vita, Lux, Ostium, Pax, Fons, Signaculum, Amicus, Frater, Sponsus, Haeres vniuersorum, denique omne bonum nostrum. Ex his titulis quam magna existit argumen- torum seges? Dux est & nos eius milites, ergo debemus in nomine Iesu & virtute eius, non nostra, acriter, & alacriter, non solum aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus spiritua- lia nequicia pugnare, sperantes & nos cantaturos cum Paulo Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Iesum Christum: & poterimus hortari etiam alios, vt Paulus subdit ibidem. Itaque fratres mei dilecti stabiles esto- re, & immobiles abundantes in opere Domini semper, scientes quod labor vester non est inanis in Domino. Est Saluator, ergo ab eo habemus gratiam, qua est salus animae iustificata, & glo- riam qua est merces aeterna in caelo. A Christo habemus gra- tiam iustificationis, & remissionis peccatorum, quod est sum- mum beneficium: habemus ex eiusdem Christi meritis donum Perseuerantiae, & vt opera nostra merendi vim consequantur, tum maioris gratia, tum ipsius beatitudinis augmentum. Sed haec omnia ita habemus a Christo, vt nostra cooperatio sit ne- cessaria vt Christi merita nobis applicentur, alioquin nil pro- derit nobis Saluatoris industria. Ideo sapienter Paul. Appa- ruit benignitas, & humanitas Saluatoris nostri Dei, non ex ope- ribus

Christus Dux.

1. Cor. 15.

Saluator.

Tit. 3.



UNIVERSITÄTS- BIBLIOTHEK PADERBORN

ribus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abunde per Iesum Christum Saluatorem nostrum, vt iustificati gratia ipsius heredes simus secundum spem vitæ æternæ. Istud est esse Saluatorem. Sed hæc verba iungenda cum his quæ dixerat de eodẽ Saluatore, Apparuit gratia Dei Saluatoris nostri omnibus hominibus; quid hinc colligere debeamus subiicit, erudiens nos (ait) vt abnegantes impietatem & sæcularia desideria, sobrietate, & piẽ, & iuste viuamus in hoc sæculo; Vide quid à nobis requirit Saluator, vt salus, quam nobis ipse suo sanguine acquisiuit, nobis valeat. Et tu Concionator aduerte quid Paulus à te postulet, Hæc loquere, & exhortare, & argue cum omni impero, nemo te contemnat. Est Protecior noster, non modo qua parte est Deus, sed item vt homo etiam nunc sedens ad dexteram Patris, Si Deus (ait Apostolus) pro nobis quis contra nos? & subdit. Quis accusabit aduersus electos Dei? Deus qui iustificat, quis est qui condemnet? Christus Iesus qui mortuus est, imo qui & resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis; quasi dicat, Deus certè non accusat, sed iustificat: Christus planè non condemnat, quia pro nobis est mortuus & postea resurrexit, & nunc ad dexteram Dei etiam pro nobis interpellat. Vide quam merito si grati esse volumus, debemus cum Paulo dicere quod mox adijcit, quis ergo nos separabit à charitate Christi; Et propter te mortificamur cotidie, æstimati sumus sicut oves occisionis, & in his omnibus speramus propter eum qui dilexit nos. Magister est & doctor, & talis vt exemplo, & doctrina nos doceat, quia Actor: Primo dicitur, cepit prius facere, deinde docere; & nos debemus illud

Cap. 2.

Protector noster
Christus.
Rom. 8.

Magister noster
Christus.

Actor. 1.

Isa. c. 30.

Ioel. c. 2.

Isa. c. 2.

Christus Via
Veritas, &
Vita.

Isa. 30.

Ioan. 14.

Gal. 2.

Isa. tenere erunt oculi tui videntes præceptorẽ tuum; & exultare, vt dicitur apud Ioelẽ, in Domino Deo nostro, quia dedit nobis talem doctorem iustitiæ; & gaudere quoties audimus, dixit Iesus discipulis suis, & inuicem adhortari, vt dicitur apud Isa. Erit mons domus Domini, & eleuabitur super omnes colles, & current ad eum omnes gentes, & dicent, Venite ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius: Hæc est via ambulante in ea, & nõ declinetis neque ad dexteram neque ad sinistram. Si est veritas ergo ei credendum omnino ne erremus. Si vita, ergo viuamus in eo, vt possimus cū Paulo dicere, viuo autẽ iam non ego, viuit vero in me Christus; & cum eodem sperare vt de nobis

nobis quoque dicatur; Vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. cum autem apparuerit Christus vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria; sed necesse est id prestare quod Apollolus eo loco congruenter subiungit; mortificate ergo membra vestra quæ sunt super terram fornicationem &c.

Christus lux est vt ipse ait, Ego sum lux mundi, ergo sequamur hanc lucem; nam ipsemet subdit, qui sequitur me non ambulat in tenebris; sicut ambulauerunt, & ambulant qui hanc lucem non sequuntur; præsertim quod sequentes lucem, nõ solum pellunt tenebras, sed & ipsi fiunt lux alijs, vt Paulus ait, Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino, Et Discipulis Christus ait, Vos estis lux mundi. Ostium est per quod debent intrare qui saluandi sunt. Ego enim ait, Saluator sum ostium ouium, si quis per me introierit saluabitur, qui autem non intrat per ostium fur est, & latro, Non enim est aliud nomen in quo oporteat nos saluos fieri, ipse est Pax nostra, qui fecit vtraque vnum. Est fons patens in ablutionem peccatoris, & menstruata, ad quem, confugiendum vt abluamur a sordibus animæ, Est Signaculum vt dicitur in Cant. pone me vt signaculum super cor tuum, super brachium tuum. Ambros. Signaculum Christi in fronte est, signaculum in corde, signaculum in brachio, In fronte vt semper confiteamur, in corde vt semper diligamus, in brachio, vt semper operemur. Est Amicus, Vos autem dixi amicos quia quæcumque audiui a Patre meo, nota feci vobis. Igitur oportet nos cum Christo, fidelis amicitie leges, summa cura, & affectu seruare, ita vt si opus sit etiam vitam pro amico exponamus, sicut ipse pro inimicis vt amicos faceret suam posuit, Si cum inimici essemus reconciliati sumus per mortem filij eius, multo magis reconciliati salu erimus in vita ipsius. Est frater noster, & a Paulo vocatur Primogenitus in multis fratribus. Vide quanta dignitas habere fratrem talem qui est filius Dei naturalis, & quantam sanctitatem a fratribus merito exquirat talis primogeniti excellentia. Est sponsus, Sponsabo te mihi in iustitia, & iudicio & in misericordia, & in miserationibus, & sponsabo te mihi in fide, & scies quia Ego Dominus; Cui titulo seruit totus liber Cantic. Vide quanta cura debeat Ecclesia, & quælibet anima hunc sponsum honorare, magnifacere, ac diligere toto corde, tota anima totisque viribus. Est a Deo Patre constitutus Heres vniuersorũ vt dicitur a Paulo, ergo ex bona sequela debeo intelligere totum me quantus quantus sum ad eius hæreditatem pertinere vt me-

Colof. 3.

Ioan. 8.

Christus lux.

Eph. 5.

Matth. 5.

Ostium.

Ioan. 10.

Fons.

Actor. 4.

Eph. 2.

Zach. 13.

Signaculum.

Cant. 6. 8.

De Isaac,

cap. 8. in

c. 26. Gen.

Amicus.

Ioan. 15.

Rom. 5.

Frater.

Rom. 8.

Sponsus.

Ose. 2.

Heb. 1.

vt me-

Christus omne bonum nostrum, si non ei me totum tradam. Denique vno verbo dici potest, Christum esse totum nostrum bonum, ex quo nobis omnia, per quem omnia, & a quo omnia, & ut dicamus sicut quædam anima Christo vnita, quærentibus qualis est dilectus tuus, quia sic

Cap. 7. adiuuasti nos, respondit in Cantic. Dilectus meus candidus, & rubicundus electus ex millibus, & totus desiderabilis, vel ut habet alia versio ex hebraica lingua totus desideria, hoc est,

Epist. 11. quicquid in se habet nostra desideria ad eius amorem, & feruitutem inflammat. Addamus ex Ambrosio, vbi explicans illud: Speciosus forma præ filiis hominum, de Christi pulchritudine agit; Videt, ait, ut eius consideratione fiat speciosa anima nostra, & delectetur, & pinguescat, & fecundetur, & deturcat: hic est thesaurus noster, hic vita nostra, hic sapientia nostra, iustitia nostra, pastor noster, & pastor bonus. Videt, quanta bona in vno bono. Pulcherrime item hunc locum tractat S. Paulinus Nolanus Episcopus, Ergo (inquit) illum amemus quem amare debitum est, illum osculemur, quem osculari, castitas est, illi subijciamur, sub quo iacere, supra mundum stare est, propter illum deijciamur, cui cadere resurrectio est, illi commoriamur in quo vita est; Et alia subijcit multa, quibus probat Christum omnia sua, & nomina, & bona nobis communicasse, & omnia nobis esse Christum.

Ep. 4. ad Seue. ad finem. Quomodo dilatari possint, apteque tractari ad motum, argumenta petita ex Titulis Christi & nominibus, quæ illi nos obligant. *Cap. VIII.*

Post allatos Christo conuenientes titulos, placet explicare modum aliquem, quo ex his tanquam locis, argumenta sumere, ac eadē possimus amplificare. Tria sūt capita, ad quæ reuocari possunt omnia, per quæ mouere nos alij solent ad quidpiam agendum. Primum Exempla, Deinde Verba, postremo Facta; quæ quomodo ab exemplis hoc loco distinguantur, infra explicabitur. Exempla vim maximam, sine dubio habent, siue sodalium ac parium inter se, siue superiorum apud inferiores. Et potest ratio asferri, cur tantum exempla valeant. Et ostendi eorum vis, autoritate sapientum, & ipsismet exemplis, tum sacris tum prophanis. procline est filio imitari parentes, discipulo magistrum, populari principem, Militi Ducē, sodali & amico, amicum atque sodalem, ac generatim omnibus

Tria sunt
quæ nos ad
aliquid faciendum mouent.
Exempla Christi maxime imitanda.

nibus infigne in aliqua re personam. Cum igitur sit nobis Christus hęc omnia, non imitabimur illum? Afferi poterunt cōparationes ex historijs, in quibus ostendatur, quid fecerint vel filij, vt parentes, vel discipuli vt magistros, vel populi vt suos principes, ac reges, vel milites vt suos duces, vel amici vt amicos imitentur. Tum ostendetur, quanto sit magis Christus imitandus, nempe vt pater tanto præstantior, amantiorque Magister tanto sapientior ac melior, eodemque modo in alijs colligendo multa, quibus exemplorum Christi, & aliorum, ostendatur & sub oculos subijciatur disparitas. Deinde Verba quoque plurimum mouent, siue sint monita & cōsilia, siue iussa ac leges, siue oracula, siue etiam vt preces. Considerentur autem etiam hic omnes tituli illi. Amicorum cōsilia apud amicos valent, præcepta magistrorum atque parentum apud discipulos, ac liberos, legislatorum ac principum leges apud populos, iussa ducum apud milites, Oracula apud omnes. Quia igitur vim apud nos habere, debent hęc omnia? Et cōsilia talis amici, & præcepta talis Magistri ac patris, & leges talis legislatoris ac principis, & iussa talis ducis, & Oracula veri Dei? Hęc quoque amplificanda erunt, cōparatione eorum, qui magnum aliquid fecerint ob cōsilia, aut monita aliorum, vel vt præcepta & iussa seruarent, & ostendendum quanto sit æquius nos parere Christo, Et explicandum, quomodo, accipienda eius verba, & cōsilia & monita, & iussa qua ueneratione audienda, quanta curâ studioque seruanda. Quamquã hic & alij tituli locum habent, vt medici humani generis, vt docētis arcana, ad inueniēdos thesauros, & plumbum aliaque metalla, imo terram & saxa, in aurum commutanda, comparando illud studium quo cupidi sanitatis, vel diuitiarum, obediunt medicis, vel promittentibus inuentionem thesaurorum & artem Alchimie, cum eo studio, quo nos Christi præcepta sequi debemus, qui sapientissimus medicus est, & non solum, perfecte omnia facit, sed & potest omnia, & vult propter nos.

Postremo cōsideranda sunt facta, quæ vt distinguatur ab Exēplis, sunt actiones ipsæ, prout significant rem aliquam valde cordi esse ei, qui propter eam rem, actionem talem aggreditur: Vt magnum amorem, erga Rachelem, significat Iacob, qui propter eam, non renuit, post septenniū seruitutis, alterum seruire septennium. Magnā habendi regni, insaniam ostendit Absalon, qui contra ipsum patrē & talem patrē rebellat. Idē est si aliquis pater, vt filium vt ab aliquo incepto reuocaret, magnam præferret

Verba solent mouere.

Christi verba multum apud nos debent valere.

Facta habent mouēdi vim.

Facta & opa
Christi quã-
tũ apud nos
valere de-
beant.

ferret mœstítiam, adhiberet lachrymas, nollet comedere, nollet
somnia capere, nollet, lucem videre. Item si Rex, vt à populari
suo aliquid impetraret non solum allegaret nobiles viros, sed
ipsemet magno cum incommodo adiret, magnoque impendio
& magna quasi iactura dignitatis suæ. Considerentur igitur
omnia Christi opera hoc modo vt facta, ad impetrandum à no-
bis salutem nostrã vt ne peccemus: vt ne pereamus in æternũ
& considerentur quæ fecit, vt sunt e celo in terram descensus,
præsepe, fuga in Aegyptũ, Triginta trium annorum ærumna,
paupertas, Crux denique &c. Deinde cõsiderentur tituli om-
nes. Talia fecit amicus pro amico; talia Dominus pro seruo,
talìa pater pro filio, Magister pro discipulo, Dux pro milite,
Rex pro vilissimo populari. Sed hic quoque maximam vim
habent comparationes similitum factorum; ad rem ante oculos
constituendam. Querenda igitur erunt facta aliqua, quibus alijs
adducti sint, ad gratificandum ijs, qui per ea facta aliquid impet-
debant vt B. Pater noster Ignatius, vt amicum a sagittis reuo-
caret, demersit se in frigidum stagnum quã erat amicus transi-
surus, & eã re is ita est commotus vt resipuerit; Christus do-
minus quid fecit? abiecit se in vile ac nudum præsepe inter bel-
luas. poterit Concionator illud præcipue factũ explicare, quod
Euangelium præsentis diei, ac tempus proponit. In his autem
comparationibus licebit, quoque aliquas ex ipso Christo &
Deo accipere, quæ magnam habent vim, ostendendo, quid pro-
pter nostra opera & facta, ipsemet Christus & Deus fecerit. Sit
exempli gratia: Christus dominus valde commotus est; factio-
eorum; qui per tegulas paralyticum demiserunt; & hominem
curauit. Valdè item commotus perseverantia Cananæ, &
Turba quæ iam triduo sustinebat eum in deserto; & lachrymis
Magdalena fratrem suum flentis &c. Et his omnibus, statim
opem dedit, & nos Christi fames, Christi lachryma, Christi in-
vocandis nobis perseverantia; & descensus e celo non move-
bit? Obedientia Abrahæ quantopere commotus est Deus qui
dixit quia fecisti rem hanc &c. Et nos considerantes à Deo ip-
so filium vnicum, talemque filium, traditum ad mortem causã
nostra, & verè sacrificatum non dicemus. Quia fecisti rem hæc,
& non pepereisti filio tuo dulcissimo & vnico; propter nos; &
nos erimus tui in æternum, & multiplicabimus gloriam tuam,
quantum in nobis erit in terris, & in gentibus omnibus per vi-
tam & mortem. Animaduertendum est autem, non omnibus in
vna eademque re, vtendum his titulis; sed alijs modo, modo
alijs,

alij, vt feret materia, quae in manibus erit. Aliquando sapiens
 in graui aliqua re; multorum coaceruatio cum illustribus simi-
 litudinibus & exemplis, habebit maximam vim. Deinde ex tri-
 bus huius capitibus, illud caput magis vsui erit, quod magis
 praesenti temporis quadrabit & loco. Nam si explicatur senten-
 tia, vel aliqua Christi doctrina, poterunt considerari, quae pau-
 lo superius in hoc capite diximus; de Verbis; si factum, quod pro-
 ponitur in Evangelio, sit Exemplum, poterit exempli modo, tra-
 ctari, vt dictum est: Quamquam, permiscere omnia saepe, ex vsu
 erit, & cum agatur de sententia, ostendere, quomodo eam
 exemplo, & factis etiam suis, conatus sit dominus nobis per-
 suadere. Nam si agatur, verbi gratia, de illo Christi precepto
 Ego autem dico vobis diligite inimicos vestros, poterunt haec
 verba considerari, vt monitum, vt consilium, preceptum, iussu,
 lex, Oraculum, Amici, Praeceptoris, Magistri, Ducis, Regis, Dei,
 adhibendo comparationes, vt iam diximus. Deinde poterunt
 considerari exempla Christi, qui rogauit patrem pro inimicis
 excepit Iudam: Adhibitis hic quoque comparationibus, & con-
 siderando Christi exempla sub illis titulis. Postremo afferri pos-
 sunt facta: Quid enim fecit Christus, vt persuaderet nobis dile-
 ctionem inimicorum? Ad hoc venit in mundum, id praedicauit,
 ad hoc passus est &c. Praeterea animaduertendum est nullum
 esse Verbum, aut exemplum aut factum Christi, quod non ex-
 phicari, amplificari, tractarique accommodatè ad motum, hoc
 modo queat. Si igitur proponatur nobis, iter faciens, Hoc est
 exemplum, vt & nos pro Dei obedientia, & animarum salute
 laboremus, idem est factum, quo significat sibi esse curam, salu-
 tem nostram, propterea enim Amicus ille noster iter facit, pa-
 ter, & Rex noster, & Dux laborat, quaerit nimirum filium, aut
 militem: Si proponatur praedicans, erunt verba simul & exem-
 pla, & facta; Na haec ita se habent, vt omnia, exempli, habeant,
 simul & facti vim, facta autem sunt multa, quae non ita proprie-
 tatem vim habent, nisi facti, quam diximus vt institutio Sacra-
 mentorum, & quorundam miraculorum vt ficulnea arefacta, per-
 missi porci demonum potestati. Porro miracula, habent omnia
 vim facti, & quidem maximam. Quid enim potest magis ostend-
 dere Deo nostram salutem, charam esse, quam quod etiam mi-
 racula faciat, vt nos moueat. quid autem mouere nos poterunt
 si non mouent miracula? vbi natura mutatur, vbi potestate, quae
 iam supra naturam, & extraordinaria Dens vtitur. Poterit er-
 go, quodcumque miraculum tractetur, ad morale accommo-
 dari;

NON
 ILLUS
 ILLI

Christi
 Praeceptoris
 Magistri
 Ducis
 Regis
 Dei
 Praeceptoris
 Magistri
 Ducis
 Regis
 Dei
 Praeceptoris
 Magistri
 Ducis
 Regis
 Dei

dari; Vt si dicas factum tale miraculum propterea, vt audientes ab hoc vel illo peccato abstineant, vt hanc aliamve amplectantur virtutem & familia. Postremo, animaduertendum est. Tria hæc dicta capita, scilicet verba, exempla, facta, posse ad tres vias accommodari, propria quadam ratione; Nam & si omnia in omnibus valent, tamen, proprio quodammodo, facta vt potentissima ad Viam purgatiuam pertinent; Verba ad Illuminatiuam, vt quæ docendo profectum iuuant; exempla, ad vnitiuam, cum sit liberalis animi, & amantissimi, velle sumi lem esse, amico, patri, regi, duci, magistro.

Mysteria totius vite Christi. Cap. IX.

Totius vite Christi Domini mysteria virtutesque eius heroicæ, diuinam quamdam, vt aliqui Patres vocant economiam continent, quam diligenter versare debet Diuini Verbi præco, & ex ea ad vtilitatem animarum multa proferre. Tunicam vocat Bernardus cum ait, Agnosco tunicam desuper contextam per totum, quam ex suggestu oportet, per partes euoluere, atque populis Christianis aspiciendam, contemplandamque proponere. Est diuinus liber, vt exponit D. Bern. ser. de septē signaculis, à Deo ex ipsa æternitate confectus, & per multos prius annos septem sigillis signatus, postea vero per ipsum diuinum agnum solutis sigillis apertus, nunc vero explicandus ab euangelico Concionatore. Afferamus iam aliquot locos, sicut superiori capite cepimus, ex præcipuis tantum mysterijs, ab ipsa Christi æterna prædestinatione initium sumētes. Hæc Christi Domini prædestinatio summum, ac primum omnium donorum Dei est, in qua de vnione filij Dei cum natura humana decretum est, quæ exaltanda erat (vt Augustinus loquitur) tam alte, vt altius non posset, si quidem prædestinatus est Christus homo, vt sit filius Dei ac propterea illi humanitati à Verbo assumendæ in vnitatem personæ diuinæ, tanta gloria communicanda, quanta filio Dei esset conueniens, vt Ioannes testatur, Vidimus gloriam eius, quasi vnigeniti à Patre, vt sit vniformis hæres, & omnia eius pedibus sint omnino subiecta. Ex hac prædestinatione debet Christianus Orator colligere, quanta veneratione Christus etiam homo à nobis sit colendus, adorandusque adoratione latræ, quia ille homo est filius Dei. Deinde intelligant omnes prædestinati, quantum primo prædestinato debeant, & quo dilectionis affectu, qua gratitudinis significacione erga eum affici oporteat, eo quod Christi prædestina-

Christi mysteria sunt æconomia liber & Tunica.
Serm. de Asc.
Serm. 1. de Resurr.

Prædestinatio Christi.

Rom. 1.

Prædestinatio nostra ex Christi prædestinatione.

finatio causa est, ut omnes alij prædestinentur, quicunque à Deo prædestinantur. Ea est causa quare liber vita, in quo omnium electorum nomina scripta sunt dicitur in Apoc. liber vite Agni, quia ipse est primus in capite huius libri scriptus ut dicitur à Paulo referente locum psalmi; non solum primus dignitate electionis, sed quia ab eo omnium aliorum pendet prædestinatio. Licet enim prædestinationem aliorum non dicamus ex præiis meritis factam, asserimus tamen ex Christi præiis meritis natam. Propterea Paulus elegit ait nos, sed in ipso; Vita vestra abscondita est in Deo; sed cum Christo. Debent ergo omnes electi Christum, primogenitum agnoscere, & toto cordis affectu eum amplecti, Omnia vestra sunt (ait Paul.) vos autem Christi, Christus autem Dei; omnia propter electos sunt, electi autem propter Christum. Nec solum hanc primam electionis gratiam Christi meritis ascribere oportebit, sed item alias quæ consequuntur, iuxta illam auream gemmeamque cathenam quam texit idem Paulus quos prædestinavit hos; & vocavit, & quos vocavit illos, & iustificavit, & magnificavit: Unde etiam merito subdit quod cum dedit nobis filium, cum illo nobis omnia donaverit; Ex quo per necessariam illationem infert, Quis ergo nos separabit à Charitate Christi? Rursum ex Christi prædestinatione debet Concionator inferre, quanta sanctitate debeant omnes electi splendere, sicut Paulus, cum dixisset, Deum elegisse nos in ipso, docet quales esse debeamus, ut simus (inquit) sancti, & immaculati in conspectu eius in charitate; hæ sunt partes electorum.

Cap. 13.

Psal. 39.

Ephes. 1.

Coloss. 2.

1. Cor. 4.

Rom. 8.

Eph. 1.

Incarnatio Christi.

Serm. 1 de Epiph. initio.

Serm. de Ascensione.

suffi-

Secundus locus sit Incarnatio Christi, & Conceptio in qua VERBUM caro factum est. Ex quo mysterio poterit noster Orator populos inducere, ut in hoc sacramento pietatis Dei summam potentiam, iustitiam, sapientiam laudent, admirentur, ex tollant: sed maxime erga nos evidentissima divina benignitatis, & amoris argumenta sumere necesse est, vde ad redamandum tantum benefactorem accendamus. Paulus ad Tit. Apparuit (inquit) benignitas, & humanitas Salvatoris nostri Græce habetur *φιλανθρωπία*. Amor erga homines, cum tanta benignitate de qua Bernardus priusquam (ait) appareret humanitas, latebat benignitas, promittebatur, sed non sentiebatur, verum ubi apparuit humanitas, benignitas latere non potuit præsertim si consideretur illud Cypriani Quid amplius vis o homo? prius dicebatur Deo, tuus est homo, nunc dicitur homini, tuus est Deus: Ex quo optime concludit, o homo sufficis tu Deo,

- Serm. 64. in Cant.* sufficiat tibi Deus.] Et illud Bernardi, Ita ne summus omnium factus est vnus omnium? quis hoc fecit? Amor, dignitatis nescius, dignationis diues; Quid amore violentius? de Deo triumphat amor, quid tā non violentus? Amor, quæ est ista vis quæ totā violētia ad victoriam, tam victa ad violentiam?] Ex eodem loco sancti videntur ad omne genus sanctitatis post tantum acceptum à Deo beneficium, quantum est; sibi Deum tantā vnione adiungunt humanam naturam. Egregie D. Leo. Agnosce homo dignitatem tuam, & diuinæ consors factus naturæ, noli in veterem vilitatem degeneri conuersatione redire. Augustinus sic argumentatur, Deus sequendus erat qui videri non poterat, homo sequendus non erat qui videri poterat: vt ergo haberet homo, & quem videret homo, & quem sequeretur homo, Deus factus est homo. Etiam antequam Deus fieret homo, ob solam promissionem hortabantur Propheta ad vitæ sanctimoniam, quanto magis post completa promissa? Hieremias arguit populum illum, cui promissio facta erat, Vsquequo delicijs dissolueris filia vagabunda & vrget hoc argumento, quia creauit Dominus nouum super terram, femina circumdabit virum.
- Serm. de Nat. 1. in fine de tempore.* Denique Paulus hoc modo ex Christi aduentu sub grauisissimis poenis vrget nos ad amandum Christum, Salutatio mea manu Pauli, qui non amat Dominum nostrum Iesum Christum, anathema; id est sit à Deo separatus, & rationem subdit, Maranatha, id est Dominus venit, quasi dicat, non potest excusari villo modo; quia iam Dominus venit in humilitate. Et alibi ex Christi in mundum incarnatione hortatur ad vitæ sanctimoniam. Hoc scientes tempus, quia hora est iam nos de somno surgere, Nox præcessit, dies autem appropinquit; Abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis, sicut in die honeste ambulemus, non in commestationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus, & impudicitijs, sed induimini Dominum nostrum Iesum Christum. Eodem modo ex hoc quod apparuit tanta Dei erga nos gratia, hortatur vt ad exemplum Christi sobrii, & iusti, & pie viuamus, expectantes beatam spem, & secundum aduentum Christi futurum. Simili modo tota cæterorum mysteriorum Christi œconomia erit in prædicatione tractanda, & pro nata occasione, ex varijs mysterijs diuersa eruenda argumenta. Possent autem in tres ordines omnia distribui, videlicet in ea, quæ ingressum Christi in mundum habent, quæ progressum totius vitæ eius, referunt; & egressum ex hoc mundo ad gloriam, & exultationem per crucem, ac mortem continent.

Ingres-

Epiph. 1.

Coloss. 2.

Matt. 28.

Animæ Christi qui nã fuerint primi actus.

Ioan. 10.

Hebr. 10.

Ioan. 14.

Ioan. 6. 19.

Tbren. 3.

Cap. 2.

uersali omnis gratiæ hominum, habet enim gratiam capitis, vt ad omnia membra distribuat, vt Paul. ait, Gratificauit nos in dilecto filio suo; Etiam gratiam consummatam quæ est visio beata, quæ Christi animæ à primo instanti creationis communicata fuit; tanta scientia vt rectè Paul. vocet Thesauros; tanta potestas, vt ipse dicat, Data est mihi omnis potestas in celo, & in terra. Vide quam debeamus omnes Christiani congratulari Christo in tanta dignitate, quanto affectu eius laudes et lebrare, quanta pietate ad eum tanquam ad fontem omnium gratiarum exuberantem confugere, vt de eius plenitudine hauriamus.

Præter hæc etiam in Christi conceptione, considerandi sunt actus quos eius anima in primo instanti edidit, tum ad Patrem perfectissimi amoris, & gratitudinis pro tot tantisque beneficijs, ac profundissimæ humilitatis, & obedientiæ, tum erga homines, quorum cum innumera peccata statim ei reprobentur, doluit tantam Dei iniuriam, tantam animarum iacturam & stragem: Cumque Dei voluntas illi animæ innotuisset, vt ipse humanum genus sua passione redimeret, toto mentis conatu mandatum Patris, vt ipse Christus vocat, amplexatus est, seseque obtulit ad crucem, & mortem promptissimum, vt Paulus meminit, Ecce venio vt faciam voluntatem tuam, & ex eo primo instanti cepit calicem, quem ei Pater dedit, bibens, sicut suo tempore perfectissime fecit, & dixit aliquando, Vt cognoscat mundus quia diligo Patrem, & sicut mandatum dedit mihi Pater sic facio, surgite eamus, vsque ad illud, Consummatum est, quando inclinato capite tradidit spiritum. Si Christus adeo me amauit, & tradidit semetipsum pro me, cur non amo- ri tanto meus amor respondeat? Si ipse ex primo instanti se obtulit, cur non ego me ipsum, cum ad rationis usum peruenio, ei me totum dedam? cur præterea, non etiam tota vita vsque ad mortem? vt faciam quod apud Hier. habetur Bonum est viro cum portauerit iugum ab adolescentia sua. In Natiuitate Christi, qui est primus in mundum ingressus patens, apparet summa paupertas, & omnium rerum huius mundi contemptus, summa humilitas, summa patientia, & summa puritas, quæ sunt contra omnem auaritiam, fastum, & voluptates hominum, ita vt voluerit primo ingressu mundi vanitates, cupiditates, & superbiam profernere, similis lapillo de monte sine manibus exciso, vt scribitur apud Dan. qui percussit, & prostrauit, adeoq; comminuit horrendam illam statuum, qui est hic

Ingressus Christi in mundum. Cap. X.

Ingressus primus, duplex est, quidam latens in Vtero Beatis-
 simae Virginis per Conceptionem, in qua tres occurrant
 loci, unde argumenta erui possunt, tum ad Christi cognitionem,
 & amorem excitandum, tum ad mores Christianos efforman-
 dos, scilicet corporis Christi formatio, Animae sacratissima
 creatio, & utriusque partis ad diuini verbi personam coniun-
 ctio. In corporis formatione voluit Christus consecrare Vir-
 ginitatis gemmam, tam in suo corpore quam in Sanctissima
 sua genitrice. Decebat enim (inquit Ignatius) Deum non con-
 sueto, sed admirando vti partu tanquam omnium opificem.
 Unde occasionem habet commendandi omnibus castitatem,
 ob reuerentiam immaculatissimae carnis Christi. Augustinus,
 hoc argumento vtitur, Diligamus praeter omnibus castitatem, quia
 ut placere hanc sibi Christus ostenderet pudicitiam vteri virgi-
 nis elegit. Eodem modo, & magnus Leo oportuit (ait) ut
 primam genitricis integritatem, nascens incorruptio custodi-
 ret, & complacitum sibi claustrum pudoris, & sanctitatis ho-
 spitium, diuini spiritus virtus infusa seruaret quae statuerat
 delecta erigere, contracta solidare, & superandis carnis illece-
 bris, multiplicatam pudicitiam donare virtutis. Praeterea
 Christi Corpus Sacratissimum ab anima eius beata informatum
 debebat esse immortale, & dotibus quae corporibus beatis con-
 ueniunt, gaudere, ac frui celsit tamen Christus suo iuri liben-
 ter in beneficium hominum, ut posset in suo corpore, & pati,
 & pro hominibus mortem oppetere. Voluit apparere ut Paulus
 docet, in similitudinem carnis peccati, & sine vlla culpa pecca-
 ti penas assumere, & hoc est quod dicitur a Psalmista. Corpus
 autem aptasti mihi, tale ut in eo pro nobis patiatur. Quantam
 hoc a nobis exposcit gratitudinem? ut sicut ipse suis se commo-
 dis in nostram vtilitatem priuauit, & nos pro eius amore pa-
 ria aliquo modo reddamus. In hoc homo gratificabere si caro
 cum sis, spiritus fias. Anima autem Christi consideranda est
 omnibus priuilegijs excellentissime ornata, ob eam quam ha-
 bet cum Verbo coniunctionem: conuenit ei tanta puritas, ut
 nullo modo peccare potuerit, tanta sanctitas, ut merito voce-
 tur apud Daniele Christum Sanctum Sanctorum, imo ut habet
 hebraea, Sanctitas sanctitatum, tanta gratia, ut quicquid perti-
 net ad rationem gratiae ei sit collatum, tanquam principio vni-

z uersali

Ep. 10. ad
Heronem.

Serm. 9. de
tempor.

Serm. 2. de
Natiuitate.

Rom. 8.

Psal. 39.

Anima Chri-
sti quam no-
bilis.

Cap. 9.

Ioan. 10.
Marc. 16.

Hebr. 2.

Christus exemplar omnium virtutum.

Ioan. 13.

Luc. 22.

Matt. 20.

1. Pet. 2.

Coloss. 2.

Hom. 24.

in epist. ad Rom.

Li. de moral. circa finem.

De perfecta forma hominis Christiani.

ni.

plurimum valent ad confirmandam contra Iudaeos, gentiles ac haereticos fidem, & doctrinam Christi, sunt enim ut sigilla plicata, quae literis, & diplomatibus regijs adhibentur. Ideo Christus, si mihi, inquit, non creditis operibus credere: & de Apostolis dicitur, Illi autem profecti pradicauerunt vbiq; Domino cooperante, & sermopem confirmante sequentibus signis: Et ad persuadendam item sanctitatem, ac mores quos Christi doctrina docet, vnde merito Paulus ait, quomodo nos effugerimus si tantam neglexerimus salutem, quae cum initium accepisset, confirmata est, contestante Deo signis, & prodigijs. Sequitur tertium, scilicet exempla virtutum Christi.

Virtutes, & Exemplum Christi *Cap. XII*

EX Christi virtutibus debet Ecclesiae exemplum, & maiorem suadendam: afferam exempla in aliquibus. Sed primo genere loquendo optimum est proponere Christum, ut exemplar omnium virtutum illustrissimum, & vrgere ex Christi imitatione ad eas amplectendas, sic enim Christus suos discipulos hortari ad sui imitationem solebat; Exemplum enim dedi vobis, ut quemadmodum ego feci, & vos faciatis. Et cum orta esset contentio inter discipulos, quis eorum videretur esse maior, Christus hortatus est ad humilitatem suo exemplo, Ego, inquit, in medio vestrum sum, sicut qui ministrat. Et non veni ministrari, sed ministrare. Eodem modo D. Ret. hinc argumentatur, Christus passus est pro nobis, vobis relinquit exemplum, ut sequamini vestigia eius. Hoc idem est quod Paulus sapienter monet, ut exuto veteri homine, induamus nouum hominem Christum; nam ut explicat Chrys. Induere Christum non aliud est quam ipsum vndique in nobis per sanctimoniam & mansuetudinem conspicuum esse, homo enim indutus id esse videtur quod indutus est, qui Christum indutus est omnem simul in vniuersum virtutem habet quando autem Paulus dicit, induimini, vndique nos illo circumdari iubet. Idem etiam Paulus imitatorum, (ait) mei estote sicut, & ego Christi, quasi dicat, ne credatis rem ardua esse Christum imitari, nam & ego eius sum imitator. Sic argumentatur Cypri. Cum mundus oderit Christianum, quid amas eum qui te odit? & non magis sequeris Christum qui te & redemit, & diligit? Et Greg. Nissenus docet, perfectam Christi imitationem efficere posse, ut Christianus vniuersi car

cari possit alter Christus, scilicet in humilitate, patientia, charitate aliisque virtutibus quod eleganti similitudine illustrat. Quomodo in catena, qui eam qua in extremitate est curuaturam attraxerit, eas qua continenter inter se coherant, per ynam attraxerit ita quoniam Christi nomini reliqua quoque natura coherent, necesse fuerit eum qui ynum attraxerit, yna cum ipso reliqua attrahere.] Deinde descendendo ad virtutes aliquas in specie. Ad fidem poterit hortari, non exemplo Christi, qui cum Beatus in parte superiori animae Deum clara visione intueretur, non habuit fidem, sed ex eo quod Christus fidem a nobis poscebat, ad quam confirmandam multa edidit miracula, vt iam dicebamus, & laudauit fidem Cananea, o mulier magna est fides tua; ac Centurionis, Non inueni tantam fidem in Israel, & alteri dixit, Si credis, omnia possibilia sunt credenti, cuius fidei augmentum nos a Christo saepe precibus exposcere debemus cum illo, Credo Domine, adiuua incredulitatem meam; & cum Apostolis, Adauge nobis fidem. Ad spe eodem modo non exemplo Christi, quia possidebat, non sperabat, sed ex multis eius dictis factisque; Sic D. Petrus Benedictus Deus, & pater Domini nostri Iesu Christi, qui secundum magnam misericordiam suam, regenerauit nos in spem viuam, per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis, in hereditatem incontaminatam, & incorruptibilem in quo exultabitis modicum nunc si oportet contristari, vt probatio vestrae fidei multo preciosior aut inueniatur. Et infert ad spei confirmationem. Qua propter succincti lumbos vestros, sobrii perfecte sperate in eam qua offertur gratiam. Ad spem veniae peccatorum multa sunt in Christo qua inuitant, vt illud quod peccatores recipiebat, & erat cum eis, & docet se non venisse iustos vocare, sed peccatores ad poenitentiam, & alia multa qua ad hoc ipsum, & docuit, & fecit. Ad Charitatem Dei, mouet Christi erga nos immensus amor: Sic Paul. estote imitatores Dei sicut filij charissimi, & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis, Vnde inferre licet exemplo Christi perfectum amorem qui in factis magis, quam verbis ostenditur, sicut ipse fecit, Vt cognoscat mundus quia diligo Patrem, & sicut mandatum dedit mihi Pater sic facio, surgite eam. Et rursus, Meus cibus est vt faciam voluntatem eius qui misit me. Sic & nos faciamus. Item, vos amici mei eritis si feceritis qua praecipio vobis. Immensitas amoris Christi erga nos inde colligi debet, quia Christi anima perfectissimo amore

Z 3 Deum

Fides a Christo praedicata.

Matth. 15.

Matth. 8.

Marci 9.

Matth. 17.

Spes nobis comendata.

1. Pet. 1.

Luc. 15.

Luc. 5.

Eph. 5.

Amor Christi in Patrem prouocat nostrum.

Ioan. 14.

Ioan. 4.

Charitas Christi erga homines.

Deum Patrem suum amabat, & quoniam cognovit illius esse voluntatem, vt homines redimeret, & saluaret illa sacratissima anima, tota in hominum amorem, & nostram salutem procurandam conuersa est, ex illo fonte hic amplissimus fluius manauit. Vnde argumentari licet, quantum, & nos amorem ei rependere oporteat. Ad charitatem proximorum veram, exemplo Christi argumentatur Ioan. In hoc cognouimus charitatem Dei; quoniam ille animam suam pro nobis posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Vnde etiam infert aliud opus charitatis. Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necessitatem habentem, & clausit viscera sua, quomodo charitas Dei manet in illo. Et Paul. Vniquisque proximo suo placeat in bonum ad edificationem, etenim Christus non sibi placuit, sicut scriptum est, impropria impropertium tibi ceciderunt super me: & subdit, Deus autem patientia; & solatij det vobis idipsum sapere in alterutro, & addit, secundum Iesum Christum, & adhuc subdit, propter quod suscipite inimicem, sicut, & Christus suscepit nos in bonorem Dei. Et ad Coloss. Viri diligite vxores vestras, sicut Christus dilexit Ecclesiam, & tradidit semetipsum pro ea. Ad amorem inimicorum Paulus inuitat. Comendat autem Deus charitatem suam in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus pro nobis mortuus est; ergo & nos malefacientibus debemus benefacere, & B. Petrus melius est benefacientes pati, quia & Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis: Sicut, & Iuda osculum dedit, & pro crucifixoribus orauit, & discipulis petentibus contra ciuitatem Samaritanorum. Vis oremus vt veniat ignis, & consumat eos, respondit, Nescitis cuius spiritus estis, filius hominis non venit animas perdere, sed saluare. Ad zelum gloriae Dei, sicut enim Christus omnia opera sua tribuebat Patri, vt ipse ait, Pater in me manens ipse facit opera; Et, mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me; & in omnibus Patris gloriae quarebat, Ego non quero gloriam meam, sed eius qui misit me. Et alibi, si ego quero gloriam meam, gloria mea nihil est: adeoque gloriae Patris erat amans, vt dixerit zelus domus tuae comedit me, ita vt plane totus in illam videatur esse mutatus. Si Christus ita loquitur, quid ego? Ita & nos totam Deo gloriam adscribamus, vt semper cum Angelis canamus, gloriae Deo, vt nobis pacem paremus, & cum Bernardo dicat quisque. Ego omnem prorsus abiuro gloriam ne si forte usurpauero quod mihi concessum non est,

1. Ioan. 3.

Rom. 13.

Cap. 3.

Rom. 5.

1. Pet. 3.

Matth. 26

& 27.

Luc. 9.

Zelus gloriae

Patris in

Christo.

Ioan. 15.

Ioan. 7.

Ioan. 8.

Psal. 68.

Super Cant.

Serm. 13.

est, perdam merito, & quod oblatum est] lege Sermonem totum ubi hoc fusè explicat. Ad Humilitatem maxime, quia in hac peculiari quadam ratione se magistrum præbuit, ut ab eo discamus quia mitis est, & humilis corde; præsertim quod tota eius vita tanta huius virtutis nitet splendore, ab ortu primo in stabulo, ad mortem usque crucis, ut verè Paul. dicat, Christum se ipsum exinanisse; quare ad Philip. sic rectè argumentatur, Nihil per contentionem; neque per inanem gloriam, sed in humilitate superiores sibi inuicem arbitrantes, hoc argumento, quia Christus id nobis exemplum reliquit, hoc sentite in vobis (inquit) quod & in Christo Iesu, qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens; ut merito Ber. dicat, intolerabilis impudentia est, ut ubi se exinanuit maiestas, vermiculus infletur, & intumescat.] Ad Misericordiam, sicut Christus ad eam maxime etiam ut homo erat pronus, sicut cum dixit, Misereor super turbam istam: & cum vidit matrem viduam flentem filium defunctum commota sunt viscera eius ut habent Græca verba apud Lucam: & cum vidit Martham, & Magdalenam flentes fleuit, & ipse; & super Hierusalem fleuit dicens, si cognouisses, & tu; & cum duceretur ad mortem conuersus ad mulieres sequentes dixit, Nolite flere super me, sed super vos ipsas flete; Et cum referret Iudæ miserandum casum Apostolis ait Euangelista, Turbatus est spiritu Iesus; & protestatus est, & dixit, Amen amen dico vobis, quia vnus ex vobis tradet me. Ergo est maxime Christiano homine dignus, pius misericordie affectus, ad miseras hominum, tum corporum tum maxime animarum. Ad Patientiam exemplo Christi hortatur D. Petrus, Christo igitur (ait) passo in carne, & vos eadem cogitatione armamini, & infra Communi- cantes Christi passionibus gaudete, ut & in reuelatione gloriae eius gaudeatis exultates. Paulus affert exemplum Moysis qui elegit magis affligi cū populo Dei, maiores diuitias estimas opprobrium Christi, quasi dicat, elegit magis aliquid pati in figuram, vel ad imitationem Christi, quamuis ad huc Christus non venisset, quanto igitur magis post aduentum, & perfectissimum exemplum Christi, ducis, qui nos præcedit, & ad Timot. 2. Thim. 2. si commorimur (scilicet cum Christo) & conuiuemus. Christi solomonus docet quanta sit gloria, & quiddam maius cælo pati pro Christo ipsis (inquit) regijs illustrior erat Pauli carcer, ipso etiam cælo, istud forsitan (scilicet pati pro Christo) illustrius

Z. 4 etiam

Cap. 2.

Serm. 1. de Nat. initio.

Misericordia

Marc. 8.

Luc. 7.

Ioan. 11.

Luc. 19.

Luc. 23.

Ioan. 13.

1. Ep. c. 4.

Patientia.

Hebr. 11.

2. Thim. 2.

Hom. 8.

in Ep. ad

Ephes. initio.

1. Tim. 2.

etiam est quam sedere ad dexteram ipsius, honestius quam se-
 dere super duodecim Thronos.] atque ut incendium patendi
 pro Christo quo vivebatur prodar, subiungit de vinculis Pauli
 loquens. Quod si quis mihi vel coeli, vel huius catena copiam
 & optionem largitus esset, catenam hanc ego plane elegerim
 Deinde addit si aut mihi cum Angelis standum fuisset sursum,
 aut cum Paulo victo, carcerem utique peroptassem.] Et ego
 arbitror sicut nullum maius beneficium & amoris signum Deus
 dedit, quam ut factus homo pro nobis sit passus, ita nullam,
 mihi maiorem gratiam posse conferre, quam ut concedat pati
 aliquid pro ipsius amore ac gloria; Propterea Paul. ad Philipp.
 ait Vobis donatum est, non solum ut in Christum credatis, sed
 ut pro illo patiamini. Longior essem si de omnibus Christi vir-
 tutibus vellem loqui; scilicet prudentia, Iustitia, sobrietate,
 Magnanimitate, Castitate, Mansuetudine, Modestia, Benigni-
 tate, Zelo salutis animarum, Oratione ac Religione.

Cap. 1.

Mors Christi ac Resurrectio. Cap. XIIII.

Restat egressus Christi ex hac vita per crucis ac moris
 ignominiam, per Resurrectionis & Ascensionis gloriam,
 qua nunc fruatur, & in coelis & in toto terrarum orbe, ab An-
 gelis, & ab hominibus adoratus. Sit primus locus Christi
 Domini Crux & Mors. Ex hoc saepe oportebit argumenta
 elicere, ut inducantur omnes ad odium, & peccati fugam,
 quandoquidem pro eo delendo, ipse filius Dei crucem passus
 & tam ignominiosa ac graua pertulit supplicia. Nihil est
 quod magis peccati grauitatem exaggeret: Bernard. Ex con-
 sideratione (ait) remedij, periculi mei aestimo quantitatem
 sic & medicinae aestimatio, & doloris mihi, & timoris exagge-
 ratio est.] Sic D. Paulus ad Hebraeos, Crucifigentes filium
 Dei in semetipsis & ostentui habentes. Et iterum idem Paulus
 ex hoc loco argumentum ducit, hortans ne malo exemplo alii
 scandalo sint. Et peribit (ait) infirmus in tua scientia fra-
 ter pro quo Christus mortuus est? & subdit, Sic autem pec-
 cantes in fratres, & percutientes conscientiam eorum infir-
 mam, in Christum peccatis; & addit de se ipso: Quapropter
 si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in
 aeternum, ne fratrem meum scandalizem; idest, ne in Chri-
 stum peccem qui pro fratre mortuus est. Valet rursus hic lo-
 cus ut Dei, & Christi immensum amorem erga nos propona-
 mus,

Christi pas-
sio peccati
grauitatem
indicat.

Serm. 3.
de Nat.

Cap. 6.
1. Cor. 8.

Passio Chri-
sti stimulat
ad amorem.

mus, vt ad rependendum amorem vrgeamur, sicut idem Paulus affirmat, Charitas Christi vrget nos, estimantes hoc quia si vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt. Et cum Bernardo dicamus, Super omnia te mihi reddidit amabilem bone IESV, calix passionis quem bibisti, opus redemptionis nostrae: & alibi, Quanto pro me mitior, tanto mihi gratior, & quanto pro me vilior, tanto mihi charior.] Ex quo amore inferre possumus cum Paulo: Propter te mortificamur tota die, facti sumus sicut oues occisionis (sicut, & Christus pro nobis factus est). Iterum hinc licebit argumenta sumere ad inflammandos omnes, vt libenter post ipsum crucem suam amplectantur, sequanturque ducentem vt ipse monet, Qui vult venire post me, abneget semetipsum & tollat Crucem suam, & sequatur me; turpe enim est militi ducentem non sequi, quare dicamus, Nolo domine sine vulnere mori, quia te video vulneratum. Ita Paulus deponentes omne pondus & circumstans nos peccatum per patientiam curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in authorem fidei, & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit Crucem confusione contempta. Et addit, Recogitate enim eum qui talem sustinuit aduersus semetipsum contradictionem, vt ne fatigemini animis vestris deficientes, Et iterum propter quod & Iesus, vt sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est: audi quid ex hoc loco inferat, Exeamus igitur ad eum extra castra improperium eius portantes. Et alibi qui Christi sunt carnem suam crucifixerunt cum vitijs, & concupiscentijs: Et D. Peti. peccata nostra ipse pertulit in corpore suo, vt peccatis mortui iustitiae viuamus. Denique ex hoc loco innumera mysteria colligimus quae diuinissimam Dei sapientiam continent populis aperienda, ad excitandam pietatem & christianam deuotionem, Sicut Paulus & ipse faciebat, dicens, Mihi autem absit gloriari, nisi in Cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo; quasi dicat, si alij in nobilitate, in operibus, in sapientia gloriantur, ego in Christi Cruce plurimas, & grauissimas merito gloriandi occasiones reperio, & subdit, De cetero nemo mihi molestus sit, ego enim stigmata Domini mei Iesu in corpore meo porto. Et eandem sapientiam alijs loquebatur, imo nullam praeterea aliam, ita enim testatur. Non iudicavi aliud me scire inter vos nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum; quasi dicat omnia secreta mihi reuelata, in Christo crucifixo continentur. Et ibidem

2. Cor. 2.

Serm. 1.
Epiph.

Rom. 8.

Cruce Christi docet portandam nobis Crucem. Luc. 9.

Hebr. 12.

Hebr. 13.

Galat. 5.

1. Ep. 2.

Cruce Christi quam magna mysteria includit. Galat. 6.

1. Cor. 2.

dem, sapientiam autem loquimur inter perfectos, sapientiam vero non huius seculi; neque principum huius seculi qui destruantur, sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, quae abscondita est, quam praedestinavit Deus ante saecula in gloriam nostram. Quo loco Christus docet, per hanc sapientiam Paulum intelligere Christi Domini crucem: & merito, quia ut dicitur

1. Cor. 1. Verbum Crucis pereuntibus quidem stultitia est, ijs autem qui salvi sunt, id est nobis, Dei virtus est. Et infra, Nos praedicamus Christum crucifixum, Iudaeis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam, ipsis autem vocatis Iudaeis & Graecis Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam. Est certe crux Christi Signum foederis inter Deum hominesque multo significantius quam quod Deus in Gen. dixerat Noe, Arcum meum ponam in nubibus, & erit signum foederis inter me, & terram, est inquam Crux haec Christi nobilior arcus, pulchrior quam Iris, sicut enim Iris est quaedam obscura nubes, & tamen ut Poeta loquitur, mille trahit varios aduerso sole colores; Ita Crux erat quidem antea impiorum supplicium, at diuini Solis illustrata fulgoribus, trahit mille ex Christo crucifixo honorem, ac dignitatum, virtutum, & gratiarum omnium titulos. Secundus locus sit Resurrectio. Hic locus suppeditat varia argumenta; primum enim hinc colligimus gloriam Christi Domini, ut admiremur, adoremus, & laudes eius celebremus dicentes, ut habetur apud Isaiam. Quis est iste qui venit de Edom tinctus vestibus de Bosra? Iste formosus in stola sua, gradiens in multitudine fortitudinis suae: Ego qui loquor iustitiam, & propugnator sum ad saluandum. Et in Apocal. Dignus est Agnus qui occisus est accipere virtutem, & diuinitatem, & fortitudinem, & sapientiam, & gloriam, & honorem, & benedictionem. Haec autem gloria fuit Corporis Christi, quatuor suis dotibus ornata, & gloria animae quoad partem sensitiuam, quae plenissimum beatitudinis suae gaudium promeruit, & exaltatio nominis in toto mundo non solum inter homines, sed in caelo, propterea argumentatur Paulus, Humiliauit semetipsum usque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genuflectatur, Coelestium, Terrestrialium, & Infernorum; & habeat Dominium, & Regnum in toto mundo, ut dicitur in Psal. Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te: quae verba Paulus in Actibus ad resurrectionem reuocat, vnde infert, Postula a me, & dabo tibi gentes

*Christi ibi
dem*

1. Cor. 1.

3. mo

1. mo

1. mo

1. mo

cap. 6.

1. mo

1. mo

1. mo

1. mo

1. mo

1. mo

1. mo

1. mo

1. mo

1. mo

1. mo

1. mo

1. mo

1. mo

1. mo

1. mo

1. mo

1. mo

1. mo

1. mo

1. mo

1. mo

1. mo

1. mo

1. mo

1. mo

1. mo

1. mo

1. mo

1. mo

1. mo

1. mo

1. mo

1. mo

1. mo

1. mo

1. mo

1. mo

1. mo

1. mo

1. mo

1. mo

1. mo

1. mo

1. mo

1. mo

1. mo

1. mo

1. mo

hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Nec solum in terrâ, sed & in cœlo, vt ipse dixit, Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra. Vnde etiam colligimus illud, sic oportuit pati Christum & ita intrare in gloriam suam, suâ planè, quia illi debebatur ratione vnionis hypostaticæ, & tamen diuina dispensatione dilata est, ad hominum redimenda peccata, quanto magis nos non intrabimus nisi cum Christo patiamur? Deinde ex hoc loco corroboratur tota nostræ resurrectionis futuræ, materia, & spes, quia Christi Resurrectio causa est nostræ resurrectionis, vt Marthæ Christus dixit, Ego sum Resurrectio, & vita. Et Paul. Saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Idem sic arguit alibi, si Christus prædicatur quod resurrexit à mortuis, quomodo quidam dicunt in vobis, quoniam resurrectio mortuorum non est, si autem resurrectio mortuorum non est, neque Christus resurrexit; & subdit, nunc autem Christus resurrexit à mortuis, primitiæ dormientium, quoniam quidem per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum, & sicut in Adam omnes moriuntur, ita, & in Christo omnes viuificabuntur, quasi dicat, caput resurrexit, sed non sine membris, primitiæ Christus, deinde ij qui sunt Christi: nouissima autem inimica destruetur mors. Rursum hinc colligimus, quam vitam post Christi Resurrectionem ducere debeamus. Audi Paulum qui mortui sumus peccato, quomodo adhuc viuemus in illo? & subdit, quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam Patris, ita, & nos in nouitate vitæ, ambulemus, si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus, hoc scientes quia vetus homo noster simul crucifixus est vt vltra non seruiamus peccato, & alia quæ addit, ex quibus infert, Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore vt obediatis concupiscentijs vestris. Videtur Paulus à nobis eam perfectionem requirere ac sanctitatem, quam ij seruarent qui ex mortuis miraculo suscitati essent, imò qualis erit post resurrectionem beatorum, cum erunt sicut Angeli Dei, quod potest explicari accômodando virtutibus, illas quatuor gloriosorum corporum dotes. Postremò tota Christiana fides, ac religio ex hoc articulo resurrectionis potest confirmari, ideo Paulus si Christus non resurrexit, ergo inanis est fides vestra, inanis est & prædicatio nostra: hoc autem ideo est, quia vt idem Paulus ait, licet Christus crucifixus sit ex infirmitate, tamen surrexit, & vi-

Matt. 28.

Resurrectio Christi nostræ resurrectionis causa.

Ioan. 11.

1. Cor. 15.

Resurrectio nostra moralis.

Rom. 6.

1. Cor. 15.

2. Cor. 13.

& vi-

& viuit ex virtute; Et docet Christum mortuum esse ob peccata, resurrexisse autem propter iustificationem nostram, hoc est, licet Christi mors operata sit ac meruerit remissionem peccatorum; & consequenter iustificationem, quia non est peccatorum remissio sine iustificatione, tamen nisi post resurrectionem, & prædicationem mortis, & resurrectionis non iustificatus est mundus, iuxta illud, oportuit Christum pati, & resurgere à mortuis, & prædicari in nomine eius: penitentiam, & remissionem peccatorum, ad quam secuta est iustificatio: Itaque verum est mundi conuersionem totamque Christianæ religionis fidem ac titulo resurrectionis inniti.

Gloria Christi, Ascendentis, ac Iudicantis. Cap. XIV.

Tertius sit locus, Ascensio Christi & sessio ad dexteram Patris, eiusque gloria. Hinc primum eliciet Christianus orator, & colliget summam Christi gloriam & exaltationem, vt eam adoremus, & ante ipsum iubilemus, sicut Beati in caelo procedentes coram agno, cantant post eum canticum nouum: nihil enim est aliud ad dexteram Patris eleuatum esse, quam super omnia bona constitutum esse, & omnia ei subiecta, vt Paul. docet suscitans eum à mortuis & constituens a dexteram suam in cœlestibus, super omnem principatum, & potestatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen quod nominatur non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro, & omnia subiecit sub pedibus eius; tantaque est hæc Christi hominis gloriosi potestas, & gloria; vt Apost. adijciat illa verba. Cum autem dicat omnia ei esse subiecta, sine dubio præter eum qui subiecit ei omnia. Hoc autem satis clarum esse videbatur etiam si ille non diceret, quis enim nesciat Deum non posse vili rei creatæ subijci? sed hoc modo loquendi, vult innuere, nihil omnino esse, quod non ei subiectum sit, vt dixit ad Hebr. ac si cogitemus omnes cœlestes, ac terrestres creaturas, & totum simul mundum esse anulum quendam, Christi verò humanitatem esse anuli gemmam inestimabilis valoris, & precio superare totum mundum simul. Per hoc mysterium maxime Fides Catholica confirmata est primum in Apostolis, Deinde per eos in toto mundo; Audi B. Leonem; Ipsi Beati Apostoli (ait) qui tot miraculis confirmati, tot sermonibus eruditi, atrocitatem tamen Dominicæ passionis expauerant, & veritatem resurrectionis eius, non sine hæsitacione susceperant, tantum de Ascensione

sione Domini profecerunt, ut quicquid illis prius intulerat me-
 tam, verteretur in gaudium. Et subdit, tunc igitur filius homi-
 nis Dei filius excellentius sacratusque innocuit, cum in pater-
 ne maiestatis gloriam se recepit, & ineffabili modo cepit esse
 diuinitate presentior, qui factus est humanitate longinquior.]
 Rursum ex eadem gloria Christi nostram colligimus, ut Paulus
 facit: Deus autem qui diues est in misericordia, propter huius
 charitatem, qua dilexit nos, & cum essemus mortui peccatis,
 conuincit nos in Christo, & conresuscitauit, & condesere fe-
 cit in celestibus in Christo Iesu, ut ostenderet in seculis super
 uentibus abundantes diuitias gratia sue in bonitate, super
 nos in Christo Iesu. Vide quanta misericordia, quanta chari-
 tas, quanta gratia, quanta bonitas, ut dicere possimus, nostrum
 est quod ad dextram Patris sedet super omnes Angelos. Vide
 quanta nobilitas, & collige quantum in nobis uita sanctimo-
 niam, tanta exigit dignitas, ut recte idem monstret alibi si con-
 surrexisset eum Christo, qua sursum sunt quarite ubi Christus:
 est (scilicet frater noster, & caro nostra) qua sursum sunt sa-
 pientes non qua super terram. Ex hac item Christi sessione ad Pa-
 tris dextram meriti existit in nobis magna fiducia, & memores
 nos habere tale meritum, quae aduocatum, qui assistat uultui Pa-
 tris pro nobis, quid enim melius poterit? (ait Bernardus) si-
 lio Patris ostendentur latus & uulnera. Quae fiducia eo magis au-
 getur, quia scimus praesentia Christi aca esse in celo, qui non
 absit eius regimen, & praesentia ubi Ecclesia militat, quia non
 potest mentiri qui promissit dicens: Ego uobiscum sum usque
 ad consummationem saeculi. Certissimum scimus ab ipso prouenit
 requiem quae in dona Ecclesiae conceduntur, dicens Paulus
 Ascendens in caelum captiuos duxit captiuitatem, dedit dona
 hominibus, non tantum in Ecclesia prius, sed semper. Ipse
 est qui Ecclesiam regit cum suo Vicario, & Episcopis, ob id
 D. Petrus eum appellat pastorem, & Episcopum animarum nos-
 trarum. Ipse cum his qui miracula operantur adest. In Actis
 In nomine Iesu Nazareni surge, & ambula. Cum sacerdoti-
 bus baptizati. Nunquid Paulus crucifixus est pro uobis, aut in
 nomine Pauli baptizati estis? Cum Confessarijs ipse peccata
 remittit, cum sacerdos non nisi ut ministrat, eius autoritate
 sanatur. Cum Pradicatoribus loquitur, qui legati sunt Chri-
 sti, ut Paulus ait an experimentum queritis eius qui in me loqui-
 tur Christus? Ipse confert gratias, per Sacramentorum colla-
 tionem; Ipse uisitat per inspirationes, communicat consolatio-
 nes;

Ex Christi
 sup
 Eph. 2.
 Ex Christi
 Ascensione &
 gloria manet
 etiam nostra
 gloria. 1. Cor. 13.
 1. Tim. 3.
 1. Tim. 3.
 Coloss. 2.
 Eudicia erga
 Christum.
 Heb. 9. iam
 1. Tim. 3.
 1. Tim. 3.
 Matt. 28.
 A Christo
 proueniunt
 magna dona
 in Ecclesia.
 Ephes. 4.
 1. Pet. 2.
 Actor. 3.
 1. Cor. 1.
 2. Cor. 13.

nes; Denique Christus est in tota Ecclesia omnia in omnibus; Vide quanta gratitudine respondere nos oporteat tam munifico benefactori, & Regi tanta maiestatis, & tanta in nos charitatis: Post omnes alios locos vitimus si fecimus Christi aduentus ad iudicium vniuersale. Ex quo primum argumenta sumi possunt ad Christi maiestatem agnoscendam, quoniam qui in tanta humilitate venit in primo aduentu, in secundo venturus sit cum potestate magna, & maiestate tanta, vt dicatur sint iupij montibus, cadite super nos, & abscondite nos a facie sedentis super thronum, & ab ira Agni, vnde Paul. Omnes stabimus ante tribunal Christi, scriptum est enim, vno ego dico Dominus quoniam mihi flebitur omnes genti. Quae maiestas Christo debetur ob suam humilitatem, & passionem, ideo idem hoc mortuus est & resurrexit, vt & viuentium, & mortuorum dominetur. Et ipse Christus Dominus, dum proximus morti coram impio iudice adstaret, dixit videbitis filium hominis venientem in nubibus cum potestate magna, & maiestate. Deinde hinc argumentari licebit, quod maxime debeamus, & timere Christum, & amare: Ad timorem excitant scripturae saepe, Ioan. in Apoc. Timete Dominum, & date ei honorem, & gloriam, quia venit hora iudicii eius. Et iterum in flamma ignis dantis vindictam iis qui non nouerunt Deum, & non obediunt Euangelio. Et apud Malachiam, ecce dies veniet succensa quasi caminus, & erunt omnes superbi, & omnes facientes impietate stipula, & inflammabit eos dies veniens dicit Dominus exercituum, qua non relinquet eis radicem, & germen. Item ad amorem, & fiduciam boni animantur, vnde subdit idem Malachi ibidem, & orientur vobis timoribus, nomen meum sol iustitiae, scilicet Christus, qui sicut sol faciet diem gloriae clarissimum, & sanitas in penis eius, id est in alis ob supernam Christi agilitatem, qui perfectam salutem animae, & corporis bonis exhibebit. Quare recte subditur, egredimini, scilicet de sepulchris, vos timentes nomen Domini, & salietis, ob dotem agilitatis iam liberati a mortis vinculis, salietis inquam de sepulchris ad montes viuentium caelestes. Sic Paulus de reliquo reposita est mihi corona iustitiae quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex, non solum autem mihi, sed & his qui diligunt aduentum eius. Ad patientiam, & longanimitatem in aduersis hortatur D. Iacobus. Patientes igitur estote fratres vsque ad aduentum Domini, & affert exemplum agricolae expectantis fructum laboris, & subdit, ecce iudex ante ianuam afficit. Denique oportet ex hoc

Ex Christo iudice quae argumeta sumamus.

Apoc. 6. Rom. 14.

Ibid.

Matth. 26.

Christus iudex, qualis erit ga bonos & malos.

2. Theff. 1.

Mal. c. 4.

2. Timot. 4.

Cap. 5.

Christi iudicis aduentu hortati omnes, vt ad hunc eius aduentum parati sint, nec illi malo seruo similes inueniantur, qui dicebat, moram facit Dominus meus venire, & vacabat ebrietati, & conseruus percutiebat; sed ex improviso adueniens Iudex, posuit partem eius cum hypocritis in stagno ignis, & sulphuris: Et hoc est illud Pauli; Si nos ipsos diiudicaremus, non utique iudicemur a Domino. Denique ad opera misericordiae maxime hic locus valet, cum in his praecipue, Iudex nos examinaturus sit, & secundum ea sententiam laturus.

Matth. 24.

1. Cor. 11.

Matth. 25

Nomen Christi, & Iesu, & Christianorum. Cap. XV.

Quoniam haec pars quam modo tractamus de Christo copiosa est factis, ac summi momenti, non praeteribo, & alios locos, & admodum graues. Sit ergo hic primus locus Christi nomen, quod Graece ab vnctione sumptum est, ipse autem Saluator noster, tanquam Rex, ac summus Sacerdos vnctus est, non quidem vnguento materiali, sed Spiritu sancto, sicut ipsemet Christus de se apud Isaiam testatur, Spiritus Domini super me, eo quod vnxit me, & apud Daniele dicitur vnctus ut Sanctus Sanctorum, & de eo canit Psalmista, vnxit te Deus, Deus tuus oleo latitiae. Hinc argumentum sumitur, quomodo post Christum currere debeamus, suauitatis eius mira fragrantia tracti, & alleci, quemadmodum teste D. Basilio, solent columbae, aliam sequi columbam, vnguento quodam ipsis grati delinitam, & poterit anima, quae eius odorem praesenserit, post eum clamare, trahe me post te, curremus in odorem vnguentorum tuorum, Haec autem sunt illa vnguenta, vt D. Bernardus explicat, quorum fragrantia maxime delectatus dicebat D. Paulus qui factus est nobis a Deo, Sapientia, Iustitia, Sanctificatio, Redemptio. Secundo a Christo vncto argumentari oportet, nos qui Christiani a Christo dicimur, tanquam vncti, debere de eodem Christi spiritu participare, prout recte Paulus ratiocinatur, qui Spiritum Christi non habet, hic non est eius, & D. Iohannes; Vos ait, vnctionem habetis a sancto, & nostis omnia, hoc est, a Christo Spiritum habetis qui docet vos, & vt eandem vnctionem conseruemus subdit, Vnctionem quam accepistis ab eo maneat in vobis, & Vnctio eius docet vos de omnibus. Hanc autem vnctionem, & sperare a Christo, & precibus impetrare debemus, siquidem hic ipse spiritus, est sicut vnguentum quod descendit vt dicitur in Psal. primum quidem

Christus vnctus qua vnctione.

Isa. 61.

Dan. 9.

Psal. 44.

Cant. 1.

Serm. in

Cant. 10.

Et 12. It

in festo S.

Magdal.

Rom. 8.

Ex Christi

vnctione qd

colligitur

pro nobis.

1. Ioan. 2.

Psal. 132.

in ca-

in capite Christo copiosissime, Deinde in barbam Aaron, qui sunt Apostoli Christo propiores, in quos hoc Spiritus sancti unguentum effusum est (vt ait quædam glossa in Paul.) & tempore prius, & cæteris abundantius, tum verò in totum corpus descendit, per omnes status, vsque ad oram vestimenti eius. Itaque nulli Christus de suo unguento negat, modo fit capax, & Christi nomen veneretur, & colat; sicut magnus ille Constantinus hoc nomen venerabile, duabus descriptum literis, vt ei Deus in visione monstrauerat, semper in galea, & in labaro, quod erat eius vexillum deferebat. Ex eodem fonte manat, vt non solum Christianus, hoc perfundatur odore ipse; sed in alios quoque diffundat verbis, & exemplo, vt Paulus faciebat, cum dicat: Christi bonus odor sumus; Toph. in hæc Pauli verba adijcit: Velut acerra sumus regia, & quocumque abierimus, odorem spiritualis unguenti circumferimus, cognitionis videlicet Dei, in omni loco, homines bono suffectu afflamus. Secundo, Nomen Christianorum quo gaudeamus, & gloriamur, monet præterea nos, vt Christo Domino grati simus, eique tam arcto vinculo uniamur, vt pro eodem mortem oppetere, parati simus. Audi Chris: Non principis, non terrenæ alicuius potestatis, non Angeli, non Archangeli, sed ipsius omnium Regis nomine appellari dignati sumus. In hoc nomine gloriabatur, & pro hoc moriebatur, eximius, martyr Diaconus nomine Sanctus, vt refert Euseb: qui cum examinaretur, de suo suæque familiæ nomine, de patria, de statu, libertate, an seruus esset, ad singulas interrogaciones vnus hoc respondebat Christianus sum, Eodemque Eusebio teste, Blandina martyr in ipsa fidei confessione, & inter tormenta, ex hoc eodem nomine sæpius repetito, vires reficiebat, Et prolatio horum verborum Christiana sum, & apud nos nihil sceleris admittitur, erat ei dolorum summa leuatio, & fomentum. D. etiã Nazianzenus, de se & Sancto Basilio loquens, cum alijs (inquit) alia quadam cognomenta sint, vel à parentibus accepta, vel ex proprijs comparata studijs, nobis magna res, & magnum nomen erat, Christianos esse, & nominari, atque ea re magis efferebamur, quam Gyges, palæ, anuli cõuersione (si tamen hoc fabulosum non esset) per quam Lydios, tyrannide occupat. Ex hoc nomine Christianorum, optimè noster Orator vrgeret, omnes Christianos poterit, vt huic nomini vita, moribusque respondeant; Ita docet Gregorius Nisi: Christianismus ait est imitatio diuinæ naturæ; Si igitur Christianus es; Christum Deum imi-

Baro. to. 3.
Ann. Christi
312.

2. Cor. 2.

Christianorum
nomen vrget
nos ad sancti
tatem.

Hom. 8. in
Ioan. circa
finem.

1. 5. hist. Ec
cles. c. 1.

In Orat. de
S. Basil. fu
nebris.

Tract. de no
mine & pro
fessione Chri
stiani.

imitare; noli vacuum ferre nomen, atque inane, sed plenū, tanti
 rēfuram nominis imple, imple inquā operibus nomine dignis] &
 ibidem, Si quis nomen Christi sumens quæ vna cum hoc no-
 mine considerantur vita non exprimat, is nomen ementitur, per-
 sonam in animam humanā figuræ conformatam, & assimilata[m]
 finitæ apponens.] Ita, & Procopius in Isa. philosophatur in
 illa verba, vocabitur tibi nomen nouum quod os Domini no-
 minauit, & eris corona gloriæ in manu Domini, & diadema
 regni in manu Dei tui, quibus, Ecclesiæ, mutato nomine pro-
 mittitur eam futuram coronam gloriosam. Cum igitur Chri-
 stiani nominis appellatione veluti corona redimiti simus, co-
 ronam opus est fulgentibus margaritis, & ardentibus, velut
 pyropis splendere Chryf. Propterea Christianus es, ideo nomen
 hoc accepisti, vt Christum imiteris, eiusque legibus operum
 exhibitione pareas, & alibi. Nemo profectò (ait) gentilis esset,
 si ipsi vt oportet Christiani esse curaremus, nemo ita esset fera
 bellua, vt non statim ad cultum veræ religionis accurreret.]
 Denique ex hoc nomine omnes debet concionator hortari, qui
 christiana professione censentur, (vt orat Ecclesia) & illa re-
 spouere, quæ huic inimica sūt nomini, & ea quæ sunt apta sectari.
 Tertio Nomen Iesu dulcissimum, multa, & optima Oratori
 Christiano argumenta profert, Ipsum namque est quod fidem
 excitat, vt hoc vnico prolato nomine, totius fermè fidei, con-
 fessionem promamus, omnia mysteria, quæ ad Iesum pertinent,
 & credentes, & confitentes, est enim hoc nomen, perinde vt li-
 bri titulus, virtute omnia continens, quæ in eo libro traduntur.
 Continet plane hoc nomen, omnia quæ de Christo à prophetis
 afferuntur nomina, vt bene considerat D. Ber. ac propterea,
 totam Christi mysteriorum seriem, & æconomiam amplectens
 vt dicatur Iesus sicut Isaias prædicat, Admirabilis, maxime in
 Incarnatione, Consiliarius in prædicatione, Deus in miraculis,
 fortis in passione, in qua Iesus inermis; ad insidus hostes debel-
 lanit. Pater futuri sæculi in Resurrectione; & princeps pacis,
 in Ecclesiæ militantis regimine, & multo perfectius in cælesti
 Hierusalem. Rursum hoc nomen ad fiduciam animat, & spem,
 si enim ex nomine ac suo munere salutem Christus proficitur
 ac promittit, quid ni confidam eius ope, ac virtute, salutem
 me consequuturum, modo nè sim ei aduersarius, vt merito pos-
 simus illud Isaiæ canticum concinere. Vrbs fortitudinis nostræ
 Sion, Saluator ponetur in ea murus, & antemurale. Ad amō-
 rem inflammat, quis enim salutem suam, & suum non amet Sal-

Orat. 5. in
Iud.

Hom. 10.
1. Tim.

Iesu nomen
quā illustre.

Serm. 10.
ex paruis.
Isa. 9. ai

Iesu nomen
ad quas vir-
tutes nos pro-
uocet.

Isa. 26.

A a uato-

In Ps. 102 uatorem, audi Augustinum. ligari se volunt homines, & secari, daturi pro incerta sanitate, & certum dolorem, & magnam mercedem, Deus te quem fecit, & certus curat, & gratis.]

1. Cor. 10. Dirigit rectam intentionem, sicut Paulus docet omnia in hoc nomine Iesu facienda, hanc doctrinam bene explicat Chris. Si enim inquit consulum nomina securitatem literis addunt, multo magis Christi nomen. Igitur, in nomine Domini omnia facias, & prosperè succedent omnia ista discamus non solum verbo, tenus; Sed & ipsis operibus adimplere.] Est excitamentum, Humilitatis, quia dum salutem à Iesu & speramus, & petimus, nostras iterum, & miseras & morbos; ac peccata, & confitemur, & accusamus; & tanquam medico nos ipsos offerentes, malorum nostrorum ab eo remedium expectamus. Est ad Deuotionem stimulus, ut sicut ipse in mei beneficium, ac salutem se ipsum, mihi totum tradidit, Ita & ego eius totus sim, qui totus factus est meus, & dulcescat cor meum, & labia mea in hoc suauissimo nomine, quemadmodum B. Franciscus tantum cordis dulcedine recreabatur, dum illud proferret, ut etiam labia lingeret, ut ij faciunt qui dulcissimum aliquid ore gustarunt. Gratiudinem docet, quam ei pro tanto salutis beneficio debemus, praesertim si attendamus, quanto pretio ei nostra hoc salus consistit; Siquidem, ut rectè Bern. habet, quando me crederit, dixit, & facta sunt, cum me redemit, dixit multa, fecit mira, pertulit dura. Prouocat ad Obedientiam, quia hoc sibi tam magnum nomen, ipsum promeruisse ex obedientia Paulus affirmat, quia nempe factus est obediens usque ad mortem; donauit ei Deus pater nomen, quod est super omnem nomen: Imitat ut in omni necessitate ad hoc sanctissimum innocendum nomen tanquam ad sacram anchoram confugiamus, Audi Bernat. Cui (ait) in periculis palpitanti, & trepidanti, inuocatum virtutis nomen non statim, fiduciam praestitit, depulit metum, cui in aduersis diffidenti, iam iamque deficienti, si nomen adiutorij sonuit, defuit fortitudo.] Denique hoc sacratissimum Iesu nomen, omnem planè Christianam edocet perfectionem.

1. Cor. 1. D. Paul. ad vnionem, ac perfectionem, hoc titulo urget. Obsecro ait per nomen Domini nostri Iesu Christi ut id ipsum dicatis omnes & non sint in vobis schismata, sitis autem perfecti in eodem sensu, & scientia, quasi dicat per hoc gloriosum nomen vos adiuro, cui tantum debetis, qui est Princeps pacis ac salutis qui inimicitias in corpore suo interfecit, qui à vobis hoc merito exposcit ut perfecti sitis hoc est interius, exteriusque vniti.

vnti. Bernar. etiam cum nomino, inquit, Iesum hominem mihi propono, mitem, & humilem corde, benignum, sobrium, castum, misericordem, omni denique sanctitate, ac honestate conspicuum, eundemque ipsum Deum, qui suo me exemplo sanet, ac roborat adiutorio. Sumo itaque mihi exempla de homine, & auxilium a potente.] Lege totum huius doctoris melliflui sermonem, si vis suavi Iesu oleo impinguari.

Loco citato.

Nobilitas Christiana. Cap. XVI.

Maxima est planè nostra nobilitas, qua parte Christiani sumus, & à Christo nobilitati, Ideoque requirit à nobis, conditiones admodum viro nobili dignas, ne à tanta nobilitate quis degeneret, & Christianæ dignitati, infamiâ incurat. Hanc ergo, Christianus Prædicator aliquando proponat, ostendatque esse planè diuinam, diuino ortam semine, ex Christo scilicet vero Dei filio, qui nostram assumpsit, adeoque extulit naturam, vt non frustra, & vane gloriemur, sicut illi heroes faciebant, quos poeta ex Dijs fingunt ortos, ex quibus illius inanis erat gloriatio, & fabulosa, iactantis, Et mi genus ab Ioue summo; Nos autem Deum omnipotentem, patrem asserimus, & Christum fratrem nostrum, vt ipse dignatus est dicere. Nunciatibo nomen tuum fratribus meis, & ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum, Deum meum, & Deum vestrum: scilicet accepta ab ipso verbo, vt Ioan. scribit potestate, vt filij Dei fieri possimus, non ex sanguinibus neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, idest non ex terreno sanguine, aut terræ familiaris nati, sed ab ipso Deo, in diuinam familiam nos adoptante, ex Baptismo, aquis salutaribus renati, deposita, primi parentis imagine, in Dei ipsius nobilitatem transimus: hoc etiam totum ex eo quod idem subdit, nascitur, Et verbum caro factum est, vbi copula illa (&) causalis est, quasi dicat, Tota hæc nobilitas Christiana ex eo habet principium quia scilicet Verbum est factum caro, ex hoc autem facile est aduertere, quales in Christiano viro virtutes, quam eximia, quam heroicæ requirantur, earumque actiones nequaquam communes sed singulares, à Deo profectæ, ad Deum ordinatæ, politis virtutibus quas philosophi agnouerunt longè superiores, nã morales quidem humano studio partæ, Christianæ, diuino spiritu infusæ, illæ adumbratæ quædam virtutes respectu nostrarum sunt, non stræ vero solidæ ac perfectæ, Hoc significat D. Paulus cum ait.

Nobilitas Christianorū vera coram Deo p Christum.

Psal. 21. Heb. 2. Ioan. 20. Ioan. 1.

Nobilitas Christiana ad magnas virtutes nos proddicat.

Tit. 2.



Comment.
in Tit. l. 1.
Hom. 2.

de Christo vt mundaret sibi populum acceptabile, idest secundum Hieron. peculiarem, sectatorem bonorum operum, gratie habetur zelotem idest æmulatorem, vbi Chriost. Vides ait, vt non simpliciter, à nobis, opera virtutum exiguntur, addit namque Paul. æmulatorem hoc est, magna cum alacritate, atque studio virtutum opera capessentem.] possunt autem Christianis, aliquæ virtutes proponi, quæ nobilissimorum sunt propriæ virorum, cuiusmodi sunt, quæ ad cõunitatis bonum tendunt, qualis est Christiana iustitia, quæ non modo, nulli est iniuriosa, sed omnium potius innocentiam tuetur, ideoq; viros Christianos, vt hanc teneant iustitiam erga omnes, oportet perturbationibus non agitari, terrenas opes non magni facere, ac dignitates, mentes non humi defixas habere, sed æterna, & diuina magis suspicere, nulla libidine trahi, non cupiditatibus seruire, sed dominari: Odio, non nisi contra iniquitatem moveri, maledictis irritâtes, non ad vindictam ferri, sed misereri potius inimicis, pro malis beneficia rependere. Talis est plerumque Christianorum Illustriũ nobilitas: Liberalitatem item ac Eleemosynarum largitiones amplectantur, tam spiritualium, quam corporalium, vt merito illud de tota hac Christianorum familia illustrissima, prædicetur quod in Act. habetur multitudinis credentium, erat con vnũ, & anima vna, Nec erat inter eos egens, & illud ad Coloss. Vbi non est gentilis & Iudæus, circumcisio, & præputium, barbarus, & scythæ, seruus, & liber, sed omnia, & in omnibus Christus. Adde fortitudinem, ac generosam quandam magnanimitatem, nostris, secundum hanc nobilitatem, valde esse propriam, quæ non ad opes, non ad humanam gloriam sui nominis, sed ad fidei dilatationem, summi Dei gloriam, Christi nominis exaltationem, æterni regni consequutionem tendit, Huius fortitudinis innumerabilia habemus, virorum, atque adeo mulierum, ac virginum exẽpla, in tot inuisibilis martyribus, qui inter tot grauissima tormentorum genera, à tot Imperatorum crudelissima tyrannide, nunquam vinci nunquam flecti potuerunt, sed patiendo superabant, moriendo vincebant, vt non immeritò tam inuicta fortitudo per Carbunculum significetur, inter ignes positum, multis circũ exuffantibus follibus, additis illis verbis, Semper idem, vel potius semper pulchrior. Quod si talibus splendet virtutibus Christianorum nobilitas facile apparet, quam longè eos oporteat esse ab omni vitiorum labe, ac turpitudine præsertim libidinis, avaritiæ, avaritiæ sordibus, timiditatis, & ignauiæ nauo, denique omni re quæ

re quæ degeneres ignobilesque animos significat, Huc verba Pauli tendunt cum ait ut sitis sine querela, simplices filij Dei sine reprehensione, in medio nationis pravae, & peruersae, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo verbum vitae continentes, & tales vult idem Paulus nos esse, ut qui ex aduerso est, veniat nihil habens dicere de nobis, quales D. Petrus describit Christianos cum ait. Vos estis genus electum, regale sacerdotium, quia, & reges, & sacerdotes vngentur, Christianorum autem genus vtrumque habet per Christum ut Ioan. ait fecisti nos Deo nostro regnum & Sacerdotes, quo titulo monemur, ut & omnibus animi cupiditatibus dominemur ut reges, & spirituales hostias offeramus Deo nosmetipsos scilicet, tanquam Sacerdotes, ut Paulus monet, hostiam sanctam, viuentem, Deo placentem rationabile obsequium nostrum, & subdit D. Petrus Gens sancta; populus acquisitionis, ut virtutes annuntietis, non qualescunque, sed eius, qui vos de tenebris vocauit, hoc est de obscurissima generis nostri progenie in admirabile lumen suum, ut ex abiectione sortis hominibus, inter caeli ciues, & beatissimos spiritus annumeremur, agnoscentes, caput & radicem totius nobilitatis nostrae Christum omnium Angelorum regem, ad dexteram Dei patris confedentem, & confedere nos facientem.

Testamentum nouum, & Euangelium Christi.
Cap. XVII.

Vox Testamenti, idem plane significat, quod pactum, ubi-
cunque septuaginta interpretes, in hebraeis codicibus in-
uenerant vocem Berith, quæ fœdus, & pactum significat ipsi
verterunt id est testamentum. Ex qua voce hoc primum
sumitur argumentum, teneri nos, ad perfectam illius fœderis
obseruationem, quod nobiscum Deus iniit per Christum; ut
videlicet, sit nobis, multo perfectius, quam unquam alias Deus,
nostrus Deus, nos vero ei populus, peculiaris, & maiori cum eo,
astringamur vinculo, quam in veteri lege sicut Deus per He-
braeos: promiserat. Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & feriam
Domui Israel, & domui Iacob fœdus nouum, non secundum
pactum quod pepigi, cum patribus vestris, & hoc erit pactum
quod feriam, dabo legem meam in visceribus eorum; & in cor-
de eorum scribam eam, & ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi
in populum. Secundum argumentum, quia est testamentum
nouum, novos requirit homines, ut nouum hominem, iuxta

A a 3 Pau-

Phil. 2.
Tit. 2.
1. Pet. 2.
Apoc. 5.
Rom. 12.
Cap. 8.
Cap. 3.

Eph. 4. Paulum induamus, qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. Quare bene argumentatur Chryso-
Testamentū nouū nouos homines requirit.
In 2. ad Cor. Hom. 11. dicam omnia noua sunt. Greg. etiam eodem modo. Nouns homo (inquit) venit in mundum, noua præcepta dedit mundo, & vitæ nostræ veteri, contrarietatem opposuit nouitatis suæ.]
Hom. 32. in Eccles. initio. Tertium quia hoc testamentum nouum, est filiorum proprium & Amoris, sicut vetus erat magis seruorum ac timoris, à nobis non nisi amoris ac filiorum Spiritum postulat; August. breuissimam, & apertissimam differentiam duorum testamentorum est Timor, & Amor, in illo sunt onera seruorum, in isto gloria liberorum: nam veteri homini fugienti apposuit Dominus quod timeret, & nouo redeunti tãquam pater quod amaret.] & apertè Paulus post allatam allegoriam Saræ & Agar hæc inquit sunt per allegoriam dicta, & significant duo testamenta vnum in seruitutem generas alterum filiorum; Ex quo infert itaque fratres non sumus ancillæ filij, sed liberæ, qua libertate Christus nos liberauit & addit, in libertatem vocati estis fratres, modo ad libertatem in occasionem detis carnis, sed per charitatem spiritus seruite inuicem, Charitas, & spiritus bonus, sunt vera filiorum libertas, hoc argumento etiam vtitur ad Rom. Nota accepistis spiritum seruitutis, iterum in timore, sed filiorum Dei, in quo clamamus Abba pater. Quartum argumentum ex eodem hoc loco sumetur, vt hortemur ad maiorem seruitutem in bonis operibus Christianos, eo titulo, quod antiqui testamenti Patres, non poterant adhuc cœlum ingredi, & ad vltimum suæ beatitudinis finem peruenire, nobis vero, iam patet cœlorum ianua, quoniam Christi sanguis vt Hiero. loquitur Clavis fuit paradisi, dicente Christo ad Iatronem Hodie me cœlis in Paradiso. Hoc argumentum vrget Paulus post allatum Hieremiæ locum de nouo testamento subdit. Habentes itaque fratres fiduciam in introitu sanctorum, in sanguine Christi, qui initiavit nobis viam nouam & viuentem, per velamē id est carnem suam, & sacerdotium magnum, super domum Dei, accedamus cum vero corde in plenitudine fidei, aspersi corda, conscientia mala, & abluti corpus aqua munda, teneamus spei nostræ confessionem indeclinabilem, fidelis enim est qui reponit, & consideremus inuicem in prouocationem charitatis, & bonorum operum, non deserentes collectionem nostram
 id est

Cap. 8.

Epist. 129 ad Dardanium.

Cap. 31. Hebr. 10.

id est congregationem. Addamus cum hoc alium locum, qui est Evangelium, seu lex Evangelica. Vox Evangelij Græca, significat bonum nuncium, quia magna quedam nobis promittit cælestia, & æterna, nequaquam terrena, & caduca; Ex hoc loco multa habet Evangelicus præco, quæ colligat ad docendum, ad monendam. Nam primò ipsa vox Evangelij, ac boni nuncij animos nostros erigit, ac planè exhilarat, ut agnoscamus gratiam nobis à Deo concessam. Audi Chrysostomum, ubi docet, idè hanc Matthæi historiam Evangelium dici, quia veniam peccatorum, sanctificationem ac iustitiam, redemptionem, adoptionem filiorum, & cælorum hereditatem, & cum Dei filio fraternitatem omnibus nunciavit, nunc quid potest aliquid, his æquale esse, tam bonis nuncijs? quasi omnia alia, verba inania, doceantur, quibus præsentia hæc bona promitti solent, ut divitiarum copia, honores, principatus. Audi verò Isaiam, nos excitantem, Confurge, confurge, induere fortitudine tua Sion, induere vestimentis gloriæ tuæ, Hierusalem ciuitas sancti, excutere de puluere, confurge, sede, & paulò post, propter hoc sciet populus meus nomen meum in die illa, quia ego ipse qui loquebar ecce adsum, & statim, Quam pulchri (ait) super montes sunt, pedes annunciantis & prædicantis pacem, annunciantis bonum, prædicantis salutem, dicentis Sion, regnabit Deus tuus, gaudete, & laudate simul deserta Hierusalem, quia consolatus est Dominus populum suum, redemit Hierusalem. Ex quibus etiam infert, Recedite, recedite scilicet à malo, pollutum nolite tangere, mundamini qui fertis vasa Domini: hæc ad clericos peculiariter dicuntur. Ex quibus intelligimus, quanta reuerentia verba Evangelij exosculari debeamus, etiam ipsum librum ut facit sacerdos in Missa. Chris. ita argumentatur contra iurantes: Si Euangelium ait capere oporteat manibus lotis, & cum multa reuerentia & religione tremens, ac timens sumus, Evangelij vero dominum temerè lingua passim versas? Secundo Lex nostra dicitur lex gratiæ, & charitatis, & merito, quia lex non solum significat dictamen rationis in intellectu, sed ipsam etiam voluntatis propensionem quæ ad opus impellitur, & hæc planè voluntatis propensio maioris efficacitæ est quam intellectus dictamen. Dicitur verò nostra lex gratiæ quia non solum præcipit ut lex Moysis sed confert etiam per sacramenta gratiam, quam omnes qui voluerint consequi sine vilo dubio poterunt. August. lex, inquit, data est ut gratia quæreretur.

Vox Evangelij quid importet.

Hom. 2. in Mat.

Cap. 5.

Hom. 7. ad pop. Ant.

Euangelium lex Gratia.

Lib. de Spiritu & litter. c. 19.

A a 4 gratia

gratia data est vt lex impleretur; neque enim suo vitio non implebatur, sed vitio prudentie carnis, quod vitium per legem demonstrandum, per gratiam sanandum fuit.] Ex hoc bene hortari nos ipsos, & alios possumus ad euangelicæ legis integram obseruationem, quandoquidem gratia, & charitas quæ in nostra lege conferuntur, facilia omnia reddunt, ac suauiter etiam difficilia, proptereaque dicitur nostra lex iugum suauis, & leue onus. Hoc est Augustini argumentum, Aut enim (ait)

Matt. 11. quisque non diligit, & ideo graue est, aut diligit, & graue est non potest.] Et rursus certum est (inquit) nos facere cum facimus, sed ille facit vt faciamus, prebendo vires efficacissimas voluntati, qui dixit, faciam vt in iustificationibus meis ambulatis & iudicia mea faciatis.] Et alibi hæc sarcina non est potius onerati, sed ata volaturi, habent aues peninarum suarum.

Li. de nat. & Grat. Argumentum ergo est, adfit charitas & gratia, & facili negotio, totam legem obseruabis. Confirmatur hoc argumentum, quia lex nostra Euangelica, consummatio est & abbreviatio legis antiquæ vt apud Isaiam dicitur, & tota in præcepto charitatis concluditur, vt rectè August. affirmet dilige, & fac quod vis & Hieron. in Isa. 10. in illa verba, & non adijcet residuum

cap. 69. Israel & c. pro cunctis legis caremonijs, dedit Deus præceptum dilectionis, & fidei vel vt loquitur Tertull. præceptum à legis lacinosi oneribus expeditum.] Et hinc Paul. rectè argumentatur, & infert Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Tertio dicitur & lex spiritus, ita sæpius à Paulo vsurpatur, colligit ex hoc, quam debemus esse ab omni peccato immunes, lex, inquit, spiritus vitæ in Christo Iesu, liberauit me à lege peccati, & mortis, nam quod impossibile erat legi in quo infirmabatur, per carnem, Deus filium suum

Lib. de grat. & li. arb. c. 16. mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, vt iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum, & paulo post subdit, Vos autem in carne non estis, sed in spiritu, si tamen spiritus Dei habitat in vobis, & inde infert argumenti conclusionem, Ergo fratres debitores sumus potius carni vt secundum carnem viuamus, si enim secundum carnem vixeritis moriemini, si autem spiritu facta carnis mortificaueritis viuetis, quicumque enim spiritu Dei aguntur, hi sunt filij Dei. Præterea quia est lex spiritus, collige maxime interiorem

Ezech. 36. hominem reformandum esse, & internæ perfectioni, in noua lege

Serm. 22. de verb. Ap. Lex Euangelica consummatio veteris.

Li. 4. adu. Martionē. initio.

Gal. 6. Rom. 8. Euangelium lex Spiritus.

Li. 4. adu. Martionē. initio.

Gal. 6. Rom. 8. Euangelium lex Spiritus.

Li. 4. adu. Martionē. initio.

Gal. 6. Rom. 8. Euangelium lex Spiritus.

Li. 4. adu. Martionē. initio.

Gal. 6. Rom. 8. Euangelium lex Spiritus.

Li. 4. adu. Martionē. initio.

Gal. 6. Rom. 8. Euangelium lex Spiritus.

Li. 4. adu. Martionē. initio.

Gal. 6. Rom. 8. Euangelium lex Spiritus.

Li. 4. adu. Martionē. initio.

Gal. 6. Rom. 8. Euangelium lex Spiritus.

Li. 4. adu. Martionē. initio.

Gal. 6. Rom. 8. Euangelium lex Spiritus.

lege maxime vacandum, ex qua externa compositio, & virtus
 tota manare debet. Quarto lex Evangelica nobis maio-
 rem virtutum perfectionem exigit, & altiora, quaedam,
 non solum supra naturam legem, sed & Moysi, unde curan-
 dum est, Oratori Evangelico, ut intelligant Christiani omnes,
 ad maiorem, quam alios, perfectionem teneri, Cui enim mul-
 tum datum est multum ab eo exigitur. Audi Paulum, Cum es-
 sem paruulus loquebar, ut paruulus, scilicet in antiqua lege,
 cum autem factus sum vir, in lege scilicet Evangelij, euacuavi,
 quae erant paruuli. Ad hoc caput multa tendunt ex his quae
 Dominus noster, in sermone quem habuit super montem, edifi-
 ferit, ubi primo loco, octo propositiones, quas titulo, beati-
 tudinum insigniuit, nobis proponit totius Christianae perfectionis
 summam continentis, Deinde multa legis antiquae praecpta
 perficit, Audistis quia dictum est antiquis, Non occides, Ego
 autem dico vobis non irasci. Audistis quia dictum est, Diliges
 proximum tuum. Ego autem dico, Diligite inimicos vestros,
 & alia huius generis, & addit Estote ergo perfecti sicut, & pa-
 ter vester caelestis perfectus est. Nec animos despondeamus, si
 magna nobis quaedam praecipiantur quia ipsummet Evangelium,
 vires addit, est enim Evangelium Virtus Dei Graeco habetur
Evangelion id est potentia, quae datur, ut ibidem dicitur, in salutem
 omni credenti, & ad iustificationem hominis; Iustitia enim
 ut ibidem subditur, in eo reuelatur, quia scilicet iustificamur
 non ex operibus legis, neque ex vi liberi arbitrij, sed per fidem
 in Christum. Quinto denique ex hoc loco, occasionem sumat,
 Orator, auditores suos monendi, ut in magno pretio, & reuer-
 entia, verba Evangelij habeant, & legis Evangelicae observa-
 tionem exactissimam teneant. Tum ratione ipsius legislator
 ris Christi, qui multis titulis, hoc a nobis iure exigit. Tam-
 quia potest etiam, & poenas infligere transgressoribus, &
 praemia aeterna reddere obseruantibus. Audi Paulum, Patres
 quidem carnis nostrae eruditores habuimus, & reuerbamur
 eos, non multo magis obtemperabimus, patri spirituum, &
 vinemus. Tum propter exemplum, quod nobis obedientiae
 reliquit, cum se antiquae legi praeiuit obedientem, a cuius
 nos grani iugo ita liberavit, ut aliam longe faciliorem dederit.
 Misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub
 lege, ut eos qui sub lege erant, redimeret, ut adoptionem fi-
 liorum reciperemus: Et quidem liberati sumus ab illa onero-
 sa lege, non tamen sine lege, & faciliiori, & perfectiori sumus,
 quam

Lex Euange-
 lica maiore
 perfectionem
 requirit ab
 homine qua
 Moisaica.

Luc. 12.

1. Cor. 13.

1. Matt. 5.

Rom. 1.

in d. 11. 11.
 d. 11. 11.
 2. 11. 11.

Hebr. 12.

Gal. 4.

1. 11. 11.
 1. 11. 11.
 1. 11. 11.

Rom. 6. quam obseruemus. Audi iterum, Non estis sub lege, sed sub gratia; quid ergo (ait.) peccabimus, quia non sumus sub lege, sed sub gratia? absit, & optimum argumentum subiicit, Nescitis quoniam cui exhibetis vos seruos ad obediendum, serui estis eius cui obeditis, siue peccati ad mortem, siue obedi- tionis ad iustitiam? gratias autem Deo, quod fuistis serui pec- cati, obedistis autem ex corde, in eam formam doctrinae in qua traditi estis, & concludit, liberati a peccato, serui facti estis iustitiae, q. d. sumus per Euangelium liberati a lege antiqua, & a peccato, sed, obediendum nobis est, ex corde tanquam filij, legi gratiae, quam Christus nobis dat, vt sumus serui iustitiae, Christi, cum quadam libertate filiorum, ex sincero amore ser- uientes.

Ecclesia Christi. XVIII.

Tota fidelium Christi congregatio, quam Ecclesiam vocamus, Christi corpus mysticum est, cuius ipse, est caput, Ex quo argumenta plura initio collegimus, cum ipsum Christum vt caput, nos vt membra considerauimus, quare ijs omissis, alia consideremus, quae Christi Ecclesiae conueniunt, vnde etiam argumentorum copiosa materia non deerit. Dicitur praeterea, Ecclesia Christiana, ipsius Christi sponsa, quod est argumentum eius amoris in Ecclesiam vt Paul. affirmat, Christus dilexit Ec- clesiam & tradidit semetipsum pro ea, Ex quo nos ad eius amo- rem prouocamur, Si enim sponsus patris, & matrem relinquit & adheret uxori suae, quod Paulus vocat Sacramentum ma- gnum, in Christo, & in Ecclesia, cur non & Ecclesia Sponsa, rerum omnium caducarum affectu deposito, soli Christo cor- suum, integre, perfecteque donet? Et si Christus sanguinem pro Ecclesia fudit, mundans eam, inquit Paulus, lauacro aquae in verbo vitae vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, neque rugam, aut aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta, & immaculata, Cur & ipsa Ecclesia non se ipsam, omni cura, in hac pulchritudine, quam a sponso accepit, im- maculatam se conseruet, vt viro suo placeat, sicut in canticis docetur, scilicet vt sit sicut Liliū inter spinas, & sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhae ac Thuris & vniuersi pulueris pig- mentarij, & quasi aurora confurgens, pulchra vt Luna, electa vt Sol, terribilis vt castrorum acies, ordinata. Rursum Eccle- sia est domus Christi, super ipsumque fundata, quia fundamen- tum

Ecclesia Chri- sti Sponsa.

Eph. 5.

Eph. 5.

Cant. 2. & 3.

Cap. 6. Ecclesia Do- mus Christi.

mcap

tum

tum aliud (inquit Paulus) nemo potest ponere; Ergo quilibet
 de Ecclesia, ut idē docet Pauli supra hoc fundamentum super-
 edificare debet aurum, argentum, lapides preciosos; hoc est
 virtutes, earumq; actiones, præsertim cum lapis fundamenti,
 ut affirmat D. Petrus sit summus, angularis, probatus, electus,
 pretiosus, super quo, docet idem, nos debere nos ipsos super-
 edificare, lapides vivos, domos spirituales, in Sacerdotium
 sanctum, offerentes spirituales hostias, acceptabiles Deo per Je-
 sum Christum. His adde quatuor Ecclesia veræ conditiones ac
 notas, ex quibus argumenta quatuor existunt in genere Dida-
 scalico, quibus doceri debet Christianus populus, hanc esse
 veram Ecclesiam, ut in ea viuat, in ea moriatur, Ideoq; Satana
 congregationes, & hæreticorum Synagogas horreat fugiatq;
 qui iactantes apud se esse veram Ecclesiam, rudes homines, mi-
 sere decipiunt ac perdunt. Ecclesia Christi Vna est, Sancta est,
 Catholica est, & Apostolica. Vna est toto orbe diffusa, vnā ha-
 bens fidei regulam ac doctrinā, vnum corpus, vnum baptisma.
 Ergo hæreticorum Sectæ, inter quos tanta dogmatum diuisio,
 tanta linguarum confusio, nequaquam sunt vera Ecclesia, sed
 Turris Babel; Catholica est, & vniuersalis, amplectēs & quoad
 loca totum orbem, & quoad tempora omnes homines, Ergo
 doctrina quæ de nouo exurgit contraria ei quam hæctenus vni-
 uersalis Ecclesia, ut de fide habuit, aduersatur veritati, & Ec-
 clesia Christi, Hanc autem Catholicam Ecclesiam non aliam
 esse quam Romanam, inde liquidò constat, quod cum ea sit
 Christi Ecclesia, quam D. Petrus rexit, cui à Christo dictum est
 Tibi dabo clauēs Regni Cælorū, & pascere agnos meos, & oues
 meas, id est Christianos omnes, tam prælatos, quam subditos,
 Certò liquet Romanos Pontifices Petri esse successores, ex con-
 tinua, & nunquam interrupta serie, quia Dino Petro successit
 Linus, & huic Clemens cui Anacleus, Euaristus & alij omnes
 usque ad Paulum quintum qui nunc eandem Petri obtinet Se-
 dem. Dicitur Ecclesia Sancta, non quod omnes sint in ea San-
 cti, sed quod in ea sit vera sanctitas, & fons sanctitatis Chri-
 sti, & Sacramenta quæ vim habent, sanctitatem & gratiā con-
 ferendi, vel sancta quia firma, & stabilis omnino, impugnari qui-
 dem potest, expugnari nunquam. Ergo hæreticorum doctrina,
 quas quotidie variari aduertimus, non ad veram pertinent Ec-
 clesiam; Apostolicam item appellamus Ecclesiam, eo quod ab
 apostolis fundata, traditiones habet apostolicas, quas summa
 veneratione seruare perinde ac sacras literas debemus. Ex ijs-
 dem

1. Cor. 3.

1. Ep. c. 2.

Ecclesia qua
tuor notæ p
genere Dida
scalico.

Vna est.

Ephes. 4.

Catholica,
& Romana.

Matt. 16.

Ioan. 21.

Ecclesia San-
cta.

Apostolica.

- Pro Genere Hortatorio. dem notis facile etiam erit in genere Hortatorio, docere, quales, moribus esse debeant, qui Ecclesie membra viua esse volunt, debent enim habere non modo fidei unitatem, sed etiam spei, sicut vocati estis ait Paul. in vna spe vocationis vestrae, & eiusdem confessionis vt idem docet, Non sint in vobis schismata, sed idem dicamus omnes, idem sentiamus, Itemque unitatem morum, quia Deus facit inhabitare vnus moris in domo. Denique vt simus vnus cum Deo & inter nos, Sicut apud Ioan. Christus orauit. Deinde, Christiani hominis spiritus, vniuersalis ita esse debet, vt omnes, cuiuscunque nationis homines amplectatur, Ita Paulus non est masculus, neque femina, gentilis & Iudaeus, barbarus, & scytha, seruus, & liber, sed omnia in omnibus Christus. Ex nota sanctitatis argumentum sumimus, aspirandum nobis esse ad sanctitatem, ad hoc enim vocati sumus, ait Paulus, vt simus sancti, & immaculati in conspectu eius in charitate; Ita hortatur Corinthios
- Ephes. 4.* spei, sicut vocati estis ait Paul. in vna spe vocationis vestrae, & eiusdem confessionis vt idem docet, Non sint in vobis schismata, sed idem dicamus omnes, idem sentiamus, Itemque unitatem morum, quia Deus facit inhabitare vnus moris in domo. Denique vt simus vnus cum Deo & inter nos, Sicut apud Ioan. Christus orauit. Deinde, Christiani hominis spiritus, vniuersalis ita esse debet, vt omnes, cuiuscunque nationis homines amplectatur, Ita Paulus non est masculus, neque femina, gentilis & Iudaeus, barbarus, & scytha, seruus, & liber, sed omnia in omnibus Christus. Ex nota sanctitatis argumentum sumimus, aspirandum nobis esse ad sanctitatem, ad hoc enim vocati sumus, ait Paulus, vt simus sancti, & immaculati in conspectu eius in charitate; Ita hortatur Corinthios
- Cap. 17.* Denique vt simus vnus cum Deo & inter nos, Sicut apud Ioan. Christus orauit. Deinde, Christiani hominis spiritus, vniuersalis ita esse debet, vt omnes, cuiuscunque nationis homines amplectatur, Ita Paulus non est masculus, neque femina, gentilis & Iudaeus, barbarus, & scytha, seruus, & liber, sed omnia in omnibus Christus. Ex nota sanctitatis argumentum sumimus, aspirandum nobis esse ad sanctitatem, ad hoc enim vocati sumus, ait Paulus, vt simus sancti, & immaculati in conspectu eius in charitate; Ita hortatur Corinthios
- Coloss. 3.* Ita Paulus non est masculus, neque femina, gentilis & Iudaeus, barbarus, & scytha, seruus, & liber, sed omnia in omnibus Christus. Ex nota sanctitatis argumentum sumimus, aspirandum nobis esse ad sanctitatem, ad hoc enim vocati sumus, ait Paulus, vt simus sancti, & immaculati in conspectu eius in charitate; Ita hortatur Corinthios
- Eph. 1.* Ita Paulus non est masculus, neque femina, gentilis & Iudaeus, barbarus, & scytha, seruus, & liber, sed omnia in omnibus Christus. Ex nota sanctitatis argumentum sumimus, aspirandum nobis esse ad sanctitatem, ad hoc enim vocati sumus, ait Paulus, vt simus sancti, & immaculati in conspectu eius in charitate; Ita hortatur Corinthios
- 1. Cor. 6.* An nescitis ait, quia iniqui regnum Dei non possidebunt? Et post aliqua subdit; Et haec aliquando fuistis, sed abluti estis, sanctificati estis, iustificati estis in nomine Domini nostri Iesu Christi, & in Spiritu Dei. Eodem modo D. Petrus secundum eum qui vocauit nos sanctum, & ipsi sancti sitis in omni conuersatione, quoniam scriptum est, sancti eritis, quoniam ego sanctus sum, Tandem curemus vt ab ipsis Apostolis, quos tamquam patres, singulari deuotione venerari oportet, doctrinam & mores, ac spiritum quendam Apostolicum hauriamus.
- 1. Epist. 1.* Itri Iesu Christi, & in Spiritu Dei. Eodem modo D. Petrus secundum eum qui vocauit nos sanctum, & ipsi sancti sitis in omni conuersatione, quoniam scriptum est, sancti eritis, quoniam ego sanctus sum, Tandem curemus vt ab ipsis Apostolis, quos tamquam patres, singulari deuotione venerari oportet, doctrinam & mores, ac spiritum quendam Apostolicum hauriamus.

Sacramenta genericè, ac Baptismus. Cap. XIX.

Sacramentorum consideratio ea primum argumenta suppeditat, quae eo tendunt vt ipsorum institutionem magni faciamus, vt ea repetamus frequenter, quae iterari possunt, vt sunt maxime, Clauium Sacramentum & Eucharistia. Hoc enim modo argumentari ex hoc loco poterimus, quod sacramenta sunt cultus diuini efficacia signa, quibus Christiani à ceteris gentibus distinguntur, vt Augustinus docet, quia sunt symbola quibus à Deo in vita spirituali erudimur, vt explicat Dion. deducens arcana mysticæ theologiæ ex Sacramentorum ritibus, quia sunt medicinæ spiritualium morborum ex Aug. vbi docet antiqua sacramenta ostendisse tantum morbos vt speculum, nostra vero sanare vt emplastrum vulneri applicatum, quia sunt arma spiritalia, quibus Dauid Goliath superauit, sunt

Sacramenta

quid sint.

3. de Doct.

Christ. c. 9.

Li. de Eccl.

hierarch.

Li. de ver.

& fals. rel.

c. 17.

sunt canales, per quos Christi merita & sanguis ad nos derivantur, per quos Christum tangimus ab eoq. tangimur & salvamur, quia deniq. vasa sunt gratiæ quæ continent, & quam suavitute conferunt ad iustificationem, & sanctitatem. Quare non est quod de naturæ nostræ corrupta imbecillitate cōqueramur, Si enim cū Paulo clamare possumus, Infelix ego homo, quis me liberabit à corpore mortis huius, etiã ab eodem responsum accipiamus, Gratia Dei per Iesum Christum, hanc autem gratiam in sacramentis paratam habemus. Neque solum gratiam commaniter dictam sacramenta omnia conferunt, sed peculiariaz quædam auxilia, ad fines varios, singula habent. Sicut (inquit Ber.) investitur Canonicus per librum, & Abbas per baculum, & Episcopus per anulum sic divisiones gratiarum diversis sunt traditæ Sacramentis. In Baptismo regenerati nascimur. In confirmatione, robur confertur ad fidei confessionem ut crescamus, per penitentiam salvamur à peccatis, & præservamur per Eucharistiam nutrimur, & unionis cum Christo gratiam accipimus, Matrimonium Ecclesiæ providet, ne membra eius desint & armat ad continentiam conjugalem, in ordine sacrospiritus ad bene regendum administratur Ecclesiæ ministris. In extrema unctione ad luctum spiritualem, proximi morti vincimur, & corroboramur contra hostes. Præterea ex dignitate, natura, usu, & effectu sacramentorum, argumenta deduci possunt, ut intelligant omnes, quam sanctæ, quæ sancta sunt, sumi debent. Tum quia indignus quæ accedit, non solum sacramenti fructu privatur, sed in suam perniciem, ac damnum, remedium salutis convertit, Tum quia sacramenta, maiorem seu minorem conferunt gratiam, in xtra disparem accedentium dispositionem. Sed vile erit ad singula sacramenta descendere. Prima omnium ianua, Baptismus est. Hic primum monendi sunt Christiani, qualem post baptismum, vitam eos gerere deceat, Accipe argumentum Pauli. An ignoratis quod quicumque baptizati sumus, in morte ipsius baptizati sumus, consulti enim sumus cum illo, per baptismum in mortem, ut quomodo Christus surrexit à morte, ita & nos in novitate vitæ ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus, hoc scientes quia vetus homo noster crucifixus est, ut destruat corpus peccati, & ultra non serviamus peccato. & ad Gal. quicumque baptizati estis Christum, induistis: Quomodo autem baptismus, veterem hominem exspoliet, novumque ac celestem induat Chr. apta similitudine ac exemplo

Cōferunt gratiam, Rom. 7.

Serm. de cena Domini.

Sacramentorum dignitas,

Baptismus docet sanctitatem. Rom. 6.

Gal. 3. Hom. 7. in Ep. ad Cor. Ioh.

- Hom. 7. in Epist. ad Coloss.* exemplo statuae docet. Ne mireris (ait) quod in baptismo est, & natiuitas & corruptio, nam dic mihi an res diruere, ac dissoluere non contrarium sit ei quod est coniungere? Nemini non liquet, atqui hoc ignis facit; nam ceram dissoluit ac perdit, terram vero metallicam conglutinat, & aurum efficit; ita, & hic fit; statuam ex cera factam demolita ignis vis, vicissim auream loco illius exhibet, verè quippe lutei sumus ante laucrum, post laucrum verò aurei.] Optima, autem ratio ad persuadendam hanc sanctitatè baptizatis hæc esse potest, quoniam omnis actio cuiuscumque rei naturam sequi solet, nam leo secundum leonis naturam agit, & ignis naturæ, ignis actiones seruat conuenientes, Ita cum, baptismo renati, recipiunt quoddam esse spirituale, ac diuinum ad similes etiam actiones, hoc est ad diuinas assurgere debent, sic ratiocinatur August. diabolo renuntiare professi estis in prima professione, non hominibus, sed Deo & Angelis conscribentibus dixistis renuntio Sathanae, & omnibus pompis eius, renuntiate non solùm vocibus, sed & moribus.] Sic etiam Chrysost. vult hanc vocem renuntiandi Sathanae per totam vitam à Christianis usurpandam, & in ore habendam, sicut (ait) sine calceamentis, & sine vestimentis, vestrum nemo, in forum descendere eligeret, Ita sine hoc verbo, nunquam in forum prodeas, sed cum es ianuæ vestibula progressurus, hoc prius verbum loquere, Abrenuntio tibi Sathana, & coniungor tibi Christe.] Christus verò cum Apostolos per orbem prædicaturos mittebat, duo simul iniungit facienda, primum; Docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Secundum Docentes eos seruare, quæcunque mandaui vobis.

Confirmatio, penitentia, Ordo Sacer, Matrimonium.
Cap. X. X.

Confirmati tenentur ad fidei confessionem.
In Ecclesia Dedic. Serm. 1.
De ijs qui myst. ini-

EX Confirmatione, argumenta duci possunt in genere Honoratorio vt fortiter in omnibus, maximè in fidei confessione nos geramus, Sic Petrus Dam: In Baptismo (ait) spiritus datur ad veniam, hic ad pugnam, ibi mundamur, ab iniquitatibus, hic virtutibus præmynimur.] Et Melchisedes Papa ad Episcopos Hispania, In baptismo inquit regeneramur ad vitam post baptismum confirmamur ad pugnam, in baptismo abluimur, post baptismum roboramur, vt regeneratis, cultos, & consolator & tutor adsit Spiritus sanctus. Ambros. Repete. (ait)

(ait) quia recepisti signaculum spirituale (loquitur de Sacra-
 mento Chriftianitatis) serua quod accepisti, signauit te Deus pa-
 ter, confirmauit te Chriftus Dominus, dedit pignus spiritus in
 cordibus nostris.] August. ex eo quod in hoc Sacramento vngi-
 tur frons cruce sic argumentatur, Vsq; adeo de cruce non
 erubescio, vt non in occulto loco habeam crucem, sed in fron-
 te portem, & subdit, quia in fronte erubescitur, ille qui dixit,
 qui me erubuerit coram hominibus, erubescam & ego eum co-
 ram patre meo, ipsam ignominiam, quodammodo, scilicet Cru-
 cis, & quam pagani derident, in loco pudoris nostri constituit:
 Audis hominem insultare impudenti, & dicere, frontem non
 habet, quid est frontem non habet? Impudens est, Non habeam
 nondam frontem, regat eam, crux Domini mei.] Ex Sacramen-
 to penitentiae ac Confessionis, argumenta afferri possunt ad
 eius frequentem vsu persuadendum, Eo quod Chriftus Domi-
 nus ad remittenda peccata instituit remedium hoc, tam facile,
 solum enim requiritur vt tu doleas, & proponens vitæ mu-
 tationem in melius, peccata tua secreto accuses coram Sacer-
 dote, & statim iustificaberis, absolutus ab omni crimine, tam
 commune, quia passim, est reperire Sacerdotes, cum potesta-
 te absoluendi, & clauibus, tam efficax, non ad præteritorum
 modo, peccatorum remissionem, sed ad præseruandum item
 à futuris maximè opportunè, & singulare remedium. Potest ad
 id confirmandum experientia, non modo singularum persona-
 rum, quæ tantum adiumenti senserunt, ex hoc frequentiori vsu,
 sed etiã magnarum ciuitatum, emolumenta afferantur, vbi enim
 hæc frequentia viget, odia plurima, & dissidia cessant, homines
 ab iniurijs magis abstinent, lites diminuuntur, & multa crimi-
 na exulant, adeo vt in quadam Germaniæ vrbe, vbi per hæreti-
 cos, confitendi præceptum, & vsus defecerat & multa conse-
 quenter delicta excreuerant fuerit rogatus Carolus Quintus
 vt sua auctoritate, confessionis vsu restituere iuberet. Item ex
 multiplici bono, quod affert, idem suaderi potest, cuiusmodi
 est maior aliqua certitudo gratiæ, prout haberi potest in hac vi-
 ta, quandoquidem virtute clauium etiam ex attrito fit peni-
 tens contritus, dantur vires contra tentationes & fomitem,
 tolluntur aliquo modo, pro ratione doloris, etiam poenæ pecca-
 torum, Magna conscientia, tranquillitas aduenit. Ex eadem
 natura, & virtute Sacramenti huius admonenda sunt omnes,
 vt parati accedant, ne forte nouo sacrilegio, conscientiam, cõ-
 maculent. Sacerdotes etiam admonendi sunt, vt ad hoc tribu-
 nal

tiatur. c. 7.
in fine.

In ps. 141.

Frons vngi-
tur ne erube-
scamus Chri-
stus confiteri.

Sacramentum
confessionis
frequenter su-
scipiendum.

Confessionis
frequentis
fructus.

Ordo sacer-
 dotum
 Isa. 24.
 In 2. parte
 past. c. 7.
 Thren. 4.
 Mal. 2.
 Eccl. 30.
 Matr. 3.
 bona.

nal rite habendum, scientiam idoneam, & necessariam habeat
 coniunctam cum vitæ sanctimonia, cum prudentia, & discre-
 tione spirituum, cum zelo, ne Christi sanguinem temere effundat,
 & alienorū peccatorum, participes efficiantur vt loquitur Co-
 cilium Tridentinum. Ex Sacramento ordinis sacri, occasio sese
 offeret, admonendi Ecclesiasticos viros vt intelligant, quanta
 vitæ puritate ac præstantia virtutum ceteris omnibus præire
 debent, ne illud merito obijciatur à Deo quod per Isaiam que-
 ritur. Sicut populus ita & Sacerdos, quæ planè querela, tunc in-
 re locum habet, quando (vt ait Greg.) qui spirituali officio fun-
 gitur, agit ea quæ illi faciunt, qui adhuc de studijs carnalibus
 iudicantur; Vt dent operam, ne illa rursus Hieremiæ lameta-
 tio cantari cum lugubri lætu possit, quomodo obscuratum
 est aurum, mutatus est color optimus, abscissi sunt lapides san-
 ctuarij in capite omnium platearum, qui nutriebantur in ero-
 ceis amplexati sunt stercora. Meminerint, quanta puritate mè-
 tis & corporis fulgere debeant, qui sacrosancta mysteria cor-
 poris, & sanguinis Christi contrectant, ijsq; aluntur, legant titu-
 lum de Vi: & hon. Cler. Intelligat se Dei ad populum esse lega-
 tos, vt Dei mandata deferant, & populi ad Deum, vt pro pecca-
 tis populorum preces fundant, ideoque & scientia illustres sint,
 ob id enim apud Malachiā dicitur, Labia Sacerdotis custodiant
 scientiam; & legem requirunt de ore eius, quia Angelus Domi-
 ni exercituum est; ne ex defectu scientiæ à Deo illi obijciatur
 quia tu scientiam repulisti, repellam te & ego ne sacerdotio fun-
 garis mihi, obseruent quod dicitur de Symone Onia: filio in af-
 censu altaris sancti, gloriam dedit sanctitatis amicum, id est
 cum ad altare holocaustorum ascendebat sacris operaturus,
 ipsum amicum sanctitatis, hoc est, vestes sacras potificalis qui-
 bus amicus erat, dedit gloriā, id est gloriosas reddidit, quia
 vitæ suæ sanctitate, eas ornabat sicut ab eis ornabatur. Vtilis
 etiam est hic locus vt populis significetur, qua veneratione de-
 beant Ecclesiasticum statum venerari, & prælatis obedire, cum
 locum Dei; & Christi habeant; & sit ab eodem Christo predi-
 ctum, qui vos audit me audit, qui vos spernit me spernit. Ma-
 trimonium habet tria bona, Fidem, Prole, ac Sacramentum, Ex
 quibus Ecclesiastes aliquot ad suadendum vtilia colligit argu-
 menta. Ex primo bono docebit, quanta charitatis coniunctio-
 ne se inuicem diligere coniuges debeant vt fidem sibi datam
 seruent, & sit honorabile coniugium eorum; & thorus immu-
 culatus, nam qui matrimonium, solo carnis affectu suscipiunt
 sunt

super hos ait Angelus Tobia potestatem habet demonium. Ex Tob. 6. secundo quanta cura liberos debeant educare, & Christianis moribus institueri. Ex Tertio quanta morum sanctitate fulgere coniugatos deceat, cum eorum connubium, magni illius Sacramenti figura sit, quod est inter Christum, & Ecclesiam.

Eucharistia Sacramentum, & extrema unctionis.

Cap. XXI.

Eucharistia, Primò ponit mihi ante oculos recentem, quam de Christo, eiusque mysterijs conservare debeamus memoriam, cum in hunc ipsum finem a Christo sit instituta cum dicat, Hoc facite in meam commemorationem, præsertim quod idem ipse Dominus reali præsentia sub panis, ac vini accidentibus in altari assistat, qui nunc apud Deum patrem residet. Ita enim benignissimus Dominus, nostrique amantissimus, vult fidem nostram excitare, fiduciam erigere, charitatem accendere, sic nos ei cultum latræ, ac religionis præsentem, perfectius exhibere possumus, sicut Angeli, ac beati faciunt in cælo coram Agno procubentes, eique perpetuas laudes accinentes, sic in omni nostra necessitate habemus ad quem confugiamus, tanto facilius audiendi quam olim in veteri testamento ad tabernaculum fœderis recurrentes, quanto nobilius est Christi corpus quam antiquum illud tabernaculum, licet ex imputribilibus lignis compactum. Secundo neque se adorandum solummodo, reliquit, sed quod est maius etiam manducandum, quæ fuit admodum singularis & verè Deo digna inuentio, ut scilicet renatis cœlesti Semine filijs cœlestem etiam, quo nutrentur, & adolescerent cibum prouideret, iuxta illud Concil. Trident. pronunciatum, sumi (inquit) voluit Christus hoc sacramentum, tanquam spiritualem animarum cibum, quo alantur & confortentur viuentes vita illius, qui dixit, qui manducat me, & ipse viuet propter me, & tanquam antidotum, quo liberemur à culpis, & à peccatis mortalibus præseruemur. Sicut etiam Cyr. differens ait sedat in nobis manens Christus sæuitem membrorum nostrorum legem, pietatem corroborat per turbationes animi extinguit, & sicut pastor bonus, qui animam suam pro ouibus posuit ab omni nos erigit casu. Hæc planè manducatio eo tendit, primò ut vnum cum Deo efficiamur, secundo ut inter nos item vnum simus, Etenim communicantes, eius corpori, & sanguini, omnium eius meritorum, participes

B b

10. 17. 101

Hom. 11. ad Pop. 1. 1. 1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1. 1. 1.

Cur institu- ta Eucharis- tia.

2. Cor. 10.

Hij. 6. 2.

Seff. 13.

c. 2.

Lib. 4. in

Ioan. c. 17.

in fine.

Vnio cum Christo & inter nos.

1. 1. 1. 1. 1. 1.

- icipes ac thesaurorum euadimus, atque adeo in eum transfomamur; sicut enim panis in Christi corpus transubstantiatur, & vinum in sanguinem, ita & nos quodammodo in ipsum moraliter conuertamur, quam vnionem mirifice Christus explicauit post datam Apostolis Eucharistiam. Ego (ait ad Patrem) claritatem quam dedisti mihi, (hoc est diuinitatem, quam ei Pater ab aeterno communicauit) dedi eis; nempe sub speciebus sacramentalibus cum humanitate; vt sint consummati in vnu, hoc est vt perfectam consummatamque communionem habeant cum ipso Deo; hoc enim ait Chrysostomus. ardentem amantium est proprium. Et Greg. Nissen. vt id efficiamur, quod ipse est. Vnde Cyprianus. non solum Deum & hominem fatemur, sed & nos ipsos corpus eius effecti, Sacramento, & re sacramenti capiti nostro connectimur.] Nec solum ad Dei vnionem tam perfectam, hoc Sacramentum nos eleuat, sed vt inter nos quodque vnum simus. maximo charitatis vinculo colligari, quod est D. Pauli argumentum ad Corinth. cum ait, vnus panis & vnus corpus sumus, qui de vno pane, & de vno calice participamus; Vnus panis sumus, quia ipse Christus qui est panis viuus, quem omnes sub panis specie accipimus, in omnibus idem est, sicut multae hostiae, factae sunt vnus Christus, vel vt docet
- 10. 17.**
- Hom. 61.** ad Pop. Ant. In c. 3. Eccl. De cena Domini in fine.
- 2. Cor. 10.**
- Epist. 63.** Cypr. sicut vnus panis fit ex multis granis, & vinum ex multis racemis, ita & Christiani per hoc Sacramentum vnus panis sunt, & vnum sunt inter se; Addit vero D. Paul. & vnum corpus, quia licet vnum simus in Ecclesia per Christum, sunt tamen diuersa membra, & vnitas non tollit diuersitatem membrum & statum in Ecclesia, quia est vt corpus ex diuersis constans membris, ac functionibus; Imò vero perficit haec vnitas vnum quodque membrum in suo munere, sicut panis in corpore sumptus vniciusque membro, ac parti corporis ita adhæret, vt sese vniciusque substantiae membrorum accommodet; Itaque nostro Oratori non deest occasio, & materia argumentorum in genere suo foris est his quae diximus praesertim si ad vnionem cum Deo, & mutua inter nos velit impellere. Habet enim hic locus meo iudicio magnam ad hoc vim. Ideoque Conc. Trident. vocat hoc augustissimum Sacramentum, vinculum charitatis, concordiae Symbolum. Praeter haec quae diximus, inuitandus est populus ad frequentem huius Sacramenti sumptionem, vt ex parte imitemur Ecclesiae primordia, praesertim si referantur multiplices fructus; est enim certissimum illud Cypr. mens deficit, quam recepta Eucharistia non erigit, & accendit. Et sicut panis commu-

nis,
per
fic
his
qua
fi
a
di
im
quo
vili
len
rea
tor
qui
bus
me
asse
ad
per
gue
ibi
im
a C
cle
cat
ole
len
Ex
nor
ter
is
set
ob
pu
per
le
cu
ip
qu
nia

nis, quem quotidie edimus vita est corporis, ita panis iste su-
 per substantialis vita est animæ, & sanitas mentis tactu sancti-
 ficat, fide illuminat, veritate Christo conformat. Sed sicut
 his qui bene parati ad hanc cælestem mensam accedunt, magna
 quædam bona proueniunt; Ita qui indignus accedit iudicium
 sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus Domini ait Paul. *Hem. 6. in*
 & addit, ideo inter vos multi infirmi, & dormiunt multi. Au- *2. Cor. in*
 di quæ graui argumentatione acriter ex hoc loco D. Chryso- *fine.*
 stostomus inuenitur contra turpiloquium. Considera (inquit) audientes
 quomodo rubore suffunduntur dum tu loqueris indecora, quid
 vilis homine turpiloquo? quid contemptius? fatius est puru-
 lentiam ab ore demittere, quam verbum obscenum; Nunc si fe-
 teat os, ne cibum quidem vna capere sustines, at cum tantus fe-
 tor sit in animo, dic mihi audes communicare mysterijs? At si
 quis vas impurum, aliunde capiat ponatque in mensa tua, susti-
 bus illum exacturus sis: Porro Deum in ipsius mensa, (nam
 mensa illius est, os nostrum Eucharistiæ plenum) cum verba
 aseras, quous impuro vase sordidiora, obsecro te, non putas
 ad iram prouocari? & quomodo id fieri possit? Nihil enim
 perinde offendit sanctum ac purum, vt huiusmodi verba. Va-
 guentum in ore tuo posuit Deus, tu verò cadauere fetidiora,
 tibi reposuisti verba, ipsamque interius animam torpidam, &
 immobilem reddis? Restat Extremæ Vnctionis Sacramentum
 à Christo, vt omnia sacramenta institutum, & à D. Iacobo Ec-
 clesie his verbis propositum. Infirmatur quis in vobis? indu-
 cat presbyteros Ecclesie, & orent super eum, vngentes eum
 oleo in nomine Domini, & oratio fidei saluabit Infirmum, & al-
 leuiabit eum Dominus, & si in peccatis fuerit remittentur ei;
 Ex quibus curabit diligens Concionator, omnes pro suo mu-
 nere aliquando monere, nè in huius Sacramenti vsu negligenter
 se gerant. D. Bernardus in vita Malachie refert, quod cum
 is cuidam mulieri hoc conferre distulisset, & illa interim obiisset,
 adeo doluit vt tota nocte supra corpus lacrymas funderet,
 ob quarum merita, defunctæ spiritus restitutus est, quæ Episco-
 pum salutaui, ab eoque inuncta est, & aliquos postea annos su-
 peruixit. Secundo monendi sunt omnes, vt ad bonam mortem
 se parent, ad quam etiam hoc institutum est Sacramentum,
 cum negotium sit tanti momenti, vt ab eo momento æternitas
 ipsa pendeat, & in qua Dæmon maximè insidiatur homini, sciens
 quia modicum tempus habet, proptereaque curandum vt ago-
 niantes viri spirituales adsint, qui monitionibus ac precibus

Hem. 6. in 2. Cor. in fine.

Iac. 5.

8. mo. R

doslog A bba thind C animum



opem laboranti in extremis ferant. Tertio ex partibus corporis, quæ iniungi solent, scilicet oculis, auribus, ore, manibus renibus, pedibus, colligimus in his solere homines peccata facius committere, quare monendi sunt, ut in vita has partes in maculatas conferuent.

Merita Christi, Apostoli, Propheta, Martyres, & Mater Christi. Cap. X X.

Merita nostra ex Christi meritis.

Merita & satisfactiones Christi, nos primò ad gratitudinem prouocant, quoniam suis laboribus, tormentis & actionibus heroicis, imò diuinis non sibi meruit, sed nobis. Nos enim ex ipsius Christi Thesauro accipimus, ut mereri possimus aliquid coram Deo, & peccatorum debita exoluamus. Meritò mirari possumus & dicere O rem miram non habet homo pecuniam, qua debitum soluat, ab eo accipit cui debet; ex alieno es soluit alienum, & adderem, seruus ait Domino, patientiam habe in me, & omnia reddam tibi, & Dominus ait Seruo, penitentiam habe in te, & omnia remittam tibi. Christi enim merita nostram non excludunt penitentiam, nec nostra merita, quæ tamen propter Domini merita sunt merita, sine illis autem nihil habent opera nostra aut pretij, aut meriti. Secundo, ut ad eum recurramus, omnino excitant. Christus enim nobis meruit, & peccati remissionem, & gratiam, & iustificationem, & auxilia Dei, & æternam salutem, ut dicitur Act. 4. non est aliud nomen, in quo oporteat nos saluos fieri, & cap. 6. Huic omnes Prophetae testimonium perhibent, remissionem peccatorum per nomen eius accipere. Tertio discimus ex Christi meritis, non otiosi, ut hæretici somniant, imò blasphemant, sed ut ad exemplum eius strenuè collaboremus, quia Paulus docet, nos futuros Dei hæredes, & Christi cohæredes, non absolute, sed ea conditione, ut cum eo simul patiamur, & hoc modo glorificemur. Cum autem, ait August. Deus coronat merita nostra, nihil aliud coronat quam munera sua, & alibi refert Pauli verba bonum certamen certavi, eursum consummavi, opus est, (ait) fidem seruavi, opus est; superest mihi corona iustitiæ, merces est; sed in mercede, tu nihil agis, in opere non solum agis.]

Rom. 8.

Ep. 105. ad Sixtum.

Li. 50. Hō. 14.

Apostoli Christi fide firmarunt.

Apostoli Christi fuerunt primi Domini nostri Discipuli, qui ex ipso fonte Euangelium, hauserunt, ab ipso Christo destinati, & missi, ut Christianam Religionem, toto terrarum orbe disse-

diffeminarent, suntque nostri primi Patres; & primi Ecclesie doctores, & prima fundamenta post Christum: Ex eorum qualitatibus, argumenta optima desumunt patres in genere Didascalico ad confirmandam fidei, religionisq; nostrae, veritatem. August. Ineruditos ait liberalibus disciplinis, & omnino impositos piscatores, Christus cum suis retibus fidei, ad mare huius saeculi misit, & ita tam multos pisces ex omni genere etiam Philosophos cepit. Ambros. Aduerte ait caeleste consilium, non sapientes aliquos, non diuites, non nobiles, sed piscatores, quos dirigeret elegit, ne traduxisset prudentia, ne redemisset diuitijs, ne potentia, nobilitatisque authoritate traxisset aliquos ad suam gratiam videretur, vt veritatis ratio, non disputationis gratia praevaleret. Item Cypr. Tu Domine Armentarios facis statim Prophetas: Opiliones Reges: Telonarios Apostolos: Piscatores Doctores. Confirmari autem hac argumentatio potest, quoniam Apostoli fuerunt oculati testes, eorum quae de Christo praedicabant, vt Ioannes affirmat, & Petrus: Adhuc magis corroboratur, quia fuerunt vitae probatissimae, & integerrimae, sine vlla humanae mercedis spe, labores multos grauissima tormenta, & mortem passi pro eius fidei, quam praedicabant certitudine, ac veritate. Adde quod doctrinam multis, ac magnis confirmabant miraculis, sine quibus non est erendum, mundum contemptis omnibus Idolis, Christum admisisse, & paucis Apostolis credidisse, vt verè Apostoli sint lux mundi, sal terrae, ciuitas supra montem posita.

In eodem genere doctrinali valere potest Prophetarum auctoritas, qui maxime de Christo ante multa saecula loquuti sunt, ita vt sit maximum fidei Christianae firmamentum in Prophetis Christum, eiusque Euangelium legere, & vice versa in Euangelio Prophetas intelligere, & vtrobique eundem Christum personare: sicut enim per diuersa fistulae eiusdem foramina, vox artificiosa concentum reddit, sic per ora Prophetarum, & Euangelistarum idem consonat Christus, estque Prophetiam magnum fidei firmamentum, vt D. Petrus etiam miraculis praeferat. Habemus ait firmiorem propheticum sermonem, cui benefacitis attendentes, cuius rei optimam dat Augustinus rationem: Prauidens (inquit) Dominus Iesus Christus impios quosdam futuros, qui miraculis eius calumniarentur, magicis artibus ea tribuentes. Prophetas ante praemisit; Numquid enim si magus erat, & magicis artibus fecit, vt coleretur etiam mortuus, magus erat antequam natus? Prophetas audis, o homo

Bb 3 mortue,

Lib. 22. de Ciuit. c. 5.

In. Luc. c. 6.

De cena Domini.

1. Ioan. 1. 2. Pet. 1.

Prophetarum testimonia pro Christo.

2. Pet. 1. Tracl. 35. in Ioan.

mortue, & vermescendo calumniosè Prophetas audi, lege, audi qui ante Dominum venerunt. Vis argumenti huius inde est, quod futura contingentia, quæ ex causis naturalibus non pendent, solus Deus prævidere, ac prædicere potest, vt probant

D. Thom. D. Thomas & Cypr. & August. Deus ergo, qui solus præsciuit, & prædestinauit futura de Christo mysteria, ipse etiam Prophetas reuelauit, qui errare non potest, nec decipere, estque tam, **Cyp. li. ad Quirinū.** efficax hoc argumentum, vt Eusebius ob id suum librum inscripserit Demonstrationem Euangelicam: Audiamus etiam Augustinum loco supra citato in Ioan. tract. 35. qui hoc modo vrget **Aug. l. de Ciuit. Dei c. 27. Et sequentibus.** quem præhntiauerunt Prophetæ. Sed qui nam Prophetæ ait ille? Recitamus Isaïam, Daniëlem, Hieremiam, aliosque sanctos Prophetas, dicimus quam longe ante illum venerint, quanto tēpore aduentum Christi præcesterint; Respondet aliquis eorum. Vos (inquit) vobis illa finxistis, vidistis ea fieri, & quasi ventura, prædicta essent, in libris quibus voluistis, conscripsistis. Hic contra inimicos paganos, occurrit nobis aliorum inimicorum testimonium, proferimus codices à Iudæis, & respondemus, Nempè, & vos, & illi fidei nostræ estis inimici, vt alios ex aliis conuincamus inimicis, Codex Isaïæ proferatur à Iudæis, Sicut omnis ad immolandum ductus est, erubescat vnus inimicus, quia codicem mihi ministrat alius inimicus.] Eodemque modo etiam Iudæos ex suis codicibus confutat. Scripserunt de hoc argumento præter Eusebium iam citatum Iust. in disputatione contra Triphonem, & in Apologetico Cypr. contra Iudæos, August. de Ciuitate Dei lib. 16. 17. & 18. D. Prosper de prædicationibus. Præterea hæc Prophetarum lectio valde utilis Euangelico Oratori esse potest: in genere Exhortatorio, ad omnes virtutes, ad quas illi, tam crebro hortantur. In genere Reprehensorio, acriter inuehuntur contra peccata. Et qui fuerit in prophetis libris bene versatus, multa inueniet ad vehementes affectus excitandos, propositis Dei contra impios minis, sicut in genere consolatorio, ad iuuandos pusillanimes, & ad lenes affectus commouendos.

Martyrum testimonia pro Christi religione.

Sicut de Apostolis ac Prophetis dictum est, eadem est ratio de Martyribus, quorum purpuratus exercitus, non verbis tantum, sed tormentis ac morte, gloriosum Regem Christum prædicat, & confitendo fidei Christianæ veritati, proprio sanguine subscribit. Quare ex hoc loco in genere eodem Didascalico, optimum sumetur argumentum ad Christi fidem confirmandam,

dam, præfertim si quatuor illa considerentur, quæ Lactantius
notat in Martyrum testimonio attendenda, scilicet sapien-
tiam singularem etiam in puellis, sanctitatem eximiam, &
omni virtutum genere cumulatisimam, fortitudinem con-
tra tam immanes Tyrannos, & acerbissima tormenta: in-
victam; Denique etiam miracula tam multa.

Non est huius loci hæc tractare sed certum est, hoc modo Chri-
stum triumphasse de tota Idolorum superstitione, & Religio-
nem eius toto orbe pervagatam; Nam sanguis Martyrum,
(ait Tertull.) erat semen Christianorum, & vt loquitur Leo
Papa; semper dominicus ager segete ditiore vestitur, dū grana,
que singula cadunt multiplicata nascuntur. Quare etiam in
genere confutatino ex hoc loco rectè argumentamur, dum de-
scribentes pugnam inter Tyrannum, vel potius Dæmonem, &
ipsum Martyrem siue magis Christum, gentiles confutamus,
ostendentes cessisse omnem Idololatriam pro qua Tyranni pu-
gnabant, & triumphasse Christum eiusque Religionem, pro qua
martyres moriebantur, vt velit nolit, cogatur perfidus apostata
in Iulianus inclamare moriens. Vicisti Galilæe vicisti, & nos dul-
cissime cantare, super omnia vincit veritas. In genere exorna-
tuo quanta Christo gloria ex hoc loco nascitur? quanta Mar-
tyribus laus, qui accepta à Christo virtute tam generosos mi-
lites se exhibuerunt? & quasi Elephantes viso Christi sanguine
ad pugnam, ad mortem pro sui Ducis gloria vitam obtulerunt?
In genere suaforio, in Genere Consolatorio exempla Martyrum
nos ad patientiam in aduersis armant, ad Christi amorem ac-
cendunt, & dulces reddunt cruce nostras. Similia possent af-
ferri de candidato innumerabilium Virginum choro quarum
corona est Christus. Sed longius progressi sumus in hoc tra-
ctatu; Melius est, vt cum Matre Christi concludamus. Titulus
hic maternitatis tam insignis, vt nulli creaturæ possit altior cõ-
tingere pronocare debet omnes nos, ad tria, quæ maximè Bea-
tissime Virgini cõueniunt, Primò ad reuerentiã ei exhibendam,
qualis Dei matri tribuenda iudicatur, vt supra omnes creatu-
ras hyperdulic cultus ei detur. Beatus Laurentius Iustinianus
tanto ait dignitate ceteris excellentior esse, et quanto propin-
quior erat verbo. B. Ignatius vocat eam celeste prodigium, &
sacratissimum spectaculum. D. Chrys. magnum planè miracu-
lum, Andreas Cret. Orat. de Dormit. Virg. omnis sanctitatis
sanctissimum spectaculum. Hier. hortum deliciarum. B. Pet.
Dam. Paradisum voluptatis, & omnes fermè Patres, in Maria,

Bb 4 ex mul-

Matris Dei
dignitas.

ex multis captibus, sed ex Dei maximè maternitate, exortatio-
nis partes illustrarunt. Hæc autè Reuerentia exhibenda est Ma-
riæ, Intellectu ac mente, magna quædam & admiranda concipi-
endo; Memòria vt eius sæpe recordatione delectemur; Vo-
luntate eximium cordis affectum erga eam retinendo, ore fre-
quenter laudes eius & canendo, & amplificando, operum pio-
rum exhibitione, eam colendo, eius Imagines præ se habendo,
dies festos ei dicatos summa pietate & virtutum actionibus
celebrando. Secundò ad Inuocationem; nam si est Mater filij
Dei, quid apud eum non possit; In periculis, (ait Ber.) in an-
gustijs, in rebus dubijs Mariam cogita, Mariam inuoca, non
recedat à corde, non recedat ab ore, & alibi Sileat (inquit) mi-
sericordiam tuam, Virgo beata, si quis est, qui inuocat te in
necessitatibus suis sibi meminerit defuisse.] Et B. Ephrem
vocat eam gaudium, sanitatem, & pacem mundi, & iterum tri-
quillum portum, refugium, & hospitium peccatorum, propitia-
torium laborantium, omnium christianorum firmam salutem.
Tertiò. Ad Imitationem virtutum eius, præsertim candoris,
ac virginitatis, cuius vel sola memoria, contra omnem carnis
petulantiam, est præsentissimum ac singulare scutum, & potens
est, in cordibus & corporibus angelicam quamdam puritatem
ingenerare, veluti gemma, quæ corpori applicata fluxum san-
guinis reprimat. Humilitatis item, in tanta personæ dignitate,
aliarumque virtutum; Quare sit Oratori Christiano Maria vt
speculum, & exemplar perfectissimum, quod in omni genere
causarum proponat. In purgatio peccatoribus immaculatissimum,
ad cuius aspectum erubescat omnis inquinatus animus;
In illuminatio, vt stellam fulgentissimam, imò vt mulierem
sole vestitam; In vnitio quæ Deo sit Proxima super omnes, &
perfectissima charitate Deo vnita. vt mater Filio. Et hæc
de his. Hæc mihi visa est vt initio dicebam aurifodina quædam
caelestis; satis fuit aperuisse, facile est inuentis addere, si in hac
altius effodienda Christiani Oratoris libenter desudet indu-
stria; & sibi & alijs copiosas opes comparabit. Nos vero quoniam
de locis hæc egimus, aliquid addendum iudicamus
circa vsum quem seruare debeamus in sacrarum literarum tes-
timonijs afferendis, & amplificandis, quoniam hæc tractatio
etiam ad materiam ex locis colligendam pertinet.

Super
Miss. est.
Serm. 2.
Serm. 4. de
Assumpt.

Scriptura Sacra testimonia quomodo usurpanda.

Cap. XXIII.

Inter omnia argumenta & locos eorum, de quibus a nobis haecenus actum est, cum frequentissimus debeat esse usus autoritatis diuinae, praeter ea, quae de studio sacrarum scripturarum in prima parte diximus, de earum usu aliquid hoc quoque loco afferendum videtur. Satis enim manifestum est, nullum argumenti genus afferri posse, quod magis conciones illustret eisque robur afferat, quam sententiae ac verba sacrorum librorum, quibus tamquam nervis redditur oratio laceratosa. Haec certe maxime valent ad docendum, mouendum, & delectandum, de quibus Augustinus. Duae res, inquit, sunt quibus innititur omnis tractatio scripturarum, modus inueniendi quae intelligenda sunt (quod nos in prima parte tractauimus) & modus proferendi quae intellecta sunt, quod in hac secunda considerandum est. In prima quidem parte monuimus oportere diligentem Concionatorem, habere Sacram scripturam in locos communes redactam, & quidem labore suo, quia sic res haerebunt magis memoriae, sic multa notabit ab alijs praeterita, & tamquam noua proferet, sic etiam libentius ut sua tractabit; & aptius ad rem accommodabit. Ex his ergo locis & usu, quem lectione assidua sacrorum librorum acquisiuit, debet sententias, & testimonia in suas conciones deriuare. Sed antequam id fiat tyronibus subsidio esse poterit liber quem vocant Concordantiarum, quarum usus hic est. si loquendum sit de patientia (ut exempli gratia dicam) quare vocem patientia, vel patiens, vel pati, & alias quae huic affines sunt, & ad eandem materiam pertinere possunt, ut tolerantia, tolerare supportare, impatientia, tribulatio, fortitudo, & nota sententias quae magis ad rem tuam faciant, eas deliges quae sint minus communes, & trite vimque maiorem ad probandum & excitandos affectus habeant. Has deinde bene cognitias ad locos dialecticos refer, qui sunt definitio & natura patientiae, necessitas, causa eius, effectus etiam, contraria, & similia, praesidia ad eam acquirendam, & caetera id genus, quo etiam valebit si praesto sit aliquis in totam scripturam index copiosus. Interim tamen cauet, ne occasione eius libri in studio Sacrae scripturae frigescas. Na meo iudicio usus libri concordantiarum, licet sit commodus, habet tamen aliqua incommoda. Primum nutrit

Lib. 1. de Doct. Cbr. cap. 1.

Vsus libri Concordantiarum.

Prudentia circa usum libri huius.

nutrit in aliquibus ignauiam. Secundo multa effugiunt quæ aptissima sunt, quæ non certo aliquo vocabulo inueniri possunt, sed alijs multis verbis, atque adeo historijs, parabolis, similibus metaphoris, ac varijs modis loquendi continentur. Tertio non facile ibi inueniuntur, nisi res trita & vulgares, vnde fiat, vt ijs nõ tam roboretur, & illustretur concio, quàm aliquo modo inferciatur, ac sæpe siue aptè, siue ineptè intrudantur. Itaque non tam delectetur Tyro vsu illius libri, quàm assidua diligentique lectione, suoapte ingenio formare sibi ipse è sacris Biblijs communes locos, & indicem studeat. Præter hæc monendus est Concionator, primum ac præcipuum eius negotium esse debere, vt in scripturarum explanatione sequatur nõ suum sensum, sed Sanctorum Patrum expositiones. Præclare August. ad Honoratum, qui sacros libros se posse intelligere sine aliena ope arbitrabatur; Ita ne, inquit nulla imbutus disciplina Terentium sine Magistro attingere non audeas, Asper, Donatus, & alij requirantur, tu in sanctos libros sine duce irruis, & de his sine Præceptore audes ferre sententiam? Ambros. scrutemur, ait præcepta maiorum, nec hæreditaria signacula ausi rudi temeritate violemus, librum sacerdotalem quis nostrum resignare audeat, signatum à confessoribus, & multorum iam martyrio consecratum? Dion. Areop. ad sanctissimarum (ait) scripturarum intelligentias prout illas à Patribus accepimus contendas pro viribus pergamus. Item alibi venerandam & Sacrosanctam traditionem; scripturæ autem maiestatem appellat. Clem. Alex. qui aduersus Ecclesiasticam traditionem, scripturas interpretantur, hos regulam veritatis amisisse affirmat. Quare ad diuinam (inquit) scripturam ascendamus per expositiones patrum, velut per quandam scalam visionis Iacob, vt eorum sensibus prouecti ad cognitionem Domini efficaciter peruenire mereamur. Hæc igitur Patrum regula tenenda est, non tamen si quid alicui de nouo occurrat omnino prohibemus afferre, modo id nulli repugnet reliquæ scripturæ loco, & in omnibus regula fidei, & morum, & adificationis seruetur. Veruntamen nouis expositionibus parèe admodum, & sobriè vtendum est, nam hic esse audacem, res est plena periculi. Hebræi quidam profitentur se per traditionem accepisse artem quam vocant Cabalam, quæ posita est in contemplatione literarum, vel varia earum dispositione, seu in mysterio numerorum, qui significantur per literas alphabeti græcas, atque hebræas, ex ea arte raro quicquam attingendum, nisi vbi ipsamet sacra scriptura oc-

Patrum inter
pretationes
tenenda.

Li. de util.
cred. c. 7.

L. 3. de fi-
de ad Gra-
tianum c.
7.

Cap. 1. de
eccl. Hier.

Lib. 7.
Strom.

Cabala quid
sit.

ra occasione manifestè præbet, vt in Apocalypsi ego sum, & c. & in nomine Antichristi, quod in numero 666. significatur. Alludit August. ad vocabulum Adam, dum dicit quatuor orbis terrarum partes in singulis literis per græcas appellationes demonstrari. Dicuntur enim Græcè Ανατολή, Δύσις, Αἴθρις, Μεσημέριος, idest Oriens, Occidens, Aquilo Meridies. Ista quatuor nomina si tanquam versus quatuor sub inuicem scribas, in eorum capitibus Adam legitur. Obiter hic admoneo, vt in citandis diuinæ scripturæ locis sit fidelis; & accuratus. non mutet verba, neque transponat, neque addat de suo, sed integrè fideliterq; iisdem verbis eodem ordine referat, vt in nostra versione habentur: Non enim solum sententiæ, verum & verba & phrasæ à Spiritu sancto sunt, sicut etiam (vt hoc obiter notem) magna adhibenda cura & fides in Patrum testimonijs proferendis. Si quis non satis memoria polleat potius sententiam lingua vernacula asserat, quàm verba authoris deprauet, & sibi ipse auctoritatem detrahat, apud eos qui inter auditores locum illum memoriter tenent. Adhibeat delectum, non omnia coarctet, nec prolixas sententias latinè nisi perrarò iustamq; ob causam pronunciet: diligenter potius ex ipsis Patrum sententijs, argumenta, & rationes eliciat. Sed quo modo sacrarum literarum instrumentis vtendum sit, exponendum est planius.

Tract. 10. in Ioan.

Prudentia in citandis scripturis.

Sensus Scripturæ literalis, & quis modus in eius explanatione. Cap. XXIV.

Triplicem esse vsum in sensu scripturæ tractando non malè aliqui docuerunt, vt Primus sit cum scriptura, per quamdam (vt vocant) accommodationem vsurpatur: Secundus qui est secundum historiam: Tertius in sensu spiritali & Mystico. Primus est cum verba scripturæ ad aliquid significandū extendimus, quod author neque in sensu literali, nec mystico intēdit. Ita frequenter Ecclesia, verba vel historias scripturæ ad aliquem sanctum celebrandum accommodat ob aliquam tantum similitudinem & analogiam. Hoc modo videtur verba quæ de sapientia æternâ dicuntur, Ab initio & ante secula creata sum. Non dum erant abyssi & ego iam concepta eram, de Beata Virgine recitare. Neque Ecclesia duntaxat, sed ipse quoque Spiritus sanctus hoc modo aliquando loquitur. Nam in Apocal. vtitur Ioannes iisdem verbis loquens de Enoch & Elia, quibus vultus est Zach. loquens de Iesu Sacerdote, & de Zorobabel, hi sunt

Triplicis vsus scripturæ.

Accommodatio verborū.

Prou. 8.

Apoc. 11.

- Tob. 2.* hi sunt duæ oliuæ, & duo candelabra, & Tobias accommodat
Amos 8. verba Amos. Dies festi conuertentur in luctum. Potest autem
 Duplex vsus hic vsus exerceri dupliciter, primum verbis simplicibus, cum
 Scripture per tatum verba ex facris literis accipimus, & iisdem exprimimus
 accommoda tionem. sensa nostra, stylum scripturæ sectantes, quo modo assidue D. Ber
 nardus felicissimè vtitur. Deinde aliquando non solum verba,
 sed ipsas historias ad rem nostram accommodamus integras,
Ecc. 45. vt Ecclesia facit cum in laudem alicuius Confessoris legit. Ecce
 Sacerdos magnus, & quæ sequuntur, quæ historia scribitur
 in Ecclesiastico de Aarone; Et cum historiam de Martha, quæ
Luc. 10. Dominum excepit, & Magdalena quæ optimam partem elegit,
 accommodat in festo Assumptionis Beatissimæ Virginis Mariæ,
 quæ Christum vtero suo excepit, & optimam partem habet.
 Hoc modo vti scripturis etiam Concionatori licebit, vt licuit
 Bernardo, Ambrosio, & alijs Sanctis. Nam verba scripturæ cū
 sacra sūt, sanctificant quodammodo orationem, excitant etiam
 deuotionem, valent ad delectationem, & recreandos animos
 cum aptè accommodantur, quia elucet quædam proportio, &
 multarum simul rerum experientia. Eoque curandum est, vt
 quæ sic transferuntur rectè, & aptè conueniant, & sponte inna
 ta, non per vim tracta videantur: Deinde vt moribus, & pieta
 ti proficiant, nam verba sacra non nisi sanctitati seruire decet.
 Nullo itaque modo leuibus sensibus, multò minus ridiculis
 vnquam aptentur.

Sensus histo
 rici triplex
 vtilitas.

Ceterum in sacrarum scripturarum vsu sensum maximè lite
 ralem Concionator attendat, & magnificiat, cuius triplex est
 in concione vtilitas; Primò maximè valet ad declarandam pro
 priam scripturæ sacræ doctrinam. ad fidei dogmata roboranda,
 ad confutandos aduersarios. Hier. de fermento abscondito in
Iu Matt. farina satis tribus, vbi aliqui mysterium Trinitatis personarū,
cap. 13. & vnitatis essentiæ astruunt, ait, Pius quidem sensus, sed sciē
 dum quod parabola, & obscura ænigmatum intelligentia ad
 auctoritatem dogmatum proficere non possunt. Secundò sen
 sus literalis est basis substruenda alijs sensibus, ita vt nisi prius
Psal. 18. ille statuatur, alij sint inanes, & sapissimè falsi. Manichæi ex
 eo loco psalmi non intellecto. In sole posuit tabernaculum suū
 eam fabricarunt hæresim, vt dicerent Christum cum ascende
 ret, corpus suum in globo solis reliquissè, & Donatistæ ex eo lo
Cant. 1. co Canticorum. Indica mihi vbi cubes in meridie? Dixerunt
 apud se esse veram Ecclesiam, eo quod ipsi habitarent Regio
 nem meridionalem, diceret aliquis, si ita exponendam putatis
 scri-

scripturam, etiam qui sunt in Aquilone idem dicent, quia in
 Psal. habetur Latera Aquilonis. Ciuitas regis magni. Tertiò
 authoritas scripturæ Sacræ secundum sensum literalem exposi-
 ta habet etiam longè maiorem vim ad mouendos affectus, ad
 persuadendum, ad instituendos mores, ad extirpanda vitia. Sē-
 lus enim mystici, qui humano ingenio inueniuntur non possunt
 ita convincere, vt ea quæ maxime Spiritus sanctus voluit infi-
 nuare, cuius verba, modi, phrasæ, figuræ, & singula quæque in-
 credibilem vim faciunt. Ob eam rem dicimus, Concionatorem
 hunc sensum quasi quotidianum panem in mensa spirituali pro-
 ponere debere, quo populus Christianus maxime nutriatur, sed
 qua ratione proponi vtiliter possit admoneamus. Sunt enim
 permulti qui magnum scripturarum aceruum in vna eademq;
 concione accumulunt, & ad singula momenta, plerasque habet
 ad manum paratas, authoritates, vix tamen vllam earum ex-
 pendunt: vnde fit, vt præter inanem memoriæ ostentationem,
 fructus inde nullus existat. Qui quidem mihi facere non secus
 videntur, atque ij, qui cum ægroti cuiusdam succum è floribus
 dare bibendum deberent, multos sanè colligerent flores, sed
 ipsosmet sicut ex prato collegerunt, in ægrotum congererent.
 Elicendus igitur è diuinæ scripturæ floribus succus, & liquor
 est, qui populo porrigatur hauriendus ad medicinam. Id fieri
 multipliciter potest; Primum ad explicandum locum qui sit in
 manibus, licebit afferre alias versiones quæ lucem afferant no-
 stræ editioni, modo hæc ita defendatur, vt nullus relinquantur
 scrupulus in mentibus auditorum, quasi nos ter interpret non
 sit perfectè assecutus mentem Spiritus sancti. Cum autem alie
 versiones apparent multam à nostra diuersa, non laudo vt affe-
 rantur, ne qua alicui ex populo, qui non facile doceri potest
 quomodo conciliantur, præbeat occasio, de recepta ab Ec-
 clesiæ versione dubitandi, vnde scripturæ fides apud aliquem
 indoctum & incapacem aliquid periculi patiatur. Hinc enim
 exorta sunt hæreses, cum indocta & rudis multitudo fieri iu-
 dex rerum grauisissimarum capit. Secundus modus est, vt ex-
 ponat patrio sermone verbis maxime proprijs, & significanti-
 bus sententiam latinæ versionis. Hoc enim si rectè fiat ponderis
 plurimum habet, ac verè quidam dixit, propriam & accuratam
 versionem pro commentario esse. Nec verò id meâ sententia
 tam facile est, quam prima facie cuius videtur. Illud autem
 diligentius cauendum est, ne forte locus minus aptè reddatur
 cum plures fortasse audiant qui esse Iudices possint, num rectè
 intelle-

Psal. 47.

Abusus in ci-
tandis mul-
tis locis sine
fructu.

Abusus in
citantibus

Varia versio-
nes quomo-
do tractanda.

Abusus in
suborn

Abusus in
suborn

intellectus, & explicatus sit, unde fiat ut dicentis inscitia, quae alioquin latebat, vernacula versione minus consentanea euulgetur. Non laborandum est ut verbum verbo respondeat, cum ratio bonae versionis id non requirat, potius enim obscurior posset reddi sensus, sed providendum ne sensus immutetur, & aliquid scripturae alienum adscribatur.

Paraphrasis. Tertiò potest aliquando vsui esse Paraphrasis, quae nihil est aliud quam cum sententiam sacri authoris alijs vocibus exprimitur, siue id strictim, sed clarius, siue aliquando fusius fiat. Ex hoc genere sunt Titelmani paraphrasticae annotationes in psalmos. Ita versus psalmi quam bonus Israel Deus his qui recto sunt corde, per paraphrasim explicatur. Verè bonus, suavis, benignus, misericors, & beneficus Dominus Deus noster erga Israel populum suum, erga fideles atque electos suos, erga eos nimirum qui sunt recto corde, qui sunt verus Israel secundum spiritum, qui affectu sincero, & puro corde, Deo placere & eius voluntatem implere satagunt, cunctas autem errorum ac vitiorum fallaces vias studiosè declinantes &c.

Psal. 72.

is et aliud
-lum admet
scilicet in
-uboni

Annotationes.

Scholia.

Affectiuus modus.

Cum emphasi proferendae sententiae.

Quartus erit modus, cum adnotando aliquid, voces ipsae, phraes, figurae, translationes, similitudines expenduntur, & ea quae antecedunt, & ea quae consequuntur, ex quibus sensus integer eruitur, ut scriptores passim in suis commentarijs faciunt.

Quintus possunt aliqua scholia, & glossae adhiberi, vel citari auctoritas alicuius e Patribus quod maiorem vim habet, ad probanda quae dicimus, quia praeter verba scripturae, verbit etiam eius cuius auctoritate utimur rem argemus.

Sextus est, & illustris ille modus quem vocare possumus Affectiuum cum rem enarrantes in quasdam veluti flammis & verba amoris prorumpimus, quod fit per aspirationes, suspiria, & colloquia spiritualia ad Deum, vel animam, admirando, exclamando, petendo opeim. Sic exponunt saepe Bern. & Titelmani, qui modus ad excitandos pios affectus est satis accommodatus; & plurimè occurrent scripturae sacrae praesertim psalorum in quibus facili negotio seruari poterit.

Postremo loco tanquam rem magni momenti illud monerè, ne aride proponas diuina verba, & sensus, sed cum emphasi, cum maiestate, cum energia, sicut decet verba Dei non hominum. Et ut breui dicam quod multis explicari posset, Diuini verbi praeco inabibat quantum fieri poterit, & in sese formet & concoquat eundem illum spiritum loci quem citat, quod mihi semper visum est maiestate plenum, & in se nescio quid caeleste continere.

tinere, dū audiri aliquos in hac re proximios, loquentes tāquam potestatem haberent; Spiritum diuinorum oraculorum in sese experimentes, & in auditorum animos vbertim transfundentes, quem prius ē fontibus Saluatoris haurisse videbantur.

Sensus mystici vsus ac modus. Cap. XXV.

Quamuis maximē literalis Concionatori sensus persequendus sit, & ferē mysticus non multum ad disputandum valeat, est tamen is quōque magnificandus, & praeclaros vsus si bene adhibeatur habet; nam postquam multa sunt allata ex historico sensu, si afferatur apte allegoria habet suam vim, valeatque ad tollendum aliquo modo tadium, & recreandos varietate animos. Sepe etiam necessitas vel utilitas cogit ad allegoriam confugere, quādo historia nihil habet magni, cuiusmodi in veteri testamento multa sunt, quae remoto sensu mystico, non multum utilitatis in concionibus nostris habere videntur. Esse autem nimium in vsu allegoriarum vitio verti posset. Eaque re Origenes olim non bene audiebatur, praesertim apud D. Hieronymum, sepe quasi per irrisionem, Origenem vocat Allegoricum Interpretem; eo quod Iberis campis allegoria vagaretur, & interpretatis nominibus singulorum, ingenium, solum faceret quasi Ecclesiae sacramenta. Ego etiam quosdam aliquando audiui, qui eum ex scripturis quas protulerant quatuor sensus professi essent sese eruturos, multa & ineptē dicebant, & frigidē. Praeterea is, qui passim ita scripturas exponeret, occasionem alicui praebere cogitandi, nihil eas certi habere, sed liberum esse cuique excogitare varios sensus, quod impietate olim Iulianus Apostata, & Porphyrius, vt scripturae auctoritatem imminerent, nostris doctoribus exprobrarunt. Vt autem allegoriae laudentur, seruanda haec sunt, Primō vt sumantur non ex nudis verbis, sed ex rebus per verba significatis. In hoc enim vt suo loco diximus allegoria a sensu historico differt. Secundō, vt sensus qui afferuntur nulli doctrinae vere, nec diuinā nec humanā repugnent. Nam reiicienda est allegoria, quae falsū aliquid continet. Tertiō debet conducere pietati, & moribus, quod tunc commodē fit cum ea quae allegoricē interpretamur, ex alijs scripturae locis vbi sine tropis expressa sunt, eruuntur. Qua in re felix est D. Gregorius. Debet autem Allegoria omnino quadrare cum sensu historico, qui vt supra monuimus debet esse basis aliorum; alioqui si sensus sit perc-

Qualis vsus
sensus Mysti
ci.

Regula in
Allegorico
sensu tenen-
da.

peregrinus dura erit & gratia expers. Quarto adhibenda est apta eloquatio, vt intermixtos habeat affectus, ne sit frigida & ieiuna narratio. Quinto. Allegoria proluxa non sit, vt videmus apud Paulum in suis epistolis, & alios scriptores sacros. Veru sit breuitas dilucida, na si obscurior sit in anigma degenerat. Sexto maxime vtendū allegorijs, quas scriptura Sacra inuuit: Deinde potius ea, quae apud Patres. Origenem, Gregorium, Ambrosium, Augustinum, Bernardum, Ricchardum de S.V. Rupertum Abbatem, & alios inueniuntur conquirenda, quam noua, proprio Marte cudenda. Postremo quam sit a loci ac muneris dignitate alienum, gentilibus scripta & poetarū figmenta per allegoriam ad sacra mysteria transferre, in prima parte cum de notitia Concionatori necessaria diximus, actū est, quod si apud aliquem ex sanctis quid simile vquam reperias, scito rem magis esse admirandam, quam imitandam, non tamen vituperarim sicut in prima parte monui si aliquis interdum Apologus, ex his, qui ad conformandos mores inuenti sunt obiter afferatur. Caterum Allegoriae, ex his maxime capitibus duci possunt; Primo ex personis, quas scimus fuisse Christi figuras, vt Abraam, Isaac, Ioseph, David, Sampson, Iephte, & alij. Secundo ex factis Heroicis Illustriū virorū, veteris testamenti, & euentis, vt Noë Plantauit vineam & inebriatus est, Sacrificiū Melchisedech, Isaac immolatio, Iosephi venditio, item quae euenerunt Sampsoni, Dauidi, Danieli, Iephte, &c.

Allegoriae
Vnde ducen
da sint.
Ex personis.
Ex factis.

Ex beneficijs

Ex prodigijs.

Ex ceremonijs.

Ex visionib.

Ex manufactis operib.

Ex interpretatione vocum.

Tertio ab eximij beneficijs populo Hebraico a Deo collatis, vt sunt columna nubis & ignis, Manna, liberatio ex Aegypto, & Babilonica seruitute, &c. Quarto, ex prodigijs & miraculis Israel factis, vt Plaga Aegyptiorum, Transitus per mare rubrum, & Iordanem, Virga Aaron florens, Statio solis, Vellus Gedeonis, Serpens Aeneis. Quinto, ex ceremonijs veteris legis, cuiusmodi sunt Agnus paschalis, Circuncisio, Ciborum delectus, tot Victimae atque hostiae, & ferè tota lex ceremonialis ad mysticos sensus refertur. Sexto, Ex multis visionibus a Deo ostensis, cuiusmodi habuerunt Ezechiel, Daniel, alia quoque vt somnium Pharaonis, schala Iacob. Septimo ab aliquibus operibus manu factis in veteri testamento, vt est Arca Noë, Arca Federis, Turris Babel, vbi facta est linguarum confusio, Ornatus summi Sacerdotis, multas virtutes ac mores boni Sacerdotis exprimens, Templum Salomonis, quod multa habet ad Dei cultum pertinentia, Octauo ex interpretatione nominum tam personarum, quam rerum & locorum, vt Paulus ad Hebreros

brzos philosophatur circa nomen Melchisedech. Denique ex
 creaturis, & rebus naturalibus, possumus allegoricè, colligere
 que non solum delectent, sed etiam doceant, non solum pro-
 bent sed moueant item, præsertim quod magnam nobis occa-
 sionem præbent sacræ literæ, quæ tales allegorias sub verborû
 translationibus significant, & planè vnum tantum verbum me-
 taphoricum, si explicetur, optimâ profert allegoriam: sic Chri-
 stus comparatur viti, petra, grano frumenti, Leoni, Agno,
 Apostoli sali, luci, palmitibus, Ecclesia, & sapientia similes di-
 cuntur, arboribus, cypresso, palmæ, oliuæ & quatuor paradisi
 fluminibus, in quibus licitum est, cum fructu excurrere, expli-
 cando multa, quæ ad hanc symbolicâ Theologiam pertinent,
 quam ipsa scriptura significat, Postremò loco illud etiam mo-
 tico, vt quando Concionator, scripturam hoc modo in sensu
 mystico exponit, vel ea per accommodationem vitur, paucis
 indicet verum & germanum, ac hystoricum sensum, ne docti,
 putent allegoricum sensum pro literali per inscitiâ allatum, &
 minus docti, putent eum sensum, literalem esse; Habet etiam
 voluptatem aliquam, vtraque explicatio, quandoquidem plu-
 ra asseruntur, & maiori cum fructu, estque iudicium grauissi-
 mi Doctoris S. Hieronymi. Tunc (inquit) allegoriæ fructus sua-
 uiter capitur, cum prius per historiam, in veritatis radice so-
 lidatur.

Ex creaturis,

Mystici sen-
sus qua pru-
dentia asse-
rendi.

Hom. 4.
in Lu.

Loci ex quibus varij modi eliciuntur ad ipsa Scriptura Sacra
Testimonia tractanda, & amplificanda: & primo.

Ex ipsarum vocum Significatione ac linguarum & proprietatum
notitia. Cap. XXVI.

IN prima parte huius nostræ institutionis de studio sacrarum
 scripturarum agentes, pro earum sensibus inuestigandis,
 quasdam regulas annotauimus, quibus etiam nunc alias, circa
 vsum earundem in concionibus adiunximus. Sed videtur ad
 huc aliquid maioris momenti, & magis ad rem nostram per-
 tinens desiderari: vt scilicet varios locos indicemus, quibus
 vt valeat noster Orator, vt ipsa sacræ scripture testimonia,
 expedire versare, apte diducere, & amplificare queat: vt item
 varia argumenta, & vt vulgo solemus dicere, conceptus varios
 educat: ad auditores valentius commouendos, ad sua firmitus
 roboranda, Denique ad finem oratoris, qui est persuadere di-

Cc etione

Etione facilius consequendum, & quamuis ex ijs locis quos superius attigimus aliqui etiam nobis hic vsui erunt, tamen nequaquam eadem repetimus, sed alibi, sensum scripturae historicum inuestigauimus; hic in alium finem, qui iam significatus est, quod est praecipuum huius facultatis concionatoriae negotium afferentur, placet autem pluribus exemplis, regulas ipsas illustrare, quia narrationem exemplorum, valde conducere ad praxim eloquentiae sacrae arbitror.

Primus locus est: Attendendam esse singularum vocum, & verborum significationem ex varijs Sanctorum Patrum interpretationibus erutam: ex minimis etiam vocolis arcana mysteria, sagaciter, tanquam gemmae e vasculis extrahenda sunt. Certè singulae voces, (ait Hieron.) literae, apices, & puncta in diuinis literis plena sunt sensibus. Quod idem confirmat Chrysostomi auctoritas dicentis, non paruum dictionem neque syllabam in diuinis literis contentam, inuenimus esse praeter eundam, non enim verba tantum sunt, sed Spiritus sancti verba, & propterea magnum in his thesaurum inuenire licet. Concionatoris igitur in eo labor est ponendus, ut cognita vocum significatione, ex ea mox ad confirmandam causam suam argumenta colligat: Exemplis melius res patebit. D. Paulus expendit vocem illam in semine tuo benedicentur omnes gentes: non (inquit) in seminibus quasi in multis, sed in semine, quasi in vno, quod Christus est: & alibi singulas voces versiculi, hodie si vocem eius audieritis &c. minutim vnusquisque vi expensa exaggerat. & ibidem quot & quanta argumenta pro Christi Sacerdotio congerit, allato psalmi versiculo. Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. D. Basil. docens scripturarum minutias indagandas affert exemplum. Abrahæ, qui prius dictus est Abram, postea Abraham; scilicet ex Patre excelso factus multarum gentium Pater: Sarai verò de tractione vnus litera dicta est Sara. Bernardus super verba, qui se humiliat exaltabitur, verbum (humiliat) aduertit esse actiuae, non passivae significationis, & multum differre ait, ut quis dicatur esse à Deo vel alijs humiliatus, aut se ipsum humiliet si dixisset (ait) qui humiliatus fuerit exaltabitur: exaltassem vtique tanquam certissime humiliatus, & vehementer, nunc autem cum dicat qui se humiliat exaltabitur, angustiae mihi sunt vndique, nec ignoro, quid eligam sed quid agam. & subdit multos vidimus humiliatos paucos humiles. Aliquando vox aliqua ponitur cum emphasi in scripturis, quae enucleanda est

Singulae voces scriptoris multum considerande.
Cap. 3. ep. ad Ephes.
Hom. 15. in Gen.

Exempla.

da est ab Oratore, ut vim illam occultam aperiat. Sic Gregorius in illud Gen. Noli timere ergo protector tuus: ostendit energiam vocis (ego) ego inquit qui te a Chaldeis vocavi, Ego qui semel atque iterum promisi tibi, ac semini tuo daturus terram hanc, ego te protegam, ego scuti vice tibi ero: Eodem modo magnam habent vim D. Petri verba: Tu mihi lauas pedes? Idem potest fieri in illud psalmi, Mihi autem adherere Deo bonum est, comparando illud mihi, & Deo, & expendendo illud adherere, & bonum est, idest planè bonum, necessarium, utile, iucundum: Bonum excludens omne malum, Denique Deus meus & omne bonum meum. Hinc patet ingens materiam campus, sedulo sacrorum verborum exploratori, unde non argumenta solum, verum & integras conciones possit conficere. Lege sermones Bern. & videbis quam ille sapienter, & quanta cum utilitate singulas scripturæ sententias discuit, & quasi stillat, ut opoballamum inde colligat: lege sermonem, super verba, Iustum dedit Dominus per vias rectas, & discas quantum hæc regula sit utilis.

Hom. 36.
in Gen.

Secundo, Notandum est vnam eandemque vocem plura fortiter sepe significata; sunt namque in scripturis voces multæ, polysymæ, unde locus ille plures sensus patitur. Rursum multæ voces sunt Aequivoçæ, quæ si secundum naturam suam distinguantur, ad varias doctrinas viam aperiunt. Sunt & voces aliæ, quæ & in bonum, & in malum accipi possunt. Sunt & Synonymæ, quæ licet rem eandem denotent, circa idem tamen plura docent. Omnia hæc vna regula comprehendimus, ne magnum regularum numerum congerere necesse sit. Exempla sint, D. Eucherius dicit aquam, prima sui significatione sumi pro elemèto ut in Gen. Congregentur aquæ, Aliquando poni pro tribulatione, Transuimus per ignem & aquam. Nonnunquam pro sapientia, Aqua profunda verba ex ore viri, etiam pro populis, Aquæ quas vidisti populi sunt, Et pro gratia &c. Ex his vario modo philosophamur, & ex multiplici sensu orationem nostram complectamur, ab vna significatione ad alias alludendo, & ex multis aliquid vnum colligendo: Ita vox (Calix) passionem, vel Christi, vel Martyrum significat: ut Dominus pars hereditatis meæ, & calicis mei, & alibi calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo: in hebræo dicitur, Calicem Iesu vbi Hier. Grandis res est martyrium, quoniam retribuit Domino, quod accepit à Domino nonnunquam sumitur pro consolatione spirituali, quam Deo propinante Sancti bibunt, ut ca-

Voces Synonymæ polysymæ, æquivoçæ, & indifferentes.

Exempla.

Lib. spirit. expos.

Psal. 65.

Prou. 18.

Apo. 17.

Psal. 15.

Psal. 115.

*Psal. 22.**Psal. 74.**Gal. 3.*Phrases &
Idiotismi,
ac consuetu-
dines.*Psal. 61.*

lix meus inebrians, quam præclarus est: frequenter in scripturis significat pœnam, vt Calix in manu Domini vini meri, vbi calix vino mero plenus, Iustitiam Dei vindicatricem denotat, sicut enim vinum merum epotum hominis vires deijcit, ita vt nisi titubans stare nequeat: sic qui à Deo in Iustitiæ furore corripitur subsistere non valet. Itē vox (fermentum) Apud Matth. & Lucam in bonam partem sumitur: & ad Gal. Modicum fermentum totam massam corrumpit, in malam accipitur: ex vtriusque cōsideratione, gravis, & utilis exurget amplificatio, probando quantam, bonorum, vel malorum consuetudo, vim habeat, ad conuertendum, aut peruertendum: In *Psal. 118.* Multa synonyma in laudem diuinæ legis colliguntur, & in multis versibus variæ adhibentur voces idem significantes. quæ tamē semper aliquid noui superaddunt, si eas sagaciter persecutemur: Dicitur enim lex Domini Testimonia, Eloquia, Iudicia, sermones, iustificaciones, mandata: & in singulis qui vellet immorari, causas inducendo, cur his elogijs diuina lex describatur: efficaciter his vteretur argumentis, vt diuinorum præceptorum obseruationem, auditorum mentibus inculcaret. Tertiò pro historico sensu inuestigando, supra annotauimus cogno-scendas esse phrasas, proprietates linguæ, idiotismos, & consuetudines varias: Idem locus utilis etiam est, ad argumenta colligenda, & amplificaciones suggerendas: cum plurima in his lateant mytheria quæ si referentur, & ornamentum & pondus orationi afferent. Tale est illud *Psal. Effundite coram illo corda vestra;* nam effundere cor, sumpta metaphora à vase ex Basilio, significat euacuare cor à vitijs affectibus, & cogitationibus prauis: Et si pro corde intelligamus actus cordis, tunc effundere cor (vt Augustinus loquitur) est, nō retinere cor in corde, vt scilicet affectiones nostræ in Deo sint, & non in nobis; At secundum Ambros. effundere cor, est idem, ac synceram coram Deo miseriarum nostrarum confessionem facere: Sic apud Iac. Christiani dicuntur fratres, ac sorores, vt intelligamus, quo amoris, & obsequij mutui studio inter se debeant esse coniuncti, sicut & ipse ex hoc loco insinuat. Item via Dei, Præcepta Dei dicuntur, per quæ necesse habemus ambulare, nō extra viam inueniamur, lupis, & latronibus obijciendi: Animā affligere est ieiunare: vt significetur citrà corporis delicias ieiunium seruandum: sicut & illud ieiunio ieiunare. Dormire dicuntur iusti in morte, tum vt mortis eorum præciositatem, tum vt futuram resurrectionem indicemus. Vide exempla multa quæ

ta quæ in prima parte adduximus, & animaduertēs quam sit facile percepto historico sensu, argumentorum vim & copiam in promptu paratam habere.

Quartò, quando loquutio est metaphorica, allegorica, aut figurata, tunc ex similitudinibus, è quibus tales metaphore ducuntur illustris Theologia symbolica vsui esse potest, rei vnus ad alteram similitudinem conferendo: vt si V. g. falsa doctrina, fermentum; Aquam sapientia, oleum misericordia, &c. conferam: Christus de messe spiritali animarum agens, alludit ad messem triticeam, quæ post quatuor menses colligenda erat; Nonne dicitis quia quatuor menses sunt & messis venit: aspici- te, & videte regiones, quia iam sunt albæ ad messem. Salomò, cibus inimicum, & sic congeres carbones in caput eius: si expli- ces horum carbonum igneorum similitudinem, copiosam dis- serendi materiam inuenies: item Ezech. comparat duritiem cordis cum lapide, Dabo (inquit) eis cor lapideum: In psal. 2. Quare fremuerunt gentes: translatio à belluis vel à mari desu- mur: Bern. in illud psal. custodit Dominus omnia ossa eorum, quia allegorica est loquutio, explicat in anima esse cutem sci- licet cogitationes, carnem affectus; ossa intentionem, & Ser- monem integrum de cute, carne, & ossibus animæ inde elicit. Idem noua & inaudita, vt ipse ait comparatione Dentes Reli- giosos designare refert, & multiplici proprietate dentium simi- litudinem amplificat; Dentes (ait) candidi sunt, & fortes, car- nem non habent, carent corio: nihil intra se pati possunt, nõ est dolor sicut dolor eorum, clausi sunt labijs ne videantur, inde- cens est cum videntur nisi ridendo: toti corpori masticant ci- bum, nullum inde saporem habent, non facile consumuntur, per ordinem positi sunt, superiores alij, & alij inferiores: Hu- iusmodi dentes arbitror homines monastica professionis, qui de toto Ecclesie corpore, quod candidum est, candidiores esse videntur: Quid enim candidius illis, qui totius immunditias spurcitia euitantes, cogitationum, sicut actionum peccata de- plorant? Quid fortius illis, quibus tribulatio pro solatio duci- tur? Illi carnem non habent, quia in carne carnem obliti sunt &c. quæ apud Bernardum videre potest qui vult. Ex quibus proprie- tatibus dilatatis sermonem perpulchrum conficit. Augustinus, explicans verba Pauli, multa membra vnum autem corpus. Oculus inquit videt, & non audit; auris audit & non videt; ma- nus operatur, nec audit, nec videt: Pes ambulat, nec audit, nec videt, nec facit quod manus; sed in vno corpore si sit sanitas, &

Ex metapho- ris, & allego- rias amplifica- mus.

Ioan. 4.

ambrosius
in 2o sermone
ad galatas

Prou. 25.

Psal. 33.

Serm. 63.
in paruis.

1 Cor. 12.

1. Cor. 12.
In ps. 130.



non aduersum se litigent membra, & auris videt in oculo, & oculus audit in aure, nec obijci potest auri, quod non videt. Respondet enim auris de pace corporis ibi sum vbi est oculus, in eo corpore sum, in me non video, in eo vbi sum video; & sic fuse dilatat Pauli allegoriam ad concordiam inter nos, qui vnius corporis membra sumus conseruandam. Extat copiosus hac de re conscriptus liber, qui sylua allegoriarum ab Authore inscribitur.

Exemplaria
Græca, & He
bræa legēda.

Quintò, sepe recurrendum est ad Græca & Hebræa exemplaria item ad Chaldaicam, paraphrasim. Nam voces hebræa, & græcæ ex sua radice, seu ethymologia, misteria continent, unde etiam in ipsa nostra vulgata editione quædam hebræa nomina, vt apud suos dicta sunt, reseruantur. Exempla non desunt in scripturis, in quibus nominum interpretationes ad significanda mysteria proponuntur, vt & nos in alijs vocibus interpretationem rimantes, areanum aliquid ad rem nostram aperiamus. Sic in Euangelio Ioan. dicitur Natatoria Siloe, quod interpretatur missus; Vnde Augustinus colligit nisi ille scilicet Christus fuisset missus, nemo nostrum fuisset ab iniquitate dimissus. Simon vocatur Cephas, quod interpretatur Petrus, & inde optimum est argumentum contra hereticos, quia Cephas significat petram, super quam ædificanda erat Ecclesia. Filij Zebedei Boanerges idest Filij tonitrui dicuntur. Acedemager sanguinis, Phasæ transitus Domini. Ioan. in Apoc. de Angelo loquitur malo cui nomen Abadon, Græcè *ἄβaddon* latine dicitur exterminans. Pro multorum nominum interpretationes, solet in calce Bibliorum index apponi, sed copiosorem scribit Arias Montanus in suo apparatus. Exempla sint: apud Paulum, virtus in infirmitate perficitur, græcè ponitur *ἰσχυρία* idest fortitudo, vt inde colligatur diuinæ gratiæ potentia, & efficacia, quæ in ipsamet infirmitate hominem perficit, & ex infirmitate fortitudinem elicit. D. Petr. ministrare (inquit) in fide vestra virtutem: Græcè *ἡμῶν* idest virtutum opera sine quibus fides, licet fundamentum sit, non est ad salutem efficax. Psal. 38. Ecce mensurabiles posuisti dies nostros: Græcè *πυλῶδες* idest palmares, seu vnius palmi, scilicet breuissimos: In actis turba hominum Græcè *ὄχλος ὀνομαστός* idest nominum quod est turba virorum nominatorum seu optimatum. Psal. 138. substantia mea in inferioribus terræ; hebræi habent mirificè plasmatus sum & contextus non secus ac phrygium aliquod opus; sic vani filij hominum in hebræo legitur vanitas; iterum transferunt in assectum.

1. Cor. 12.

1. Pet. 2.

Psal. 61.

fectum cordis . D. Hieronimus ex hebræo vocē (affectus) vertit *Psal. 72.*
(cogitatio) ab alijs vertitur pictura, græcè ponitur dispositio, &
ex his omnibus potest hic sensus erui, homines iniquos & mū-
di huius nequā sectatores, transire in affectus cordis sui, trasmutari
in suas passiones, seu vt Paul. ait tradi in desideria cordis
sui, & passiones, ignominia, quas cogitatione versant . hæc autē
quæ cogitant, non sunt aliquod verum bonum, sed falsa boni
idea : & ista sunt vanissima figmenta, quæ ipsi, sicut habet vox
græca (*is didon*) intra se disponunt . Apud Ambr. Chanaam *L. de Noe*
exponitur turbatio, seu comotio, & ita hunc mundum signi- *& Arca c.*
ficat, qui est fons commotionis, & seminarium turbationis . 28.

Ex versionibus, expositionibus, sensibus, & praxi .
Cap. XXVII.

Extò. Versiones variæ quæ extant, non solum ad cogno-
scendum scripturarum sensum vsurpantur, quia vna expli-
cat aliam (quo nomine ab Augustino celebrantur) verum in-
alium finem ijs etiam vtimur, vt si vna versio sententiam per-
fectè non explicet, altera superaddita lucem afferat, & ambæ si
inuicem conciliantur, plurium argumentorum ansam sup-
peditant, vt videre est in nostra vulgata editione quæ Hierony-
mo tribuitur si antiquæ septuaginta lectioni conferatur, nam
cum inter se nonnunquam specie discrepare videantur, ex ijs
tamen collatis perfecta sententia exurgit. exempli gratia Ioel. 2.
nostra versio habet letamini in Domino Deo vestro qui dedit
vobis Doctorem iustitiæ, septuaginta legunt, qui dedit ali-
menta iustitiæ, ex vtriusque collatione habemus Christum
esse nostrum Doctorem, qui iustitiam docet, & Doctrinam eius
esse cibum animæ, quo nutrimur, roboramur, & crescimus.
In Prou. stellio manibus nititur. Alia versio habet aranea,
vtrumque auget sententiam, nam significatur oportere nos es-
se sollicitos sicut stellio, animal ad gradiendum citissimum, &
quemadmodum Aranea, quæ tanto affectu, se ad operandum
applicat, vt ex proprijs visceribus telam contextat. In psal. 2.
vbi nos legimus apprehendite disciplinam] alij vertunt : ado-
rate filium] alij adorete purè] alij osculamini triticum.] Ip-
set Hier. variè vertit, cumque à Ruffino ob hanc varietatem *In Apol.*
argueretur sic respondet. Nisi & prolixum esset, & redoleret *cōtra Ruf.*
gloriosam, iam hinc tibi ostenderem, quid utilitatis habeat *finum.*
magistrorum limina terere, & artem ab artificibus discere, &

Versiones va-
riæ utiles ad
amplificatio-
nem.

In Apol.
cōtra Ruf.
finum.



videres quanta silua sit ambiguorum nominum, & verborum apud hebræos, certè illa varietas in vnum tendit, & tamen aliquid noui mysterij in ipsius sententiæ discussione inuenitur, nam ex hoc loco docemur adorare Christum Dei filium, quamuis morte damnatum purè ac sincerè contra eos qui ficto cultu venerantur: Docemur insuper osculari triticum, quod est in Eucharistia, manducando adorare: Denique monemur legis Messia doctrinam suscipere. Vocem hebræam Isaia quam interpres noster vertit [labruscas] alij [spinas] vertunt, & vtraque significationem admittit vox hebræa: si vtraque proponatur res ipsa magis confirmabitur, explicando quod opera multorum & labrusca sint, & spina.

Varietas expositionū feruit amplificationi.

Septimo. si quis varias sanctorum patrum afferat expositiones, vel circa idem diuersos philosophandi modos egregie & ipse philosophabitur, dum eos sequetur quos Magistros ac Duces ante oculos habere debemus: & ita ex varijs anulis auream distinguet catenam, quæ & sibi ornamento sit, & vnde tota res pondus accipiat: id à multis Doctoribus videmus factum, præsertim D. Thoma, qui in varios scripturarum libros volumina eruditionis plenissima compilarunt, quæ & ipsi catenas à varijs hinc inde decerptis anulis, appellare voluerunt: quamuis non laudo, vt tota concio ex his componatur sententijs, quia illa congesta sylua, præterquam quod indigestum chaos videtur, vt plurimum etiam satietatem Auditoribus folet parere: Adde quod perorantis memoriã rudi mole obruit, atque etiam Auditorum. Tale est quod super his Matth. verbis. Panem nostrum quotidianum seu vt alius Evangelista scribit super substantialem disputatur: nam alij de pane materiali intelligentes, explicant quare dicatur super substantialis: Alij, nec immeritò de Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento; alij de spiritali gratiæ dono exponunt: tu verò si has optiones colligaueris, haud dubiè iustæ mensuræ rationationem collegeris. Varia istiusmodi paradigmata suppetent ei, qui quantulacumque diligentia Sanctorum Patrum lucubrationes euoluerit, cum non desint varia in varios Sacra scriptura libros conscripta, & colligata catenæ.

Plures sēsus historici inuicem possunt iungi.

2. *Doctr.* Chr. c. 27.

Octauò, quia vnus idemq; scripturæ locus plures secundum ipsam historiam potest sensus admittere, vt alibi monuimus, si varij sensus hi ab Oratore assumantur ad vnum aliquid suadendum & ampliandum inuabunt: Vnde rectè Augustinus quid in diuinis largius, & vberius potuit prouideri diuinitus, quam vt eadem

eadem verba pluribus intelligantur modis? Exemplum ex *Isa. 53.*

Generationem eius quis enarrabit. certum est hæc verba à ple-
risque patribus ad diuinam, & æternam generationem refer-
ri: ab alijs ad humanam, vt Tertullian. Lact. Iust. Mart.
Alij rursus referunt ad generationem Christi spiritualẽ, id est
ad sobolem, ac filios innumeros, quos sua morte Christus erat
regeneraturus, quod ex sequentibus verbis benè confirma-
tur. Si posuerit pro peccato animam suam videbit semen lon-
gævum] Ex his tribus sensibus qui volet, plenissimum eruet
mysterium: Nam à prima Generatione tam admirabili, vt nec
enarrari, nec intelligi queat, facta est secunda Christi scilicet
hominis generatio, quæ item incomprehensibilis est, at ex vir-
tute secundæ vitæ ad primam merito Christi patientis, innum-
merabilis generatio ad Christum accessit, vt ex psal. 2. Domi-
nus dixit ad me filius meus es tu, ego hodie genui te: Vnde il-
lud sequitur de futura posteritate; postula à me, & dabo tibi
gentes hereditatem tuam & possessionem tuam terminos terræ
sic & illud *Isa.* Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nos-
tros ipse portauit: *Matthæus* morbis corporalibus à Christo sa-
natis attribuit: At *D. Petrus* pro peccatorum medicina affert, qui
peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum. Nos
si vtrumq; sensum oratione persequi voluerimus, probabimus
corporis infirmitates ex peccatorum grauedine exoriri: vnde
concludemus sicut in illis sic in istis ad Christum esse confu-
gendum, vt sicut tot egrotos sanauit, dignetur etiam pecca-
torum vlcera, quibus animæ fatent, subleuare.

Nonò. Sensus mysticus præter historicum venustissimè ap-
ponitur, præsertim si vnus alteri aptè cohæreat, non secus ac
dum videmus holosericum aliquem pannum varijs acuum pun-
ctis ab Artifice auro, gemmisq; ornari; Et vix vllus sanctorum
Patrum codices terit, cui vltro sensus mystici applicatio non
occurrat. Totus est in eo *S. Greg.* in moralibus; *Origenes,*
Augustinus, & alij; Instar omnium sit quod mirabilis in eo *Do-*
ctor mellissimus Bern. tanquam ex varijs cõpositis desforatù pro-
fert, in consiciendo triplici vnguento, & pedibus, & capiti, &
tori corpori *Saluatoris* acceptum; sic igitur ille ad varias
S. Magdalena vnctiones alludens. Primù vnguentum est mise-
ricordiæ, cuius vilissimæ species intra nostros hortulos inue-
niuntur: peccata nostra plantata in conscientijs nostris sunt:
Isa igitur mortariolo pænitiæ, macerationis pistillo conta-
ta, & resperfa discretionis oleo, doloris igne supposito, & in-
aheno

Is. 53.
Mat. 8.
1. Pet. 2.

Sensus Mysti-
ci adiunçtio.

*Serm. in
eius festo.*

aheno disciplinae cocta, vnguentum exhibent pretiosum, & acceptum pedibus Saluatoris: secundum deuotionis, cuius species de caelesti Paradiso allatae virtutes sunt, quae in mortariolo peccatoris, pistillo meditationis contritae, exultationis oleo superfusa, suffuso igne iustitiae, in humilitatis aheno decoctae, faciunt vnguentum, quod solum super caput Domini recumbentis possit effundi. Tertiae pietatis, cuius species vniuersae miseriae, oculo pietatis inspectae; istae igitur in mortariolo largitatis, dulcedinis pistillo contractae, oleo charitatis delinitae, successe igne compassionis in aheno perseverantiae despumatae, vnguentum facium ipsi etiam Angelis mirabile: felix Maria vixit pedes, felicior caput, felicissima quae rorem vnguentarium toti corpori praeparavit. conijce inde quantam, & quam fertilem materiam includat sensus hic mysticus; quae si sapienter, ac prudenter disponatur parem vberitati, utilitatem profundet.

Scripturae optimus commentarius est Sanctorum vita & actiones.

De Mendac. ad Cor. sent. tomo 4. init. Hom. 10. in Ezech.

Ad fratres in heremo col. 10. c. 9. 1. Cor. 9. Lib. 5. in st. c. 11.

Lib. 7. in st. c. 19.

Decimo, cum locus explicandus praecipuum aliquod, seu documentum continet ad praxim virtutum, ac spiritualis vitae pertinens; optimus erit modus, si explicetur ista praxis, & praeterita Sanctorum exemplis illustretur: & antiquorum traditionibus recepta ostendatur: Regulam, hanc docet August. Diuinae (ait) scripturae non solum praecipua Dei continent, sed etiam vitam, moresque iustorum, ut si forte occultum est, quid accipiendum sit, quod praecipitur] in factis istorum intelligatur, eadem est Gregorij regula his verbis: In sanctorum vita cognoscimus quod in scriptura intelligere debeamus. Si V. g. illa proponatur autoritas. Oportet semper orare, & nunquam deficere. Quid accommodatius ad persuadendum afferri potest, quam si afferantur exempla eorum, quos August. Cass. & alij commemorant, qui & manibus opus, & corde iuge orationis studium exercebant? Si locus Pauli proponatur: Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo: dices ex Cassian. hanc fuisse Sanctorum omnium Patrum traditionem, non esse quempiam idoneum ad spirituales pugnas nisi prius obtinuerit bella carnalia. Si suademus ex scripturis curam pauperum habendam, proponemus antiquam primitiae Ecclesiae traditionem de Collectis, quibus pauperum inopia subleuabatur; De quibus S. Leo sermones non paucos scribit, imò & Paulus non semel agit: si apud Religiosos de perfecta rerum abdicatione loquaris in illud, nisi quis renunciauerit omnibus quae possidet non potest meus esse discipulus. Vfus antiquus ex Cassian. afferetur, qui & Basilij citat sententiam ad quendam Senatorem, qui cum se renuntiasse dice-

ret

ret huic mundo , & tamen quadam sibi de proprijs facultati-
bus reservasset. Audiuit ex Basilij ore. & *confessionem* perdidisti :
& Monachū non fecisti. His, & similibus Ecclesiastes abstrusos
scripturarum latices auditoribus propinabit : sunt enim ipsa
scripturae aquae ad quas Iacob oves ducebat ad aquandas, & in
harum canalibus, versicolores amygdalorum virgas ponebat,
ut earum aspectu oves eiusdem varietatis foetus parent: Aquā,
ego sacram scripturam interpretor , virgas autem Sanctorum
exempla: Iacob Concionatoris est figura, qui Christi oves, hoc
est Christianum populum ad sacros diuinorum eloquiorum fon-
tes deducit, iisque variegatas opponens Sanctorum virtutes, fa-
tus eiusdem coloris Christo generat innumeros .

Gen. 30.

Ex varietate verborum , & scripturarum concordia .
Cap. XXVIII.

Vndecimò , Eandem sententiam Spiritus sanctus saepe in
eodem cōtextu variatis verbis repetit, & haec repetitio,
quae in oratione fortè alicui vitiosa videretur tantum abest, ut
absona sit, quin potius non solum magis explicat, sed plura
etiam notatu digna includit; Præterea eadem sententia pluri-
bus interdum membris constat: ut videre est in lib. Iob. sapien-
tialibus, & alijs, quorum si proportio, correspondentia, vel or-
do, quo inter se partes cohærent attendatur, materia non de-
rè speculanti ad dicendum : Sit exemplum repetitionis. Exod.
25. iste Deus meus, & glorificabo eū Deus Patris mei, & exal-
tabo eum; certè auget, quod non solum sit Deus meus, sed &
Patri mei Deut. 32. concresecat, ut pluuia doctrina mea, fluat,
ut ros eloquium meum, oratio est illustrior explicando dupli-
cem similitudinem rosis, ac pluuiae. In Psal. Benedicam Domi-
num omni tempore, semper laus eius in ore meo ubi ex abun-
dantia cordis, sit eiusdem sententiae repetitio, & inde crescit ora-
tionis affectus. Item paratum cor meū Deus, in prosperis mo-
deratè habendis; paratum cor meum ad toleranda æquanimi-
ter aduersa, vel ut ait Bern. Via regia fratres, nec ad dexteram
declinat, nec ad sinistram : est inuenire hominem semel paratū
non secundo, docetque aliquos esse, qui libenter auscultant il-
li, Eijce Ancillam, & filium eius, sed non sunt parati ad il-
lud aliud, Immola mihi filium quē diligis Isaac. Item in illud
Gen. Erat, Dominus cum eo, idest (cum Ioseph) & erat vir in-
cunctis prosperè agens.] Vnum ex alio optimè infertur, nam
si id

Scripturae va-
riae idem do-
centes iuuat.

Psal. 39.

Psal. 107.

Serm. 43.

è paruis.

Gen. 39.

Collocatio,
& ordo in sa-
tentijs scri-
pturae nota-
tur.

si id curemus, vt nobiscum sit Dominus, consequenter viri in-
Coll. 3. & cunctis prosperè agentes erimus : Ioan. Cass. explicans verba
6. Gen. 12. Gen. Exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo Patris
 tui, aduertit ordinem in his tribus esse perfectæ Monachorum
 abrenunciationis : Primum dixit exi de terra tua, id est de sa-
 cultatibus mundi huius, opibusq; terrenis. Secundò, de cogna-
 tione tua id est de conuersatione, & moribus, vitijsque prioribus,
 quæ nobis à nostra natiuitate cohærentia veluti quadam
 cõsanguinitate cognata sunt : Tertio, de domo Patris tui, id est
 de omni memoria Mundi huius, qui oculorum occurrit obitu-
 tibus. Sic explicantur à Sanctis Patribus secundum ordinem
 quo scripta sunt à Dauide tria illa membra, primi psalmi ver-
 su primo, vbi debet aduerti correspondentia inter verba ab-
 re, stare, sedere: inter impios, peccatores, pestilentes, inter cõ-
 filium, viam, cathedram; vides in vnico versu quanta argumen-
 torum seges? quæ vnum hoc docent vitanda esse malorum cõ-
 sòrtia. Magnum mysterium includit Pet. in pulchra illa gradua-
 tione; Ministratè in fide vestra, virtutem; in virtute, scientiam;
 in scientia abstinentiam, in abstinentia, patientiam; in pacien-
 tia, pietatem, in pietate, amorem fraternitatis; in amore autè
 fraternitatis, charitatem; vbi ostendendo rationem istius sub-
 ordinationis, & consequentiæ, quomodo vnum ex alio inferatur,
 copiosa erit dicendi vbertas. Bern. notat ordinem in verbis
 Pauli. Iustitia, pax, & gaudium. Primò præcedit Iustitia, alio-
 quin non sequeretur pax, quia non est pax impijs; Deinde se-
 quetur gaudium; ordo autem peruersus est velle statim
 gaudere.

Scripturæ va-
 ria loca ean-
 dem senten-
 tiã habentia
 amplificent
 rem.

Duodecimò, Eadem sententia in varijs Sacræ scripturæ li-
 bris non ijsdem verbis, sed alijs, atque alijs effertur: quare non
 est difficile ad eandem rem inculcandam, similes illos locos ad-
 ferre; qui si prudenter connectantur multam continent erudi-
 tionem: Adde quod etiã de eadem re diuersæ in diuersis vtrius-
 que instrumenti voluminibus loquuntur sententia, quæ plura
 prædicata, pluresque eiusdem rei veritates tanquam in vnum
 Symbolum conferunt, e quibus integra concio formari potest.
 Sanctus Gregorius in Mora: vt explicet illa verba Iob. tunc
 surrexit Iob. & scidit vestimenta sua, & tonso capite corruens
 in terram adorauit. explicat duodecim scripturæ testimonia
 hinc inde ex varijs bibliorũ libris desumpta, qua in re eximita,
 ac singularis sacratissimi huius Doctoris apparet industria: In
 Gen. dicitur Abrahæ ambula coram me; similis est ille locus
 cum

cum Deo ambulavit] & alius prouidebam Dominum in conspectu meo semper] possunt hi loci simul tractari, & inde plenius ostendetur, quid sit coram Deo, & cum Deo ambulare, & habere Deum in conspectu suo: Simulque inuenietur in ipsis librorum sacrorum verbis inesse aliquam ex similitudine dissimilitudinem, ad fructum spiritualem uberiorem captandum. Ad hanc regulam pertinere potest, quando vnus scripturæ locus per alium confirmatur, quod tum maximè fit quando per aliquam consequentiam alterum ex altero deducitur, & infertur; Sicut D. Petrus in Actis volens probare de Christo illa psalmi verba. Non dabis sanctum tuum videre corruptionem] hanc veritatem elicit ex alio loco psalmi, quia Dauidi iureiurando promisit Deus; De fructu ventris tui ponam super sedem tuam] Basil. locum illum Matth. Thesaurizate vobis thesauros in celo] ait posse explicari per alium, vendite quæ possidetis, & date eleemosynam, facite vobis sacculos qui non veterascunt, &c.

Decimotertiò, Elegans est modus vniam sententiam amplificandi per aliam, in qua aliquid diuersum ostenditur, aut etiã oppositum; si V.g. altera virtutem celebret, altera vitium oppositum vituperet: Certum est enim Philosophorum axioma, opposita iuxta se posita magis elucescunt: Præterea si quis asseratur locus, qui in specie videatur alteri contradicere, ex vtriusque conciliatione opportuna amplificatio exurget. In Gen. Abrahæ magna posteritas promittitur. Suspice cælum, & numera stellas si potes, sic erit semen tuum, & tamen alibi futura dicitur, sicut puluis terræ; & quoniam diuersæ sunt stellæ cæli, & puluis terræ, dici potest: Abrahæ [quem Patrem credentium fuisse scimus] posteros, omnes Christianos esse: quorum aliqua pars electorum est, quæ futura dicitur sicut stellæ Cæli, nam fulgebunt iusti sicut stellæ firmamenti, alia verò reproborum, significatur sub typo pulueris terræ, vt dicit psalmus; non sic impij, non sic, sed tanquam puluis, quæ proijcit ventus a facie terræ. Bern. in prima verba psalmi 90. Qui habitat in adiutorio altissimi, quis sit (ait) Diuini inhabitator adiutorij per non inhabitantes illud melius potest cognosci: Tria sunt equidem eorum genera. vnum non sperantium, aliud desperantium, tertium frustra sperantium. Iac. in sua canonica duplicem sapientiam simul adiungit, vt ex intuitu pulcherrimo vnus, euidentius appareat alterius turpitudine: Non est (inquit) ista sapientia de sursum descendens, sed terrena, animalis, Diabolica, quæ desursum est sapientia: primum quidem pu-

dica

Psalm. 15.

1. de Bapt. Matth. 60

Sententiæ diuersitas, & oppositio amplificationi feruiunt. Gen. 15.

Gen. 22.

Serm. 1.

Iac. 3.

- Rom.* 10. dica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consensu-
 1. *Cor.* 13. tiens, &c.] Paulus ad Rom. Iustus (ait) ex fide vivit, si vero iu-
 gatur locus Cor. si habuero omnem fidem, ita ut montes trans-
 feram, charitatem autem non habuero nihil sum] Poterit in-
 strui auditor fidē esse quidem radicem vitæ, sine qua nihil vivit
 1. *Ioan.* 3. Deo, at si sola sit sine charitate, apud Deū caret merito, apud
 Io. dicitur. Qui natus est ex Deo nō peccat, sed nec peccare po-
 2. *De pecc.* test] cui si opponas illud eiusdem si dixerimus quia peccatum
Mer. & non habemus ipsi nos seducimus] Poteris cum Augustino di-
 10. *Re: c.* stingere duplicem hominem, primum regeneratum, & ut sit
 non peccat peccato mortifero, sed quia ex se habet corpus,
 quod corrumpitur, & libertatem item ex se ipso, deficere po-
 test, quare Deo inniti nos oportet, eique maximē adharere.

Christus, *Matth.* 6. attendite ne iustitiā vestram faciatis cor-
 ram hominibus, ut videamini ab eis, & tamen, cap. 9. dictum
 fuerat, sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant ope-
 ra vestra bona] Explicanda est igitur Christi doctrina, scilicet,
 quod nunquam opera nostra eo animo facienda sunt ut appa-
 reant coram hominibus, & ab ijs celebrentur: at fieri posse co-
 ram hominibus, ut videāt opera nostra bona, & in operibus no-
 stris glorificetur Pater qui in cælis est, non autem nos qui Dei
 instrumenta sumus.

Obscuriora
 loca per obie-
 ctionem, &
 solutionē am-
 plificantur.

Decimoquartò, Si locus scripturæ sit obscurior, aut res ip-
 sa, quæ proponitur in specie habeat aliquid alienum, aut ab-
 surdum includere videatur, modus hic commodè teneri potest, ut
 prius sibi ipsi Orator obijciat, quod minus rationi consonum
 apparet, deinde respondendo, & explicando rem certissimam
 reddat. Triumphat Orig. in celebri illa homilia di S. Magda-
 lena: Iesum interrogās, cur tamdiu sub peregrina veste lateat,
 cum id repugnare videretur, tanti demonstrationi amoris: a
 Magdalena item percontatur, quid peccauerit; O Maria (in-
 quit) vocas eum, & non audit, oras eum & non exaudit, qua-
 ris illum, & non inuenis, pulsas & non aperit, tu sequeris illum
 & fugit; Heu quid hoc est? olim laudabat te, quærebat te cum
 non adesses, vocabat cum abesses. O bone Iesu quare non con-
 solaris lacrymas, quas fundit pro te, sicut cōsolatus fuisti lacry-
 mas, quas fudit pro fratre suo, si solito more eā diligis, cur de-
 sideriū eius protrahis? O verax Magister, dixisti Maria opti-
 mam partem elegit, quæ non auferetur ab ea, sed quomo-
 do verum est, cum tu ablati es ab ea? Ergo o custos homi-
 num, aut tu partem, quam elegit custodi in ea, aut ego ne-
 scio

scio quomodo verum est, quod non auferetur ab ea] tandem concludit illud à Dilecto ordinatum, vt mutarentur lacrymæ doloris in lacrymas amoris Item Augustinus cū Deus mentientibus obfetricibus bene fecerit, & domos edificauerit merito queri potest an ipsum mendacium approbauerit?] Respondet August. non quia mentitæ sunt, sed quia in homines Dei, misericordes fuere, non est in eis remunerata fallacia, sed benevolentia, non iniquitas mentientis, sed benignitas mentis; sicut enim ait mirum absurdumque non esset, si prius aliquo tempore commissa ab eis opera mala, Deus propter posteriora bona vellet ignoscere, ita mirandum non est quod vno tempore, in vna causa Deus vtrumque conspiciens, id est factum misericorditer, factumque fallaciter, & bonum remunerauerit, & propter hoc, malum ignouit, quando pro humanitate, & misericordia reddita fuit merces vtiq̄ temporalis, non æterna.] Si occurrat locus ille explicandus in Euangelio, si oculus tuus scandalizat te erue eum, & projice abs te, si manus tua, vel pes tuus scandalizat te abscinde eum, & projice abs te] Primò cum admiratione potest dici; Ita ne iubet Christus, oculos erui manus abscindi? pedes obruncari? corpus mutilari? minime verò: Vnde exponendum est quid importet talis auctoritas. fugiendas scilicet mali patrandi occasiones oculorum, motus castigandos, manuum actus, pedum incessus illicitos, ad rationis dictamen reprimendos, ne animam deprædentur. Item si locus ille Caut. afferatur explicandus. Venter tuus sicut aceruus tritici vallatus lilijs] Primò mihi opponam quid ventri cum tritico? quid tritico cum lilijs? inde subijciam, planè ita est si de ventre animali, si de tritico camporum, si de hortorum lilijs sermo esset, cum autem sit translatio, per ventrem recitè voluntas animæ spiritualis significatur, quia opera concipit homo, vt Mater filios, per aceruum tritici, opera bona innuuntur, quibus nutritur spiritus, per lilia vero denotantur omnes circumstantiæ, & conditiones requisite, vt opus de genere suo bonum benè fiat: Nec enim placent Deo opera etiam si ex genere suo substantiam habeant bonam, nisi suis conditionibus tamquam lilijs vallata offerantur; Aut cum Gregorio per ventrem, populi latitudo designatur, qui bene sicut aceruus tritici lilijs vallatus dicitur, quia dū operibus sanctis intendens, in caeleste horreum præparatur, exemplis sanctorum, vt perfecter vndique munitur] Christus apud Ioan. nemo (inquit) venit ad me; nisi pater meus traxerit illum] at si tractio secundum

*Exp. in
Cant. c. 7.*

Ioan. 6.

dum Arist. est motus violentus, & Deus homini nequaquam vim infert, sed liberam exigit a nobis seruitutem, quomodo dicemur à Deo trahi? Respondebo statim cum Augustino. trahi

Tract. 2. (inquit,) à Patre, est interna persuasione, & amoris ingentis declaratione ad Christum duci.] Item cum Cyrillo. Non enim cum dicat neminem posse ad se venire, nisi Pater traxerit eum vi quadam cogi, trahique credentes putandum sit, sed monitione, doctrina, reuelatione ineffabiliter facta: unde intulit omnis qui audiuit à Patre, & didicit, venit ad me.] Vbi enim auditus, disciplina, doctrinaque ad est, ibi fides non vi sed persuasionem oritur.

Concordia Decimoquintò. Egregius est & ille modus in testimonijs
utriusque te scripturarum, quando vtrumque simul testamentum vtraque
stamenti. lex, & vetus, & noua coniungitur; quando historias Euangelicas, & prophetica vaticinia, non secus ac duo Cherubim ex

vtraque Oraculi parte coniungimus, qui vtrumque Iatus propitiatorij tegant, respiciantq; se mutuo, & qui apte hanc testamentorum consensionem ostendit, scriba ille doctus est in regno caelorum, qui ceu bonus Pater familias profert de thesaurò suo noua, & vetera, hoc ipsum saepe à Christo videmus facilitatum, & ante, & post resurrectionem, praesertim cum, incipiens à Moyse, & omnibus Prophetis interpretabatur in omnibus scripturis, quae de ipso erant.

Luc. 24. A Philippo item Diacono, in celebri illa per Spiritus Sancti magisterium, Reginae Candacis Eunucho conuersione, dum in Isaiae lectione, Christum patientem ostendit. Aperiens enim Philippus os suum, & incipiens à scriptura ista (scilicet Is. 53.) euangelizauit illi Iesum, quin & in ipsis nascentis Ecclesiae primordijs, & concionibus maxime Petri & Pauli, locus hic maximam peperit Iudeorum ad Christi fidem accessionem, sicque faciendum docet S. Clemens Romanus,

Interpretates (inquit) ex lege & Prophetis, procedant ad conuenientiam & similitudinem Euangelij, Nam Dominus ait

scrutamini scripturas, quia ipsae testimonium perhibent, de me. Idem August. Greg. & alij. Qui locum hunc copiose tractatum & innumeris patrum exemplis videre voluerit, legat librum integrum, imò nouem libros Patris nostrae societatis, Iosephi à Costa, & inde argumenta eruat. Huic affinis est ille modus,

cum per accomodationem, aliquid in nouo testamento, cum personis, vel rebus veteris instrumenti conferimus, & ad id genus expositionis referri potest quod secundum Analogiam appellat, Augustinus, sic Bern. Iosephum Virum Mariae, cum Iosepho

Joseph Patriarcha eleganti similitudine comparat; Vt scias (ait) *Serm. 2. in Missis est.*
 quis, & qualis homo fuerit Ioseph. Memento illius quondam Patriarchæ venditi in Ægipto, & scito ipsius istum non solum vocabulum fuisse sortitum, sed castimoniam assequutum, innocentiam adeptum, & gratiam] Inde per varias vtriusque Iosephi sortes celebri inductione decurrens: celebrem facit amplificationem; August. afferens locum Sap. properans homo sine querela deprecari pro populis, proferens seruitutis suæ scutum orationem, & per incensum deprecationem allegans, restitit iræ & finem imposuit necessitati, ostendens quoniam tuus est famulus.] Hunc hominem dicit esse Christum Pontificem nostrum, qui assumpto carnis humanæ thuribulo, & supposito igne altaris, id est anima sua magnifica, adiecto etiam incenso, qui est spiritus immaculatus, medius inter viuos, & mortuos stetit, & mortem non permisit ultra grassari.]

Serm. 98. de temp. sap. 18.

Ex annexis: Scopo: Causis: similibus, & Doctrinarum varietate. Cap. XXIIX.

Decimosexto, Celebris erit amplificatio, si antecedentia examinemus, si subsequencia conijciamus, quæ duo per se expensa, rem totam non solum explicant, vt alibi dicebamus sed etiam illustrent, & augent: Quæcumque ad Galatas scripsit Apostolus ex hoc vno primo capite antecedenti nascuntur, Miror quod tam cito transferimini, ab eo, qui vos vocauit in gratiam Christi in aliud Euangelium, quod non est aliud nisi quia sunt aliqui qui vos conturbant, & volunt conuertere Euangelium Christi] & ex ijs quæ cap. vltimo inferuntur, quicumque volunt placere in carne, hi cogunt vos circumcidi, tantum vt crucis Christi persecutionem non patiantur vt in carne vestra glorientur] Psalmus 43. de Christo Messia loquitur, & exponi debet, tum ex antecedentibus, tum ex eo, quod consequitur, Patet, nam titulus est canticum pro dilecto, id est laus pro Christo Messia, quem Pater æternus non semel dilectum vocat, & pro ijs qui commutabuntur, id est pro populis Fidelibus, qui Ecclesiam Christi faciunt, qui commutandi dicuntur per Iustificationem, a Messia in hoc sæculo, & in alio per resurrectionem, & gloriã; qui enim Idola adorabant Deum verum cognoscent, & qui mortalem in terris vitam degebant, immortali in cælis beatitudine fruuntur: De his autem duobus loquitur psalmus, de Christo scilicet dilecto & Ecclesia, vnde

Ex annexis amplificatio fit.

D d statim

statim habetur in primo versu, dico ego opera mea Regi, scilicet Messiae, deinde astitit Regina à dextris tuis, quae est Ecclesia, quae commutata est; in ultimo verò, Propterea confitebuntur tibi in aeternum, & in saeculum saeculi, quod scilicet omnes essent Messiae laudes decantaturi; Ex hoc consequenti, Si cum antecedente iungatur, facile tota vis cantici colligetur. Item apud Lucam Parabola Pharisei, & publicani optimè pendet ex eo antecedente; Dixit Iesus parabolam, ad eos qui in se confidebant, & aspernabantur ceteros] sicut & maximè augetur ex hoc consequente qui se exultat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur] Nam ex ijs verbis omnia pendunt, in se confidere, alios aspernari, exaltari, & humiliari, quod in ceteris parabolis licebit animaduertere, & conferet non parum, siquidem vel in principio, vel in fine ipsius parabolae aliquid simile adijcitur.

Scopus attendendus.

Decimoséptimò, Sicut ad inuestigandum historiae sensum multum interest prae oculis scopum quem sibi scriptor proposuit habere continuò; ita & ad varias argumentationes extrahendas prodest eundem scopum attendere: Inuabit item, si variae circumstantiae, Personarum, loci, temporis, modi seriò aduertantur; rursus si causa afferantur: Nam in vno eodemque subiecto, nonnunquam videmus ex quatuor causis argumenta, & amplificationes posse desumi. S. Leo. in Serm. de transfiguratione ad scopum primo attendit, in qua transfiguratione (ait) illud principaliter agebatur, vt de cordibus discipulorum crucis scandalum tolleretur, nec conturbaret eorum fidem voluntariae humilitatis passionis, quibus reuelata esset abscondita excellentia dignitatis] Bern. in illud vigilate, & orate, vt non intretis in tentationem, ex circumstantijs scripturae sic argumentatur: Quis (inquit) hoc dixerit, scitis, & tempus, scitis, Dominum enim est verbum istud, & instante iam passione, & attenditur quod ipse iam erat passurus, & non discipuli, nec tamen pro se dicebat orandum, sed pro illis; si tantum illos oportebat timere in passione Domini, quantum nobis est nunc fratres timendum in passione nostra?] D. Petrus tractans illud Psalmi, non dabis Sanctum tuum videre corruptionem, addit circumstantiam euidenter probantem, Dauid (inquit) defunctus est, & sepulchrum eius apud nos est] Bern. in psalm. qui habitat; ita sententiam illam amplificat Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te; mira (inquit) dignatio, & verè magna dilectio charitatis, Quis enim, quibus, de quo, quid mandauit? Quis enim manda-

Serm. 5. in ps. qui habitat.

Serm. 12.

mandauit? Quis enim manda-

mandavit? cuius sunt Angeli, cuius mandatis obediunt: Summa maiestas mandavit Angelis, & Angelis suis mandavit, illis utique tam sublimibus, tam beatis, tam sibi coherentibus, tam familiariter adherentibus, & verè domesticis Dei, mandavit de te, tu quis es? Domine quid est homo quod minor es eius, & filius hominis quia reputas eum? quasi verò non sit homo putredo, & filius hominis vermis, sed quid putas mandavit de te? numquid scripsit contra te amaritudines, nunquid ut contra folium quod vento rapitur ostendat potentiam suam? Angelis suis mandavit de te, ut custodiant te. De quatuor causis exemplum sit in præcepto charitatis; Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo.] Causa efficiens, & præcipiens est Deus, Materia est præceptum dilectionis Dei, & proximi, Forma ex toto corde tuo, anima viribus &c. Finis Deus ipse, & Christus, in quem tota lex tendit: Aliud sit exemplum in historia Davidis pugnantis contra Goliath: Finis fuit Davidi, ut iniuriam divinæ maiestatis vlcisceretur, ut sciant omnes, quod Deus est in Israel, Formalis causa; Ego venio ad te in nomine Dei exercituum, efficiens principalis; Deus, ministerialis & instrumentalis David ipse in funda, & lapide, Materia, ipsa pugna.

Decimo octavo, Cum aliquid è scripturis afferimus, præferimus si difficultatem aliquam secum importet, potest una, vel plures rationes afferri, cur hoc, vel isto modo, & non alio dicatur, siue rationes ab ipsa scriptura decerpantur, siue ex Sanctorum Patrum promptuarijs eruantur, aut à nobis prudenter excogitate in medium subijciantur: & tales sint, quibus doctrinæ ipsius rationabilitas manifesta fiat. Quem modum August. appellat secundum Ethologiam, seu causæ redditionem: Exemplum sit potest causa afferri, quare Deus cætera suo verbo creavit, dixit & facta sunt,] carnem tamen hominis de limo terre formaverit, quare de costa primi hominis, Etiam edificare voluerit. Quarit S. Ambr. causam secundi, & docet de ipsius l. de Pa- Ade costa factam esse mulierem, ut sciremus vnam in viro, & rad. c. 10. muliere corporis esse naturam, vnum fontem generis humani: Quarit idem quare de alijs rebus dicatur vidit Deus quod esset bonum] non autem de homine, cuius tamen creatio, & constitutio alijs præferenda sit, utpote melior: Respondet quia aliæ res, quæ libero arbitrio, & ratione carent, suam integram habebant naturæ bonitatem, at homo libertate præditus, & ad bona supernaturalia ordinatus, nondum suam perfectionem.

D d 2 erat

Scriptura per rationes alla tas amplifica tur.
l. de Pa- rad. c. 10.
Hic
Hic
Hic

erat consequutus: Similiter si mysterium piscinae explicem, quaestionem mouere possum, quare vnum tantum illa aqua singulis annis sanaret non plures, quare non nisi post motionem Angeli? Ita per reliquas circumstantias inquirens nobilissimas disputationes offerentur, in quibus abstrusiora mysteria diuulganda referantur. Bern. in psalmum 33. causam reddit, cur mors peccatorum pessima dicatur; mala (inquit) in amissione mundi, quia non possunt sine dolore separari ab eo quem diligunt, peior in dissolutione carnis, a qua euelluntur eorum anima a spiritibus malignis, pessima in tormentis inferni, quando corpus, & anima perpetuis simul addicentur ignibus.]

Serm. 43. ex paruis.

Decimonono. Sanctorum librorum verba ex his quae dicuntur, aliquid aliud innuunt proximum, & affine, ei quod scribitur, vt facile sit ex tali proportione consimilium, seu rerum affinitate, allusionem fieri ad id, quod implicite concluditur, & tunc ea coniunctio, & significatio maiestatem orationis auget, quia vnum simile alteri lucem praefert. Exempla regulae declarabuntur quae patribus vsitatissima est; Bern. cum explicasset mortem peccatorum pessimam, ex affinitate quadam sententiae, addit mortem bonorum optimam esse, quoniam sit ibi quies a labore, sit iucunditas de nouitate, sit securitas de aeternitate.] Idem super illa verba Cant. oleum effusum nomen tuum] Ex vicinitate verbi effusionis, considerat virtutem infusionis, ita vt dona Dei, quae nomine olei proponuntur, & infundi dicantur in ordine ad nos, qui recipimus, & effundi quando proximis per nos communicantur] idem in illa verba memorare nouissima tua, ex hoc quod dantur nouissima, per quandam affinitatem alludit ad primordia, & media, quorum respectu nouissima dicuntur: Recole (ait) primordia, attende media, memorare nouissima, prima pudorem addunt, secunda dolorem ingerunt, nouissima metum incutiunt, cogita vnde veneris & erubescere, vbi sis & ingemisce, quod vadis & contremisce. Hoc eodem modo, ex causis possumus philosophari de effectibus, & vice versa de effectibus causas cognoscere; item ex vno simili aliud colligere, ex vno relatio, alterum: & ex signis rem significatam. Ex

Ex scripturae sententia, colligitur aliquid aliud.

Loco citato.

Serm. in Cant. 18.

relatis argumentatur Paulus ad Roman. Accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus Abba Pater] quod exag- gerans Chrysostomus; Neque enim solum dicit (Pater) sed (Abba Pater) quae potissimum vox, est germanorum, ac legitimorum ad patrem liberorum,] & diuus Hieron. qui vocat Patrem (ait) filium se esse profitetur, debet ergo patri similis in mori-

Rom. 8.

Hom. 14. in epist. ad Rom.

Rom.

relatis argumentatur Paulus ad Roman. Accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus Abba Pater] quod exag- gerans Chrysostomus; Neque enim solum dicit (Pater) sed (Abba Pater) quae potissimum vox, est germanorum, ac legitimorum ad patrem liberorum,] & diuus Hieron. qui vocat Patrem (ait) filium se esse profitetur, debet ergo patri similis in mori-

moribus inueniri, nè nomine quoque in vacuum vsurpato, maiori pœne subiaceat Ioan. 13. Non est seruus maior Domino suo, neque Apostolus maior est eo qui misit illum. Ex signis increpat arrogantiam Pharisæorum Christus, factò vespere dicitis serenum erit, rubicundum est enim cœlum, & mane, hodie tempestas, rutilat enim triste cœlum, faciem ergo cœli dijudicare nostis, signa temporum non potestis? & Centurio viso terre motu, & his quæ fiebant exclamauit, verè filius Dei erat iste Dion. Areop. scribens ad Polycarpum contra sophistam Apollophanem ex signis, Christi diuinitatem, probat his verbis. Hæc sunt quæ tunc temporis contingere, naturam profectò superantia, ac soli Christo possibilis, qui Author est omniũ; Ea si potes Apollophanes argue, nempè enim vna tecum præsens atque aspexi, ac dijudicauit omnia, dignaque sum admiratione prosequutus.

Postrema, & vicesima regula erit si simul cum sententiarum explicatione aliquid ex doctrina Theologorum, quos scholasticos vocamus, quasi commentarij loco adijciamus, nec deerit facultas, cum præ cæteris D. Thomas ex harum literarum testimonijis penè totam suam theologiam confirmet & cõponat. Huc præterea refertur si quis ad sententias sacras dilatandas, philosophorum moralia dicta applicet, cuiusmodi sunt, quæ ex Arist. aut aliorum philosophorum Epicteti, Platonis, Senecæ, Plutarchi, libris moralibus desumuntur, vt diuinæ ac reuelatæ sapientiæ tanquam ancillæ famulentur, parè tamen, vt alibi diximus. Idem esto iudicium de naturali philosophia, de scriptoribus historicis, de artibus humanis, cum multa sint in nostris scripturis, quæ harum rerum adminiculò indigeant; Aliqua item ex Poetarum eruditionibus facient ad rem nostram. Orig. Nisi (ait) naturã animalium sic intelligere deberemus, nunquam dixisset in Euãgelio Saluator, Dicite vulpi illi, neque Ioannes generatio viperarum: Basil. sicut (ait) solent tinctores vt perfectum colorem purpuræ panno inducant, inferiorem alium colorem præmittere, super quo amplius exprimitur color ille perfectus, ita de disciplinis humanis præmittendis ante diuinam scientiam indicandum est. At sicut ante diuinas literas, hæc prophana addiscuntur, ita eisdem tractandis vsui esse possunt, quod à plerisque Sanctorum Patrum maximè Nazianzeno, Clemente Alexandrino, Basilio, Lactantio, Hieronymo, & alijs videmus esse factum; Ambros. in libris hexameron multa de naturali philosophia docet, scripturas etiam afferens vn-

Dd 3 de in

Matt. 16.

Matth. 27.

Epist. 7.

Scriptura amplificatur ex doctrinis varijs.

Hom. 3. in Cant. Tract. ad Nepotes.

Hier. 17.

- de in illum locum Hieron. perdix fouet, quæ non peperit; naturam perdicis describit, sicut in verba Christi; estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ; potest fieri digressio ad naturam horum animalium inquirendam, ut inde simplicitas prudens, & simplex prudentia doceatur: sic in Ecclesiastico. brevis in volatilibus est apis; & initium ducoris habet fructus eius; inde potest fieri descensus ad naturam apium inuestigandam, nam ut docet Ambr. apes sunt laboriosæ, & inertes durius castigant, cessantesque ab opere.
- 5. Nex. c. 21.**
Arist. 1. hist. animal. c. 22. morte condemnant; expellunt, & occidunt nimium comedentes, omnes sunt occupatæ; quædam directa acie certis Ducibus bellum mouent, quædam circa victum inuigilant, mellificam alia; cellas explorant, & inter has viçes nulla alterius operi insidiatur; nulla raptim vicinat, sed suo labore victum conquirunt omnes; Vnde virum spiritualem ex Apum philosophia instruere poterimus, qualiter erga se, erga proximos, erga superiores gerere se ipsum debeat; otium, ut fugiat; contra tentationum procellas instructa acie procedat sub recta superiorum disciplina: alijs non detrahat, sed inter flores facta conuersationis mella spiritualis fructus carpèdo in proprio sudore panem suum comedat. Exemplum ex vsu moralis Philosophiæ: si agas V.g. de ciborum temperantia in illud Eccl. 37. Noli auidus esse in omni epulatione, & non te effundas super omnem escam, in multis enim escis erit infirmitas. Potest adduci autoritas Plutarchi: Vulgares cibi (ait) appetitum intra naturæ modum continent, coquorum, & opificum artes, & calidissima ista aromatibus condita cupedia (ut appellat Comicus) semper fines voluptatum proferunt, vitia temperaque supplantant; Item Platonis cuius cæna fuit tanta philosophicæ Frugalitatis, ut de eo diceretur: qui cum Platone cenarent postridie etiam suauiter habere: idem Medicorum Aphorismis adductis potest ostendi: Nam Galenus affirmat cibum compositum ex varijs rebus facile corrumpi. Plinius docet cibum simplicem esse maximè vtilem homini, sed multorum ciborum mixtionem esse pestilentem & perniciosam. Theologia vero scholastica nobis valde ad scripturas amplificandas debet esse vsui. Exemplum sit ex psalmo 50. Ne proicias me à facie tua & spiritum Sanctum tuum nè auferas à me, ex theologia doctrina afferà esse dogma certissimum neminem à Deo deseri nisi ipse prior Deum deserat: Augustini autoritate confirmatum: Noli cadere (inquit) & tibi non occidet si tu feceris casum

casum, ille tibi facit occasum, Ex hoc patebit locus: Spiritum Sanctum non auferri à iustis, nisi ipsi peccando spiritum, in se extinguant: hoc autem pertinet ad donum perseverantiæ quod non cadit sub meritum, vt Theologorum schola vniuersa docet: sed petendum est a Deo iugiter vsque ad mortem, quod facimus, dum clamamus nè proicias me à facie tua &c. super illud Matth. v. vobis scribæ & pharisæi Hypocritæ qui mundatis quod de foris est, intus autem pleni estis rapina: Ex certa Theologia dicendum est, bonitatem actionum nostrarum constare ex duplici parte, externa scilicet, & interna, sicut homo constat anima, & corpore, & præcipuam partem eam esse, quæ consistit in spiritu interno; & ab eo sumere vim, ac meritum externas actiones, iuxta illud psalmi omnis gloria filia regis ab intus, & Cant. Pone me vt signaculum super cor tuum, & super brachiũ tuum, primò enim præcedere debet cor, dein de brachium, id est ex interno spiritu externa actio. Tandem ad hanc etiam regulam refertur, cum ex poetarum libris aliquid afferretur ad ipsius scripturæ verba confirmanda; nam scriptura etiam poetarum modis loquendi vtitur: quod si aliquis contradicat, exponat, ait, Hier. quomodo dicatur, vallis Titanorum in Regnorum libris Syrenæ & Onocentauri, in Isaiæ. Arcturus, Orion, & Pleiades in Iob. & cætera his similia, quæ vtique vocabula gentilium fabularum & causas, & origines peruestigando, suo pondere non carent, modo Concionator, non velit poesim ostentare, sed Ecclesiastem agere Christianum.

c. 3. Ep. ad Galat.

Atque hæc de scripturis occurrebant ad viam aliquam nouis Concionatoribus aperiendam, quibus assiduo vsu & Sanctorum Patrum lectione meliora sine dubio occurrent: Ego vero iudicium hoc loco meum nequaquam dissimulo. quanquam nil noui, ab eo quod viri sapientes, & periti concionatores norunt sim dicurus, tamen quod dico istud est: Ad formandas optimas conciones nullam nos inire posse meliorem rationem, quam si ex opulentissimo scripturarum sacrarum thesauro, & amplissimo reuelatæ sapientiæ diuino fonte, quæ dicturi sumus hauriantur. hunc ego modum ad instruendas, vt dixi conciones longè alijs assero faciliorem ijs, qui mediocriter in sacris biblijs sint versati: Ad fructus item vberes colligendos longè magis accommodatum, cum nihil, aut dignius, aut vtilius afferri possit, quam id, quod ad hominum beneficium Deus ipse protulit, Rudioribus etiam populis planiorẽ cum ea sit li-

terarum diuinarum maiestas, vt sapientibus, & insipientibus aequae respondeat: ipsi item Oratori reliquis aptiorem, siue docere, siue mouere, aut delectare velit: Rursum Deo nil magis gratum esse, nec sapientibus, & doctis auditoribus magis aridum, quam si eiusdem Dei verbis oratio inhæreat, ideoque diuinum aliquid redoleat: Denique, vt vno verbo dicam absoluta erit omnibus numeris concio si diuinarum sententiarum luminibus illustretur, vt stellis celum, & quasi gemmis corona decoretur.

De Argumentatione. Cap. XXX.

Hactenus de argumentis, & varijs argumentorum locis locuti sumus, Sed illud etiam sciendum, hæc argumenta per Argumentationes esse tractanda, & exolienda, sunt enim argumentationes argumentorum expolitiones, & quasi eorum forma, inter quas Ratiocinatio, & Inductio præcipuum locum habent, imò ad eas omnes alia commodè referri possunt, vt iam ostendemus. Ratiocinatio, quæ græco nomine syllogismus dicitur, tres habet apud dialecticos partes, vt omnibus est notum. quas vocamus maiorem propositionem, minorem, & conclusionem; sed neque eo ordine, neque etiam numero, ab Oratoribus coercentur. Aliquando enim conclusionem præmittunt probandam, inde adijciunt vnam vel plures propositiones, easque amplificanc, pro vt res ipsa exigit. Exemplum ex tribus partibus constans sit. Qui ex Deo est verba Dei audit, sed vos non auditis, ergo ex Deo non estis. ad

Epicherema. hanc primam speciem hæc quoque reducuntur; primo Epicherema, cum tota ratiocinatio in vnam cogitur propositionem, virtute, continentem omnes partes Syllogismi, vt apud Malachiâ. Si Ego Dominus vbi est timor meus, si ego Pater, vbi honor; vbi subintelligitur maior propositio, Dominum oportet timere Patrem amare, & minor Ego autem sum Pater & Dominus. Sic Paulus ad Galatas. Sic stulti facti estis vt cum spiritu ceperitis, nunc carne consumamini.

Enthymema. Secundo Enthymema, vbi vnâ tacemus propositionem, vt facit Paulus. Nescitis quod membra vestra templum sint Spiritus Sancti tollens ergo membra Christi faciâ membra meretricis? Absit

Socites. Tertio, Sorites, est cū multi simul coacervantur syllogismi. Exemplum sit ex D. Prospero. Isaias secundum septuaginta versionem sic habet, si non credideritis, nō intelligetis, vnde infert ex fide intel-

intellectum existere, non ex intellectu fidem; Ex intellectu autem nascitur bene agere, ut dicitur in psalmo 35. noluit intelligere ut bene ageret; Sed Apostolus dicit fides ex auditu, auditus autem per verbum Dei; Vnde colligitur Doctorem debere predicare quod audiat crediturus, quia sine predicacione nullus erit auditus, eodem Apostolo dicente, quomodo audient sine predicante. Si ergo (inquit) quilibet sine predicante non audit, sine auditu non credit, sine fide non intelligit, sine intellectu non bene agit, Verbum fidei predicandum est, ut audiens credat, credens intelligat, intelligens bonum opus perseveranter agat. Sic Hieron. Nemo Propheta in patria sua honorem habet, at ubi honor non est, ibi contemptus est, ubi contemptus ibi iniuria, ubi autem iniuria, ibi indignatio, ubi indignatio, ibi nulla quies, & alia &c. Vnde infert, Monachum in patria sua quietum esse non posse; Quarto, Oppositio, quando ex opposito propositionis, redimus ad propositionem, quale est illud Pauli ad Roman. in die oportet operari, nam in nocte ob tenebras non operamur. Sed iam nox precessit, dies autem appropinquavit, abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis tanquam in die honeste ambulemus. Quinto, Collectio est confirmatus, & amplificatus syllogismus constans quinque partibus, scilicet propositione, ratione propositionis, confirmatione, amplificatione, seu expolitione, ac denique conclusionem. Quomodo autem possit res confirmari, & amplificari suo loco dicitur: Itaque syllogismus tres habet partes, si vero argumentatio vna propositione omnia concludit, est Epicherema, si duabus Enthymema, si multi ponuntur simul syllogismi, est Sorites, si ex opposito concludit Oppositio, si quinque partibus constet, Collectio.

Ep. ad Hebr.

Oppositio.

Rom. 13.

Collectio.

Inductio duplex.

Rom. 8.

1. Cor. 9. Li. de moralitate.

At vero Inductio, quæ est secunda species, apud Dialecticos, est cum ex particularibus uniuersale colligitur, apud Rhetores etiam cum ex similibus multis, aliud simile infertur, exemplum prioris, neque fames, neque nuditas, neque persecutio, neque instantia, neque futura, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia, poterit me à Charitate Dei separare. Exemplum posterioris est item apud sanctum Paulum, dum licitum esse Concionatori viuere ex Euangelio sic ostendit; Quis militat stipendijs suis vnquam? quis plantat vineam, & de fructu eius non comedit? Quis pascit gregem, & de lacte non manducat? Cypr. probaturus solidam virtutem in rebus aduersis ostendi. Arbor, inquit, quæ alta radice fundata est, ventis incumben-

*Circa finē
secunda o-
rat. Theol.*

Expositio.

Subiectio.

*Hom. 22.
ad Pop.
Ant.*

cumbentibus non mouetur; Nauis, quæ forti compage solida-
ta est, pulsatur fluctibus, nec foratur; quādo in area fruges terit
ventus, grana fortia & robusta contemnunt, inanes paleæ statu
portatæ rapiuntur. Nazian. volens probare intellectum hu-
manum, nec naturalia quidem posse integrè percipere, hac in-
ductione vtitur; Quis lyram cicadis in peiore dedit, & cantus
illos, quos cum meridiano Solis æstu ad musicam incitantur,
in arborum ramis fundunt? quis cantum cygno contexit, cum
pennis in auram expansis modulatum sibilum edit? Quid est
iam cum arrogans, & medicus Pauo elegantiam, gloriamque
affectet? Vnde apibus atque araneis tantus laboris atque indu-
stria amor? & in hunc modum satis prolixam inductionem ha-
ber. Ad hanc secundam speciem pertinet, Expositio, vel enume-
ratio cum multa proponuntur facta sufficiente enumeratione,
& cætera tolluntur, vt vnum inferatur, vt si dicam de cæco na-
to, vt cæcus nasceretur vel ipse peccauit, vel parentes, vel ob
gloriam Dei factum est, non primum, non secundum, ergo terti-
um. Et huic est valdè similis Subiectio, qua plura querimus,
quæ dici possunt, & nos ipsi nobis respondemus, vt reiectis alijs
concludamus, quod volumus. Vt si quis laudans sanctum Iob
hac figura Rethorica vteretur, Quali nomine hunc iustum ap-
pellam ignoro, Athletam eum vocem? Sed præcellit tantarum
copia coronarum; Petram eum dicam? sed firmiorem eum vi-
deo, militem appellabo? Sed robustiorem cerno constantiam;
Turrim eum nominabo? sed eminet sapientia; arborem eum
dicam? sed decorior inuenitur; fructum eum appellem? sed spe-
ciosior demonstratur; thesaurum eum nominabo? sed copio-
sior dignoscitur, & quali vocabulo appellem Sanctum, non in-
uenio. Pulchra est Chrysofomi inductio, vt probet aliquem
non esse fidelem factis, etiam si nomine dicatur Christianus;
Vnde (inquit) te queam agnoscere? à contrarijs vndique re-
perio conspicuum: Nam seu à loco te discere voluero, in cir-
cis & Theatris commorantem intueor, in malignantium con-
cilijs, in hominum conuenticulis perditorum, seu ab aspectus
forma, video cachinnantem iugiter, & dissolutum, siue à vesti-
bus, in scena versantibus, nihilo melius cerno compositum, siue
à sequentibus, parasitos & assentatores circūdūcis, siue à ver-
bis nihil sanum, aut necessarium, aut nostræ conferens vitæ lo-
quentem audio, siue à mensa, hinc maior apparebit accusatio.
Vnde igitur potero te fidelem agnoscere dictis omnibus con-
traria protestantibus?

Ita

Ita etiam dicam, quod verus Dei cultus in Mundo esse debet, sed vbinam est? inter Turcas? nequaquam, inter Iudaeos? minimè, inter Gentiles? nullo modo, Inter hæreticos? non potest esse; ergo inter Christianos, & Catholicos; Neque huic ab-

Submissio.

Similitudines, exempla, sententia. Cap. XXXI.

Præterea similitudines, & exempla ad inductionem aliquo modo pertinent, quibus adde sententias. De similibus præclare ait Quintil. ad inferendâ rebus lucem reperta. Aristoteles asserit magni esse ingenij similia videre. Hodie à nostris Cõ-

Cap. 11.

lib. 5.

In Poet.

Regulæ circa

similium v-

sum.

Prima Re-

gula.

Videndum deinde, vt similitudines ex rebus petantur nobilibus, non autem ex sordidis, & nimis vulgaribus, vt ex rebus vulgariæ, & ollis, ex abiectis artificijs, nec debent nimis minuta, & abiecta quæ rem circumstant referri, vt quidam fecit, qui dū asserit similitudinem mulieris parturientis, propria obstetricis membra, etiam parturientis clamores expressit, & alter, qui ve-

Secunda Re-

gula.

nato-

1. de carne Christi
c. 9.

Duplex ratio proponendi Similia.

Quarta Regula.

Quinta.

Sexta.
Modus adhibendi similitudines.

Is. 53.

Heb. 6.

Eccl. 21

Eccl. 24.

Hom. 23.
ad pop.
Ant.

Prou. 27.

natorum voces in pulpito, ac si esset in aperto campo edebat. Similitudo est Tertull. Quid est caro, nisi terra conuersa in figuras suas. Cum ducuntur ex rebus inexpectatis, & nouis reddunt orationem sublimem, floridam, & iucundam. Tertiò possunt hæ similitudines aliquando breuius, aliquando latius tractari, si res exigat, sed illud vt plurimum est faciendum, hoc non tam crebrò: pleni sunt ijs, libri Sanctorum Patrum, iamq; libri etiam extant qui collectas ex ijs similitudines, inque cõmunes locos redactas continent. Quartò, similitudines aliquando præcedunt, & res sequitur, aliquando præcedit res quam excipit similitudo, aliquando (quod magis placet Fabio) cum re ipsa connectitur, collatione inuicem correspondente: quo modo rem magis oculis subijcit, & pariter ostendit. Quintò, Aliqui cum habent locum scripturæ, in quo similitudo aliqua latet, primò afferunt eam, inde locum scripturæ citant, quod magis placere videtur Auditoribus. Sextò, Modus adhibendi similitudines potest esse multiplex: idoneum certè erit in dicendo vti varietate, quia semper delectat, nunquam breuiter tangitur. Isa. tanquam ouis ad occisionem ductus est. Paulus de Ipe, quam sicut anchoram tutam habemus; aliquando magis exprimitur comparatio. Eccl. sicut sol oriens mundo, sic mulieris bonæ species in domo sua: sæpè coniunguntur plures similitudines: Quasi cedrus exaltata sum &c. quasi oliua speciosa in campis, quasi platanus, quasi storax &c. Chrysostomus in peruersum Christianum his verbis inuehitur ostendens non solum non esse fidelem, sed nec hominem, & feris peiorem. Quid (inquit) fidelem dico? nec enim es homo, cum enim tanquam asinus recalcitres, lasciuias autem vt Taurus, tanquam equus verò post mulieres hinnias, ventri tanquam vsus indulgeas, & vt mulus carnem inpingues, & malum memoria teneas velut Camelus; porrò rapias vt lupus, vt serpens irascaris, ferias vt scorpius, sis subdolos vt vulpis, nequitia verò tanquam aspis, & viperæ venenum serues, & sicut ille malignus Dæmon fratres impugnes, quomodo te cum hominibus numerem talis in te naturæ signa cum non intuear? Crebrius afferimus similitudinem per contrarium. Prou: si contudoris stultum in pila, non auferetur ab eo stultitia eius, vel per negationem, V.g. ceremoniæ solum extrinsecè sine compunctione cordis nequaquam animam lauant, sicut aqua faciem, ac manus à fardibus mundat. Septimò, Putarem e re boni Concionatoris esse si omnes similitudines sacræ scripturæ in locos

eos cōmunes virtutum & vitiorū redigeret; cuius rei formulā
 videre poterit apud Ioannē Buterum, qui ex Prophetis collegit.
 Sēpē autē ex vno, vel altero verbo metapharico pulcherima eli-
 ci potest similitudo, si fufus explicetur. Est enim metaphora
 brevis similitudo. Cum vfu similitudinū pone etiam parabolā,
 quæ non est aliud quam rerum discrepantium sub aliqua
 similitudine facta collatio. Solent autem parabolæ sumi ali-
 quando per locum à pari, sicut hoc ita & illud; aliquando per
 locum à minori vel maiori ex illa maxima. Si quod minus vi-
 detur inesse, inest, ergo quod magis, vel si quid magis videtur
 inesse, non inest, ergo nec quod minus. Exemplum primi gene-
 ris est parabola feminantis. Zizaniorum, fagenæ, de Rege fa-
 ciente nuptias filio suo. Secundi generis de Iudice iniquo, de
 Willico iniquitatis. Exempla etiam sunt vsurpanda, quæ ad
 probandum, & ad persuadendum multum valent, & solent Au-
 ditoribus valde tum vtilia, tum incunda esse, si suo loco adhi-
 beantur: Certa enim regula Hieronymi est, quod per simplex
 præceptum teneri ab Auditoribus non potest, per similitudines
 exempla habeatur. Seneca longum (ait) iter per præcepta,
 breue, & efficax per exempla. In horum tractatione hic modus
 seruari potest; Primò non multa exempla narranda sunt, nam
 multitudo parit satietatem, & memoriam obruit, sicut vnum
 aut alterum solet cum fructu audiri, & facile memoria retine-
 ri. Quando autem multa afferre necesse est, singula per mo-
 dum inductionis percurrenda sunt breuiter, vt si de fortitudine
 agerem, possem ad eam hortari. Laudando fortitudinem Ste-
 phani inter lapides, Laurentij in igne, Andreae in Cruce & alio-
 rum, quomodo Paulus de fide loquens multorum exempla af-
 fert sanctorum. Et in libris Machabæorum Mathathias. S. Chry-
 sost. commemorat multorum Patrum illustriora facta, in qui-
 bus Paulum confert, & præfert. Secundò exemplum potest ali-
 quando afferri sine applicatione; vt Iac. Elias homo erat simi-
 lis nobis, & oratione orauit, & sine alia explicatione, quando
 est notum, vt Iudas. Væ illis, qui in via Caim abierunt, & sicut
 Sodoma, & Gomorra, & finitimæ Ciuitates. Tertiò, Per com-
 parationem argumentando à maiori ad minus, vel contra.
 Vt Regina Austru surget in iudicio, &c. Et ecce plusquam Sa-
 lomon hic. Viri Ninivite &c. Et ecce plusquam Ionas hic, vt
 si contra irreuerentiam aliquorum Christianorum in cultu tem-
 plorum afferrem exempla Ethnicorum, & Turcarum, qui cum
 magna reuerentia se gerunt, & Christus Dominus affert con-
 tra

Parabolæ

Exemplorum
vfu.

Lib. 3. in
Matt. c. 18
Epist. 6.

Modus tenen-
dus in exem-
plis.

Hom. 5. de
laud. Paul.

Iac. 5.

Matth. 12.

Matth. 8. tra infidelitatem Hebræorum, fidem Centurionis. Quarto, Nonnunquam potest aliquod illustre exemplum dilatarî, & exornari dum utimur locis ad amplificandum accommodatis, considerando omnia, quæ rem comitantur, describendo, & antea oculos ponendo facta, & virtutes, adhibendo figuras, quibus illustri redditur, ut si promptissimam, & fortissimam Abraham obedientiam ex multis factis adiunctis exornem. Quinto, Habeat noster Orator selectiora Sanctorum, & illustrium virorum exempla in locos communes virtutum ac vitiorum disposita, ex quo promptuario, possit aliquid opportunè pro materia & varia rerû tractatione depromere. Utile enim valde est & multum addit concionibus ornamenti graue aliquod exemplum suo loco propositum: ac per sepe magis ad persuadendum, quam ipsæ rationes, & argumenta valent. Præsto sunt vnde peti possunt libri Authoresque permulti, Baronius, Surius, Lipomanus, historia Eusebij, Tripartita, Lanfiaca, Chronica diuersarum Religionum; Præterea Cæsarius, Sophronius in prato spirituali. Tilmanni collationes, liber qui dicitur Exemplorum, collectus ex varijs libris nuper emendatus. His præterea addi possunt sententiæ, quas inter figuras aliqui enumerant, sed non solum ornant, sed ad confirmanda quæ dicimus valent plurimum, & Aristoteles etiam alio nomine eas laudat in Oratione, quia moratam eam reddunt, cum in eis Oratoris mores eluceant. Sunt autem sententiæ utiles ad docendum, si sint ut oportet, breues, aptæ, & succi plenæ, ad delecandum ob æumen, & aliquam dicendi figuram per quam ferè explicantur, ad mouendum, quia instar iaculi auditorum cordibus insignuntur.

Authores à quibus exempla desumenda.

Sententiæ usus.

Sententiæ quid sit.

Pro lege Manilia.

Sententiæ unde colliguntur.

Sunt autem Sententiæ, oratio sumpta ex vita communi, quæ quid sit, aut quid esse debeat in vita breuiter ostendit: & differunt à prouerbijis, quod hæc sint sententiæ quædam perulgatæ, ac tritæ, illæ verò minimè, sed vox aliqua sapientum, ut illa Ciceronis. Neque enim is exercitum continere potest Imperator, qui se ipsum non continet, Et sententiarum apud Ciceronem debet esse frequentior usus, quam prouerbiorum: quia cum hæc etiam apud rusticos sint vsitata, sæpe humilem dictionem efficiunt. Abundant Patres sententiarum numero, & grauitate ex quibus iam, & libri confecti sunt. In fine operum D. Gregorij ponuntur sententiæ ex omnibus libris eius collectæ, & in locos communes distributæ, quas Collector flores appellat. In tertio Tomo D. Augustini ponuntur 388. sententiæ, quas Prosper creditur ex eius operibus collegisse. Philosophorum

rum etiam plurimas sententias collegit Stobæus, Ludouicus
Cranatensis ex Seneca, & Plutarcho, & alijs. Epicteti Enchi-
ridion continet multas, & graues & vtilis ad mores instru-
dos. Sed & suapte ingenio inuentis, debet. Concionator vti, pos-
sunt autem aliquando asferri sine ratione, aliquando potest ra-
tio subdi, vt in illa Eccl. Ne dixeris peccavi, & quid mihi acci-
dit triste. subditur ratio. Altissimus enim est patiens redditor,
quod tunc magis faciendū est, cum per sese videri posset minus
probabilis. Aliquando proponuntur sententiæ simplices, aliquan-
do duplices ex cōtrarijs saepe rebus formata; Vt filius sapiens le-
tificat Patrem, filius stultus mæstita est matris. Eccl. statera do-
losa abominatio est ante Deum, pondus æquum voluntas eius.
Nonnunquam proponuntur oratione vtitata, nonnunquā cum ali-
qua figura, vt sit in Epiphonemate, vt Sulpitius in vita B. Mar-
tini. O virum ineffabilem, nec labore victū nec morte vincen-
dum; qui nec mori timuit, nec viuere recusauit. Deet senes
magis sententias asferre, quā Iuniores, sed & hi possunt mo-
dice vti, præsertim cum non sunt ipsi Authores, sed ab alijs di-
ctas referunt, Neque debent eas, immodicè frequentare, cre-
briores enim inuicem sibi obstant, vt in segetibus, & arbutis
euenit, quæ densitas ad iustam magnitudinem adolescere non
sinit. Pictores etiam cum multa in vnā tabulam opera contu-
lerunt spatijs ea distinguunt, vt vmbre in corpora cadant, & vt
melius singula emineant.

Eccl. 7.

Prou. 10.

Amplificatio ex locis Topicis . Cap. XXXII.

Non solum argumenta inuenienda, & adhibendæ argu-
mentationes, & scripturis sacris confirmanda quæ dici-
mus, sed etiam amplificationibus singula sunt exornanda. Am-
plificatio namque est maximè Concionatori propria, quæ ora-
tionem reddit illustrem, locupletem, læcertosam: Ideo prudē-
ter Quintilianus de Oratione quæ ad populum habetur, fere-
tur inquit, non semitis sed campis, non vti fontes angustis fi-
stulis, sed vti latissimi amnes totis vallibus fluat, ac sibi viam
si quando non accepit, faciat.

Spectat ea ad eloquutionem, sed quia plurimum ab inuen-
tione pendet, nonnulla hoc loco dicamus. Illud Primo animad-
uertendum est, nostras Amplificationes non ideo adhiberi,
vt rem maiorem, minoremue ostendant quam sit, quod Rhe-
tores olim & nominatim profitebatur Isocrates. Quæ enim no-
ster

Quorsum tē-
dat ampli-
ficatio Chri-
stiana.

ster orator proponit omnia grauissima sunt, & ad æternam salutem, vel ad æternum exitium tum animæ, tum corporis pertinent: Neque ille in errorem inducere Auditores vult, sed ab errore deducere: quippè qui non vanæ venditor est artis, sed Christi gratiæ Prædicator. Necessaria tamè amplificatio est, vt qui non intelligunt rerum Christianarum dignitatem, sic exeitentur. Idcirco debet omnino Concionator peccati fæditatem exaggerare, pænarum acerbicatem, præmiorum amplitudinem, virtutum christianarum excellentiam, beneficiorum Dei magnitudinem demonstrare, & ea præcipuè, quæ vulgus non videtur magnificere, vt vsum male consuetudinis, Iuramenta, detractiones, cõtumelias, odium proximi, vlciscendi cupiditatem, & alia huiusmodi amplificando extollere. Sic Isaias amplificat

Rom. 4.

Hom. de vit. Iur.

Homil. in Gen.

Loci ad amplificandum.

ruinam ciuitatum Moabitarum, sic Paulus ad Rom. amplificat fidem Abrahæ, Sic Chrysoft. egregiè amplificat ruinas ciuitatum quæ sape ex vno periurio manarunt, & alibi amplificat obedientiam Abrahæ in filij sui immolatione, loci autem ex quibus amplificatio sumitur, Primum illi ijdem esse possunt, qui ad probandum assignantur, & confirmandum: Nam amplificatio parum ab ipsa confirmatione, vel argumentatione distat, cum aliud ipsa non sit, quàm dilatata quædam & copiosa confirmatio, vel argumentatio vehemens. Quippè argumenta conglobata & dilatata faciunt amplificationem, vt probatio possit dici, velitationi similis, amplificatio autem oppugnationi arcis, in qua tela & tormenta bellica vndique excussa ad eam expugnandam frequentantur. Amplificationem faciunt definitiones conglobatæ, vel descriptiones, frequentatio consequentium, similitum, ac dissimilium, contrariarum rerum, exemplorum, adiunctorum, testimoniorum, autoritas scripturæ vna vel plures benè explicatæ, & ad rem collocatæ Patrum graues sententiæ. Proponamus exempla e literis sacris. Amplificatio à definitione, seu descriptione petetur, si dicam virum iustum esse qui non abit in consilio Impiorum, & in via peccatorum non stat, nec in cathedra pestilentie sedet.

A Definitione.

A Diuisione.

Secundò, A diuisione seu partitione est cum totum vel genus amplificantes diuidimus in suas species ac partes, vt in psalmo, simulacra gentium argentum, & aurum, os habent, & non loquuntur, oculos habent, & non vident, pedes habent & non ambulant. Sic Samuel petentibus Regem, ostendit legem Regis, descendens ad multa singillatim opera quæ illis imponet, & molestias quas afferet. Sic apud Hierem. nonne vides quid isti faciunt

faciunt? filij colligunt ligna, patres succendunt ignem, mulieres conserpunt adipem. Sic Greg. Nazian. Matris Machabeorum fortitudinem amplificat, probans nullo genere tormentorum eam flecti potuisse. Nam quod poterat vno verbo dicere (nullum tormentum) amplificauit, multas tormentorum formas enumerans.

Homil. de septē Machab.

Tertiò, ab enumeratione proprietatum, quæ rei conueniunt, vt Paul. Charitas patiens est, benigna est, non æmulatur, non agit perperam, omnia credit, &c. & alibi in laboribus plurimis, in carceribus, in plagis, in mortibus &c.

1. Cor. 13.
2. Cor. 11.

Quartò, à causis, vt si cruciatus Christi amplificem grauitatem ex summa Dei charitate, ex Christi tam prompta oblatione, & peccati turpitudine, & crudelitate dæmonum, & inimicorum Christi.

A causis.

Quintò, ab effectis, vt laudans Deum dicam cum psalmo, Qui sanat omnes infirmitates tuas, qui redimit de interitu vitam tuam, qui coronat te in misericordia, & miserationibus, qui replet in bonis desiderium tuum.

Ab effectis.
Psal. 102.

Sextò, ab oppositis & contrarijs vt si loquar de humilitate, ostendam quam sit ea Deo grata, ex eo quod superbos Deus ferre non potest, sed eis resistit.

Ab oppositis.

Septimò, ab adiunctis & accidentibus, siue antecedant, siue comitentur, siue subsequantur, sic grauitatem iudicij vniuersalis amplificabo, à signis quæ præcedunt, ab aduentu irati Iudicis, & sententia, à separatione malorum à bonis.

A similibus, & exemplis.
Sap. 5.
A circumstantijs.

Octauò, à similibus, & exemplis. Sap. omnia illa transferunt tanquam umbra, & tanquam nauis, & tanquam nuncius, & tanquam sagitta in aere, & tanquam auis, &c. Ad hunc locum pertinent omnes rerum, particulares & indiuiduæ circumstantiæ, ex quibus optimè quæstiones finitas amplificamus; Vt si velim dissuadere bellum, dicam nocumenta, quæ affert hoc tempore, hoc loco, à tali principio, in hunc finem, & singulæ circumstantiæ describi amplificarique possunt. Si ignominiam mortis Christi amplificem à loco qui erat Caluarie mons, vbi scelesti necabantur, à tempore, die solenni, à personis, scilicet Iudæis, quibus tot beneficia contulerat, à modo quia nudus cruci affixus est inter duos latrones. Sic D. Basilius martyrum penam & necem describit, ita si quis agat de morte, de iudicio, de penis Inferni, & similibus amplificatio optima erit, si ad propria quæ in his cernuntur descendat Oratio, Sic enim multo magis mouebit, quam si in vniuersum multa memorètur communia,

Hom. 40.

E e m u n i a ,

Cic. in
partit.

Ad amplificā
dum, res ma-
gnæ faciunt.

munia, ut si dum de morte differitur, describatur status morientis, proponendo labores corporis, tentationes Demonis, separationem ab omnibus rebus, peccata vitæ præterita, timorem instantis Iudicij, conscientia stimulos & alia: Eodem modo in alijs huiusmodi argumentis. Cicero vult in amplificationibus adhiberi ea, quæ magna habentur, quorum ut ait duplex est genus, alia sunt magna natura, ut cælestia, diuina, quæ habent causas admirabiles, obscuras. Alia usu, quæ hominibus videntur aut prodesse, aut obesse. vehementius, & triplicia sunt. Vel enim ad pietatem erga Deum, Patriam, Parentes, vel ad amorem erga charos, ac necessarios, vel ad honestatem virtutum, maximè earum quæ valent ad communitatis bonum, ac liberalitatem spectant.] Talia fermè sunt omnia quæ tractat noster Orator, ita ut deesse idonea ad amplificandum materiam nunquam ei possit; præsertim si his theologicis locos, de quibus supra loquuti sumus adiungat; Ut sunt Dei attributa, eius præcepta, promissiones, minæ, beneficia erga homines, dignitas Religionis Christianæ, Vocatio Dei, tempus gratiæ, prædicationes prophetarum, & alia ex quibus Prophetæ, Apostoli, & cæteri Sancti Viri graues exaggerationes, querelas, & argumenta ad significandam nunc rei atrocitatem, nunc dignitatem, aut momentum, desumunt.

Quatuor Amplificationis modi ex Quintiliano cum exemplis sacris. Cap. XXXIII.

Li. 8. Inst.
s. 4.

Preterea Quint. quatuor modos utiles amplificandis rebus assignat, Incrementum, Comparisonem, Ratiocinationem, Congeriem. Incremento amplificatio fit, cum per gradus oratio crescit, & ad summum peruenit, & in hoc differt à Congerie, quod hæc satis habet multas, aut voces aut sententias, ad propositum idem accumulare: In incremento autè oratio crescat necesse est, ut psal. Admirati sunt, conturbati sunt, commoti sunt, tremor apprehendit eos, ut si quis aliquod flagitium, amplifcet ostendendo multa in vno esse delicta, & ab vno ad aliud atrocius ascendat, vel contra; heroicum aliquod factum, seu Martyris fortitudinem efferat, varios fortitudinis gradus vsque ad summum laudatione conscendens. Quemadmodum si in laudem D. Luciae dicam, multum fuit quod opes contemplerit, maius quod Parentum amorem exuerit, maximum, quod vitam constantissimè pro Christi amore tormentis, & morti obic-

obiecerit. Ita Chrysoft. contra res caducas loquens, ait, debere nos agnoscere earum vilitatem, risum, pudorem, pericula, precipitia. Cypr. tu Christiano, tu Dei seruo, tu operibus bonis dedito, aliquid existimas defuturum? Ad hoc etiam genus amplificandi pertinet, quod dicitur Extenuatio, cum præcedentia extenuamus etiam magna, vt sequentia maiora appareant; Sic Bern. extenuat opus creationis, vt magnificet opus redemptionis. Augustinus laudans vincula D. Petri, comparat cum umbra eiusdem, & præfert. Si tam medicabilis (inquit) fuit obumbratio visitantis, quanto magis catena vincientis. Si inanis quædam species vacuæ imaginis habere potuit in se vim salutis, quanto plus de corpore meruerunt attrahere salubritatis, ferreo pòdere sacris impressa membris vincula passionis? Secundò Comparatione amplificamus, vt ex minoribus maiora appareant comparando virum viro, factum factò, rem rei, vt obedientiam Christi cum obedientia Abrahæ, & oblatione Iephthæ. Quomodo laudari potest fides, vt magis emineat præstantia charitatis. In ps. comparat David cælos & ornamenta eorum cum lege Dei; Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentû, dies diei eructat verbum, &c. Deinde præferendo subdit. Lex Domini immaculata conuertens animas, &c. quasi dicat, sed lex Domini est magis immaculata, & magis enarrat gloriã Dei quia conuertit animas &c. Si amplificanda sit miseranda calamitas in quam quis incidit, comparabo cum statu eius felici à quo excidit, vel cum alijs casibus ostendendo hunc miserabiliorem. Sic Hierem. quomodo sedet sola Ciuitas plena populo, princeps prouinciarum, facta est sub tributo. Sic Iob. Ego ille quondam opulentus repente contritus sum qui lauabam pedes meos butyro. Hierem. Transite ad Insulas Cethim, & videte, & in Cedar mittite, & considerate vehementer, & videte si factum est huiusmodi, si mutauit gens Deos suos, & certè ipsi non sunt Dij, populus verò meus mutauit gloriam suam in Idolum. Tertio, Ratiocinatione cum vnum ab alio colligimus, vt ex signis rei magnitudinem ex subsequentiis antecedentia, sic tyrannidem Neronis describimus, vt eluceat fortitudo martyris. Quarto, Congerie cum multa simul accumulamus ad eiusdem rei amplificationem, vt si calamitatem Iob exaggeres, proponere potes quod omnia amiserit, bona externa, filios, corporis sanitatem, Amicos, &c. In aliquo martyre si congeras omnia tormenta quæ passus est. Paulus per congeriem amplificat, non sum liber?

Hom. 39.
ad Pop.
Ant.
De opere, &
elemosyna.

Extenuatio.
Serm. 14.
in psal qui
Habit.
Serm. 29.
de Sâctis.

Psal. 18.

Tbren. 10.
Iob. 29.

Hier. 2.

Ratiocina-
tio.
Congeries.

Cor. 9.

E e 2 ber?

Rom. 1.

ber? non sum Apostolus? nonne Christum Dominum vidi? nonne opus meum vos estis in Domino? & ad Rom. repletos omni iniquitate, malitia fornicatione, auaritia, nequitia, plenos invidia, homicidio, contentione, dolo, malignitate, furriones, detractores, Deo odibiles, & alia multa, quæ congerit ibidem,

2. Cor. 11.

& alibi ter virgis cæsus sum, semel lapidatus, ter naufragium feci, nocte & die in profundo maris fui, periculis fluminum, periculis latronum, periculis in falsis fratribus, & alia. His omnibus modis posset quis amplificare Christi humilitatem, dum pedes lauit Apostolorum, per incrementum gradatim considerando quæ, & quot incessent in vnico illo factio virtutes, considerando, Magistrum & Dominum cum discipulis, ac famulis, &

Ioan. 13.

hoc opus cum alijs Sanctorum operibus. Ratiocinatione ponderando verba quæ S. Ioannes Euangelista de ipso Christo atquequam aggredere hoc opus dixit, ac describendo Christum linteo succinctum, ad pedes procumbentem pauperum hominum: Denique per congeriem attributorum Dei, ac perfectionum Christi hominis. Sic licebit amplificare factum Davidis, quando pugnavit contra Goliath, Adami peccatum, & cuiuslibet peccatoris ingratitude in Deum. His modis quos Fabius annotauit possent multi alij adiungi, quos nobis figuræ tam verborum, quàm sententiarum suppeditant. Cum enim

Amplificatio ex figuris.

Amplificatio sita sit tam in verbis, quàm in rebus, ex vtriusque duci posse manifestum est. Multas itaque ex figuris siue verborum, siue sententiarum esse quæ amplificationi seruiant, tum certissimum per se est, tum facillimo negotio animaduertet, qui Rhetores legere voluerit. Tales sunt Metaphoræ, Allegoriæ, Periphrases, Interpretatio, Repetitio Contentio, Emphasis, Epiphonema, Apostrophe, Conformatio, Imago. Denique ne numerando sim longior omnes penè sententiarum figuræ, & pleræque verborum, quarum exempla infra ex scripturis adijciam huic amplificationi optimè seruiunt.

Alij modi amplificatio num varij.

Nec verò desunt alij amplificationum modi, nam sæpe quod dicimus per hypothesein, amplificamus per thesism, & contra, vt si velim amplificare obedientiam Abrahamæ immolantis filium, dicam prius quo & quanto in precio sit apud Deum obedientia virtus: si quem velim inducere ad parcendum inimicis agam de laudibus clementiæ, inde veniam ad ea quæ propria cause sunt. Si hortor Clericos ad honestatem, dicam de laudibus continentiæ generatim, quæ deinde ad statum Clericorum maxime accommodabo. Aliquando quod dictum est per affirmationem,

tionem, iterum per negationem vrgemus. Alias quod omnibus dictum est per Apostrophem ad vnum aliquem sermone conuerso repetimus, vt si prius communiter peccatores alloquebar, possum sermone conuertere ad quemuis singulatum peccato obnoxium, sæpe in eo, quod prius sine figura diximus exinde figurata oratione insistimus, vt si post penas inferorum differendo explicatas, excitetur ab inferis aliquis per prosopeiam qui earum referat acerbitatem. Sæpe etiam quod diximus in propositione, in conclusione repetimus, adiecta etiam si placet noua aliqua ratione. Vtilis etiam ad Amplificationes est vsus exercitationis illius, quam vocant Græci Chriam, in qua proponitur aliqua sententia cum laude Authoris, tum explicatur, deinde confirmatur, rationibus, exemplis, similitudinibus à contrarijs, denique fit aliqua conclusio ex sententia simili.

Haecenus de inuenienda, & seligenda materia, de argumentorum locis ad rem probandam, de Argumentatione multiplici, & de Amplificatione actum est, quæ omnia ad eam faciendæ persuasionis partem, conferunt quæ sita est in rebus. Nunc agendum de ea quæ in auditoribus posita est, hoc est in mouendis eorum affectibus, in quo potissimum opere eminet sacri Concionatoris industria.

Finis Libri Sexti.

DE AFFECTIBVS
MOVENDIS.

LIBER SEPTIMVS.

*Affectus mouendi ab Oratore, ¶ quinam,
& ubi.*

CAPVT PRIMVM.



Ad quos per-
tinet de Af-
fectibus tra-
ctatio.

Tractatio de motibus siue de affectibus
animi ad multas pertinet disciplinas.
Nā Philosophus naturalis agit de ijs, ut
eorum principia, naturā, proprietates
& effectus physicos inquirat. Moralis
docet quomodo curari debeant, & in-
tra limites virtutum moralium conti-
neri. Theologi est, in his tum rationem
explicare mali ac boni, sicut ad eum
pertinet de bonitate ac malitia humanarum actionum philoso-
phari; tum etiam edocere ex norma diuinæ voluntatis & Scri-
pturæ sacræ, quatenus excitandi, aut reprimendi sint, ut cer-
tius & exactius aliquid statuat, quod moralis philosophia non
attingit. Etiam Medicorum est, ex his dignoscere varias mor-
borum affectiones & radices, quare gloriatur Galenus se mul-
tos sanasse solum mitigandis animorum affectibus. Denique ad
Rhetoricam facultatem spectat, quemadmodum auditores sint
impellendi ad eos, vel ab eis reuocandi, & quatenus persuasione
feruiunt, explanare. Quæ multo magis ad Ecclesiasticum Rhe-
torem tractatio pertinet. Nam reprehendit Arist. profanos pro-
phanæ Rhetoricæ præceptores, quod de affectibus permouen-
dis multa, de Enthymematibus inueniendis pauca tradidissent
cum tamen, ut ille sentit, præcipua vis Oratoris in Enthyme-
matum inuentione consistat. Vult enim Oratoris munus esse
edocere quid in re sit, ut ij quorum interest iudicare, recte sen-
tentiam ferāt. Commouere autem affectus perinde esse, atque
si quis regulam, qua sit vsurus, inflectat: quæ & alia eiusmodi
sapienter magnus ille Philosophus disputat; quia cum profani
Ora-

Rhet. l. c. 1

Oratores causas saepe non aequas, & honestas tractent, ad victoriam obtinendam & expugnandam honestatem, auditorum motibus abutuntur. At verò Oratori nostro, cum sanctissimæ eius causæ sint, sine dubio est motibus eò acrius insistendum, quò non abest modo deprauandi auditoris periculum, sed in eius commotione salus eius est posita. Cum ergo sint affectus tanquàm funiculi, quibus ad diuersa quanquam liberè, sed validdè trahimur: igniculi quibus inflāmur & accēdimur: stimuli quibus pungimur & vrgemur, nervi qui extenduntur & contrahuntur, venti quibus animus vt mare agitur, & modo nauigantibus obsunt, ideoque reprimendi, modo fauent, ideoque excitandi dicentis industria, vel potius Spiritus sancti ope; certum est maximam Concionatoris Ecclesiastici diligentiam, in hoc esse collocandam. Nam cum eò peruenerit oratio, vt auditor sit commotus, iam prope suum finem qui est persuadere, consecuta videtur. August. tria in Oratore Christiano requirens officia, de ijs ita pronunciat: probet (inquit) vt instruat, delectet vt teneat, moueat vt vincat. Et Quintilianus Huc igitur (inquit) incumbat Orator, hoc opus eius, hic labor est, sine quo cætera nuda, ieiuna, infirma, & ingrata sunt: adeo velut spiritus operis huius & anima est in affectibus. Quia sententia Quintilianus fortasse vetus de Isocratis orationibus dictum respexit, quæ cū concinnitatis plurimum, pathetici nihil haberent, ideo eas Philonicus quidam dicebat sine anima esse. Vt autem dilucidior sit hæc tractatio, quandoquidem tanti est momenti nonnulla obiter, sed ad institutum finē pertinentia ex altioribus disciplinis petamus, breuiterque quid sit affectus & in qua animæ sit parte significemus. Est ergo affectus sentientis animæ ex alicuius rei bonæ vel malæ opinione nata commotio. Vnde apparet obiectum eius esse bonum vel malum, quod scilicet sequamur vel fugiamus. Ideo rectè Aristot. quod est (inquit) in cogitatione affirmatio & negatio, est in appetitu prosecutio & fuga. Subiectum vero esse docet appetitum sentientem qui duplex statuitur, alter Concupiscibilis, alter Irascibilis appellatur. Cum enim bonum, & malum apprehendi possit, aut absolute tale, aut arduum ac difficile ad consequendum, seu fugiendum, si priore modo obijcitur, ad illud Concupiscibilis, si posteriori irascibilis fertur, & inde nascuntur omnes affectus in hunc modum, & ordinem. Cum species aliqua boni obijcitur, motus in ipso appetitu incipit ab Amore, & complacentia quadam rei, qui est primus affectus & statim ad id consequendum

E e 4 fertur

Præcipuū in Orat. Christiano est motus.

4. De Doct. Christ. c. 13. Li. 6. c. 2.

Affectus quid sit.

6. Eth. c. 3. Subiectum eius.

Diuisio Affectuum.

fertur per Desiderium, qui est motus in bonum futurum; cum vero id habetur sequitur gaudium vel lætitia in bono præsentem. Si autem res mala obijcitur, statim gignitur Odium & auerſio ab ea, & illico mouetur ad fugam futuri mali; quod si malum fiat præſens est Dolor seu triftitia: Et hæc quidem ſunt in Concupiſcibili, cum rei obiectæ facilis videtur conſecutio aut fuga. Si autem appareat in bono vel malo difficultas, alia gignitur ſeries affectuum. Nam ſi difficultas ex eo naſcatur, quod aliquis impedimento fit ad bonum conſequendum, fit Ira: ſi autem res ex ſua natura difficultatem inuoluat, tunc vel poteſt ſuperari, & fit Spes; vel non poteſt, & fit Deſperatio: At ſi res mala fit & vix euitari poteſt naſcitur Timor; ſi poteſt euitari, exiſtit Audacia ſeu confidentia. Hi ſunt præcipui animi affectus ad quos omnes alij referri debent qui numerari poſſunt, ſunt enim hi vndecim quos enumeravi, quaſi in linea recta poſiti, quibus alij ſunt annexi quaſi in tranſuerſa linea. Nam Amori additur Miſericordia, Manſuetudo, ſeu lenitas, Gratia vel Gratiſtudine; Deſiderio Ambitio & Superbia; Odio, Inuidia, Ira Indignatio, Excandefcentia; Fugæ Inimicitia; Timori Pudor ſeu Verecundia; Spei Fiducia; Ad Triftitiam referuntur Pænitentia,

Affectus ſunt
in parte ſenſitiua magis.

item Accidia Ex dictis etiam manifeſtum fit, Affectus, quos ob id etiam plerique paſſiones & recte appellat proprie loquendo & vt cõmuni omnium doctrina conſtat, dici de actibus partuſ ſenſitiuæ, ita vt hæc vox importet actum aliquem interiorum cum aliqua corporis tranſmutatione coniunctum, quæ licet actibus appetitus ſenſitiui proprie conueniant, non autem voluntatis, tamen negandum non eſt, nomen Affectuum recte ad appetitum quoque rationalem, ideſt ad voluntatem cuiuſque actiones, ſeu circa bonum volendo ſeu circa malum nolendo verſetur, tranſferri. Et hoc pacto nos agemus de affectibus vt etiam ad voluntatem extenduntur: voluntas enim maxime ab Oratore commouenda eſt. Notanda autem eſt alia affectuum diuiſio, quæ vſui noſtris concionibus eſſe poteſt; nam Theologi & ipſe Ariſt. docent, in homine duplex genus harum commotionum reperiri, quaſdam Naturales, quæ ſunt ſecundum ſtatum naturæ animalis & ſenſibilis, ad conſeruationem Individui vel ſpeciei, communes homini quatenus animal eſt, cum omnibus brutis, & ſunt circa cibum, ſomnum, quietem, & his ſimilia naturæ ſimpliciter neceſſaria. Alias vocant Innaturales & Rationales, quæ non exiſtunt ex ipſa communi natura, ſed ſequuntur in homine cognitionem potentia Cogitatiuæ quæ eſt ra-

Sunt etiam
in rationali
parte.

Affectus naturales aliqui
Alij innaturales & Rationales.

Cogitatiua
in homine.

est ratio quædam particularis in parte sensitua respondens
 Aestimatiuæ quæ est in belluis, vt S. Thomas docet . Dicuntur
 autem Rationales , quia sunt inuenta à cogitatiua , quæ parti-
 cipat cum ratione , cuiusmodi sunt multi appetitus circa hono-
 res, opes, dignitates, multa commoda excogitata in victu ve-
 stitu, habitatione, & alijs multis , adeo vt sit certum illud Plinij
 secundi, Nulli animalium inesse maiorem rerum libidinem,
 quam homini ; & certissimum quod Arist. affirmat , Cupidita-
 tes has innaturales & rationales infinitas esse ; cum quæ à na-
 tura sunt, habeant terminos, quia natura paucis contenta sit .
 Dixi hanc diuisionem esse concionibus vtilem quia in his ma-
 ximè reprimendis & in officio continendis, insudare debet
 Concionatoris industria .

1. par. q.
 78. art. 4.

Cupiditates
 rationales in
 finitæ sunt.

Diuisio affectuum in lenes ac vehementes . Cap. III.

Sed alia diuisio est magis Rhetorum, ac nostri maxime pro-
 pria instituti , vt omnes animorū motus & affectus ad duo
 genera & summa capita reuocentur , vt quidam sint lenes &
 mitēs, alij graues & concitati ; primum genus Græci vocant
 Ethicum , secundum Patheticum ; illos priores affectus vocat
 Cicero Mores, Vehementes vero dicuntur perturbationes; illi
 ad leniter tractandos, conciliandos, alliciendos animos, hi tã-
 quam faces ad inflammandum , rapiendum, ac impellendum,
 tendunt ; primi suauiter inclinant animum, secundi obluant
 etiam trahunt, & quasi torrentis instar rapiunt. In vtrisque de-
 bet studiū collocari, vt assuescat Orator noster suis locis adhi-
 bere vel hos vel illos pro rerum quæ tractatur natura, & varie-
 tate auditorum . Nam in genere concionum purgatiuo graues
 maximè, in alijs duobus lenes propriè dominantur . Sunt autè
 in nostris concionibus hi præcipuè affectus excitandi, Amor Dei
 & Christi Domini, Amor rerum spiritualium, Odium peccati,
 Desiderium & spes futuræ vitæ , sollicitudo eius acquirendæ,
 Contemptus secularis vanitatis, opum, voluptatum, honorum,
 dignitatum, Gaudium spirituale, Timor iudiciorum Dei, ac pe-
 narum, Spes diuinæ misericordiæ, Pudor rerum turpium, Cõ-
 miseratio, zelus gloriæ Dei, zelus salutis animarum , indigna-
 tio, & Ira bona, Admiratio, Gratitudo, Imitatio, & si qui sunt
 alij. Ex altera parte illi sunt compefcendi, Amor sui, Amor la-
 sciuius, Concupiscentia inordinata opum, dignitatum, Delecta-
 tiones peruersæ, lætitia dissoluta, Tristitia præter modū huius
 secu-

In lib. qui di-
 citur Ora-
 tor.

Qui affectus
 sint excitan-
 di .

Qui affectus
 reprimendi .

Lenes & graues affectus intermiscendi.

Expos. lib. quinto in 1. Reg. c. 12.

Admonitio Quint. lib. 6. c. 10.

Rom. 8.

Affectus per totam concionem spargendi.

saeculi, Timor vanus, Desperatio, Audacia immoedica, Ira effrenis, Vltionis libido; In his autem varijs affectuum generibus ea prudentia seruanda est, quam & scripturae sacrae, & Sancti Patres sua nos autoritate atque exemplo docent, vt quando graues affectus sunt excitati obiurgando, contestando, exclamando, terrendo, seueritatem iudicij diuini ostentando, conuertat se Orator ad affectus lenes, vt tanquam benignitate, & blanditijs mulceat, lachrimas moueat, spemque excitet diuinæ misericordiae, ac diuinæ bonitatis amorem. Greg. penitentis mens (ait) tunc bene dirigitur, si diuina iudicia metuat, & de Dei omnipotentis misericordia confidat, quare summo studio inuigilare optimus Doctor debet, vt peccantem terreat, & territum ad veniae spem deducat, quatenus per metum peccare desinat, & per spem impetrandae indulgentiae diuinæ misericordiae portum quarat. Et rursus clamoris sui magnitudinem in lenitatis dulcedinem vertat.] Itaque optima est oratio, quae simul graues affectus cum lenibus temperat, & contra, ita vt lenitas recipiat aliquid de concitato, & contra de lenitate influat in concitatum. Neque omittenda est hoc loco ea Quintiliani admonitio, vt non facile quiuus audeat ingredi ad excitandas lachrimas, quia vt est vehementissimus hic affectus, si nihil efficiat, tepet, quem melius infirmus actor, tacitis cogitationibus reliquisset. Et facile est aduertere aliquos Concionatores, dum volunt lachrimas excutere, in vanum desudare, vel quia non afferunt res ad hoc efficiendum idoneas, vel quia ipsi minus apti sunt; Itaque se & auditores incassum fatigant. Hoc etiam in vniuersum dici potest de omni affectu, eius naturae vt facile desinat, ideoque monet Fabius, vt non patiamur frigescere hoc opus, sed cum ad summum perduxerimus, relinquamus ita Quintil. Sed habemus alium nos Doctorem, Spiritum sanctum, qui vbi spirare coeperit, etiam potest ad gemitus (vt Paulus vocat) inenarrabiles & concionantis, & auditoris cor inducere. Illud potius est animaduersione dignum, vt cum Orator videt moueri auditorem, non statim abrumpat, sed vrgeat aliquantum dilatando, prout res poscit; neque tunc intermiscet ea quae motum possint extinguere, cuiusmodi esset expositio loci alicuius obscurioris, aut doctrina speculatiua parum idonea, vel indecorum quid, aut ridiculum dicto factone; Denique quauis in fine orationis magis mouendi sunt affectus, tamen certum est Rhetoricae praecipuum, per totam concionem esse spargendos, atque adeo ab ipso exordio semina quaedam, & igni-

de igniculos futuræ flammæ fomites iaciendos, vt Sanctos Patres facitare videmus; Sicut etiam in precibus quæ ad Deum funduntur, siue voce, siue mente, oportet vbiq; Intellectum cum Voluntatis affectu coniungere, vt apparet in Meditationibus B. August. Bern. Bonauenturæ & aliorum. Sed iam adiumenta ad motum ciendum, & locos idoneos, primo in vniuersum, deinde in singulis affectibus assignemus.

Adiumenta ad commouendos affectus in vniuersum.
Cap. III.

¶ Illud primum & optimum ciendorum affectuum præsidium est statuendum, vt si velimus alios commoueri, nos prius commoti simus. Summa (inquit Fabius) quantum ipse sentio circa mouendos affectus in hoc posita est, vt moueamur ipsi, nam & luctus & iræ, & indignationis ridicula fuerit imitatio, si verba, vultumque tantum, non etiam animum accommodauerimus. Et mox, A tali animo proficiscatur oratio, qualem facere iudicem volet. Non incendit nisi ignis, nec madesimus nisi humore, nec res vlla dat alteri colorem quem ipsa non habet. Hæc ipsa ante Quintil. sæpe docuerat M. Tullius, qui sic ait, Neque enim fieri potest vt doleat is, qui audit, vt oderit vt pertimescat aliquid, vt ad fletum misericordiamq; deducatur, nisi omnes hi motus, quos Orator adhibere velit iudici, in ipso Oratore impressi atque iniusti videbuntur: Crasum laudat quod non solum iudicem incenderet, sed ipse quoque ardere videretur. Eiusdem etiam verba sunt, Sicut nulla materia tam facilis ad exardescendū est, quæ nisi admoto igni, ignem concipere possit, sic nulla mens est tantum ad comprehendendum vim Oratoris parata, quæ possit incendi, nisi inflamatus ipse ad eam, & ardens accesserit; Audi rursus Quintilianum, An ille dolebit qui audiet me, cum hoc dicam, non dolentem? irascetur, si nihil in se, qui in iram concitat idque exigit, simile patietur? siccis agentis oculis, lacrimas dabit? fieri non potest. Sed vtilius id à S. Prospero discamus, qui ita loquitur, Prædicator non in verborum splendore, sed in operum virtute totam prædicandi fiduciam ponat, nō vocibus delectetur populi clamantis, sed fletibus; nec plausum à populo studeat expectare, sed gemitus, lacrimasq; quas vult à suis auditoribus fundi, ipse primo fundat, & sic eos compunctione sui cordis accendat. Certum est illud Greg. dictum, Res quæ in se

Qui alios
vult commo-
uere sit ipse
commotus.
Li. 6. c. 21.

2. de Orat.

Lib. 6. c. 2.

Lib. 1. de
vit. Cont.
c. 23.

i. 8. Mor.
c. 26.

NON

non ardet, alium non accendit. Primum est igitur, ut apud nos valeant quæ apud alios valere volumus, afficiamurque ipsi antequam alios afficere conemur. Nimis tritum est, sed verissimum, si vis me flere, dolendum est primum ipsi tibi. Seneca.

Epist. 98.

Loco citato.

Quomodo nos ipsos commoueamus.

vno verbo rem absoluit, à faciente. (ait) discendum est quid sit faciendum. Modum autem quo nos ipsos mouere possimus, idem Quintil. docet his verbis. At quomodo fiet ut afficiamur? neque enim sunt motus in nostra potestate. Respondet, Quas phantasias, Græci vocant, nos visiones appellamus, per quas, imagines rerum absentium, ita representantur animo, ut eas cernere oculis, ac præsentibus habere videamur, has quisquis bene ceperit, is erit in affectibus potentissimus; qui sibi res, voces, actus, secundum verum optimè finget, quod quidem volentibus nobis facile continget; ut si hominem occisum queror, non omnia, quæ in re præsentate accidisse verissimile est, in oculis habeo? Subdit idem Fab. Insequetur Energia, quæ à Cicerone Illustratio, vel Euidencia nominatur, quæ non tam dicere videtur quam ostendere, & affectus non aliter, quam si rebus ipsis intersimus, sequentur. Vbi miseratione opus erit, nobis ea, de quibus querimus, accidisse credamus, nos illi simus, quos graua, indigna, tristia passos queramus: nec agamus rem quasi alienam, sed assumamus parumper illum dolorem; ita dicemus, quæ in simili nostro casu dicturi essemus. Ita

Loco citato.

Quintil. de causis iudicialibus disserit, qui etiam ait se vidisse hiltriones, qui è scæna egressi, & ea, quam agebant, persona deposita, adhuc flerent, & hoc in fabula & causa ficta. At certè in concionibus multò id melius agere possumus, ac debemus, cum omnes affectus, quos in alijs excitare studemus, in nobis nequaquam fictè, & per solam phantasia, sed serio & verè, tanquam in causa nostra, ingenerare debeamus, cum commune sit negocium, commune nobis periculum cum auditoribus, communis salus, ita ut amore, dolore, verecundia, timore, odio, indignatione afficiamur: Sunt enim, ut in causa honestissima, non solum vtilis hi motus auditoribus, sed etiam nobis, & ferè ex ipsis orti virtutibus, de quibus est sermo. Quis autem non commoueat si serio agat, si periclitantes de eterna salute sibi fratres suos proponat, si Christum pro his morientem intueatur? Hoc vnicum satis per se esse posset in tota hac excitandorum affectuum tractatione præceptum, addamus tamen alia tanquam adiumenta, ut quando res maximi est momenti, summa etiã cura à nobis tractetur. Secundò ergo dico ad mo-

ad mouendam Voluntatem , oportere prius intellectum bene edoceri & conuinci: hic enim est ordo inter has duas potētias, vt prius lumen recipiat intellectus, quam moueatur voluntas. Ita D. Thomas, & satis vulgo est decantatum. Sit autem doctrina non valde difficilis, aut Metaphysica, vel quæ in speculatione magis sita sit, hæc enim potius extinguit motum, quam adiuuat: sed sit facilis, & ad motum accommodata, de Amore Dei in nos, de eius beneficijs, deque alijs titulis quibus ad Deū amandum vrgemur; de Mysterijs Christi Redemptoris, de peccati turpitudine, de virtutum omnium honestate ac splendore, de quatuor nouissimis, de Beatissima Virgine, de Sanctorum exemplis, ac Martyrum heroicis factis, & similibus. In vniuersum ea maxime auditores mouent, quæ & grauias esse, & pertinere ad ipsosmet persuasum habent. Idcirco det operam Concionator, vt qui audiunt, intelligant suum ipsorum negotium, & quidem maximi momenti, neque longè abesse vtilitatem, vel perniciem, sed iam instare, imò adesse. Quam ad rem S. Chrysostomus frequentissimè & efficacissimè vtitur comparationibus à damnis huius vitæ vel corporis, vel rei familiaris, transferens ad animæ vtilitates & detrimenta; hac enim arte facilius intelliguntur & mouent.

Intellectus prius bene informadus.

Loci vnde ad commouendos affectus argumenta erui possunt. Cap. IV.

Loci verò vnde affectus desumi debent genericè loquendo plurimi sunt, scilicet . Honestum, vel turpe, facile vel difficile, vtile vel inutile, necessarium, indignum, Exempla, similia, definitiones, cause, effectus, concomitantia, adiuncta propria personarum, locorum, qualitatum . Omnes loci qui inseruiunt amplificationi huc tendunt, maxime ad proprias, & peculiarias (vt vocant) circumstantias descendendo: debet enim oratio, qua volumus mouere affectus, non solum continere amplificationem, seu expolitionem, sed accuratam rerum descriptionem, quæ ad illum affectum, quem mouere contendimus valeat; si quidem res exposita magis apparet ac mouet, quam complicata, vt rectè Cicero disierit, qui (ait) breuiter aut summissè docere iudicem possunt, permouere non possunt, in quo (inquit) sunt omnia. Ita videmus sepissimè Prophetas, cum calamitatem, aut stragem aliquam minantur, eam multis modis rebusque circumstantibus depingere . Legatur oratio

Amplificatio feruit affectibus .

2. de Orat.

Gen. 43.

. . .

Oratio fit flexanima.

2. de Orat.

In Gorgia.

Figura.

Ipsa pronuntiatio multum valet ad Affectus.

tio quam Iudas habuit ad Iosephum pro Benjamin, in qua ad eum mouendum singulares rei conditiones ad id apta, sic percensentur ac proponuntur, vt ad ea verba commotus Ioseph sese à fletu cohibere non potuerit. Præterea singuli affectus habent suos peculiare locos ex quibus eruuntur, hos oportebit videre, vt sciamus quemadmodum excitetur Amor, Spes, & alij de quibus nos infra tum ex Aristotele, tum ex nostris Theologis differemus. Quarto, ipsa oratio & dictio, quos paritura est, debet affectus induere, & sese in varias figuras transformare. Hæc est oratio quæ dicta est ab Ennio flexanima, & regina animorum. Hanc Plato fuisse Periclis affirmat, quem refert, quemadmodum cytharedus ad motus ad cordas digitis quem vult sonum elicit, ita illum orationis genere quicumque vellet motum, in auditorum animis solitum excitare. Et sanè veluti diuersitas Musicæ modo lachrimas, modo gaudium, modo animositatem, modo deuotionem parit, ita varium orationis genus & variatus dicendi stylus aliter atque aliter affect. Ac proinde aliter instruenda concio est, cum ad peccatorum dolorem mouere nitimur, aliter cum ad timorem penarum, aliter cum ad amorem, longe alium modum requirunt motus lenes à grauibus; si vult commiserationem facere, sit flebilis, si gaudium, ipsa oratio quodammodo exultare debet, si iram, vel odium indignabunda sit, modestiæ plena, si pudorem, vehementem in vitiorum reprehensione; in materia graui, sit genus orationis concitatum & ardens, alioquin vix credat quis oratori. Demosthenes, cum ad eum reus quispiam accessisset, rogans vt suam causam atrocissimam defenderet, & in ea referenda, placida oratione rem totam narraret, respondit non credere se, verum id esse quod narrabat: cuius responso, accensus alter vehementer, rem ita esse grauius asseuerabat, acriter dolens; tum Demosthenes iam sibi persuasum esse dixit. Figuræ multæ verborum, ac sententiarum, orationem non solum ornant, sed motui seruiunt maximè: de quibus suo loco agemus sed inter eas præcipuum in hunc finem, locum habere videntur Descriptiones variæ, quæ res ante oculos ponunt, in quibus qui benè fuerit exercitatus, habebit motus ad manum, quarum vltimo loco inter figuras exempla proponemus. Quinto ipse modus pronuntiandi multum etiam adiuuat, nam in affectibus qui lenes sunt commouendis, oportet lenta potius voce proferre quæ dicas, quam nimis accelerata, requiritur lenitas vocis, vultus modestia, pudoris significatio, comitas

ver-

verborum, facilitas animi grati, sententiæ humanæ, oratio suavis. Ad graves verò affectus suscitandos, concitata, & inflammata pronuntiatio opus est, acrimonia vocis, gestuum maiori agitatione. Rectè Greg: Mens inquit concupiscentijs exterioribus occupata igne diuini amoris non calet & idcirco ad supernum desiderium inflammare auditores nequeunt, verba, quæ frigido ore proferuntur. Sit pronuntiatio viua, efficax, feruens, non languida, vrgeat se ipsum, non fictè, non affectans motum in se, qui tantum ex ore nascatur, sed ex ardore cordis inflammata voces erumpant: & hoc est caput rei, in multis enim apparet, vt ita dicā affectatus affectus, ideoque multū laborāt, sed nihil efficiunt. Sextò idcirco monendus mihi est de integro Concionator in tota hac materia, quæ ad mouendos affectus pertinet, debere eum in se se ardorem ac feruorem spiritus excitare; qui spiritus non consistit in nudis clamoribus, aut magna corporis agitatione, vel manuum complosione, seu valida pulpiti percussione, (nam sæpè intempestiui clamores in aërem iaciuntur, & dum auribus obstrepunt, corda obtundunt) sed in charitate inflammata, quæ si adsit, verba ex corde concionantis vibrantur cum efficacitate, ac robore quodam virili, ac moderati quoque clamores pectora auditorum peruadunt. Nec raro experti sumus, paucula verba viri admodum spiritualis, posse maiores motus efficere, quam longas, & multas hominis eloquentis conciones. Præterea cum ex abundantia Spiritus os loquatur, tunc copiosa & efficax effluit eloquentia, alloquendo peccatores, exclamando, precando, obiurgando, obtestando adiurando, inuocando cælum ac terram, collacrimando, admirando, aliquando suspendendo sermonem, per aliquantulum silentium & morulam, & deinde vehementius graui allata aliqua sententia vrgero, imitando quantum fieri potest Eliam, cuius verba erant quasi facula & Beatum Stephanum, cuius spiritui non poterant resistere aduersarij. Huiusmodi præter multos antiquos Patres scimus etiam Vincentium ferrerium, Antonium Patauinum, Bernardinum Senensem, & alios recentiores fuisse. Quorum vtinam multos similes nostris tēporibus haberemus, facile esset, & copiosam frugem colligere, & quanta sit vis in commouendis affectibus intelligere. Ad hunc autem ardorem spiritus in corde concionantis excitandum, plurimum meo iudicio iuuare poterit recitatio intentionis in hoc munere, purificando eam diligenter ab omni humano affectu honoris, plausus popularis, cupidita-

Loquens cū
spiritu mo-
uet affectus.

Loquens cū
spiritu mo-
uet affectus.

tis,

Confidat in
spiritu Dei,
non in sua
facultate.

Ho. 22. in
Epist.

Sententiæ scri-
pturæ exami-
nentur.

tis, ac lacri rerum temporalium, item timoris humani, solam Dei gloriam sibi ante oculos proponendo, & auditorum salutem ex sincero ac feruente animarum zelo profectam. Septimo quoniam totum bene, ac cum fructu concionandi negotium in commouendis affectibus, vt sæpe iam diximus situm est, idque arduum ac difficile plerisque videri potest, vt verè est, moneo vt nemo hac in re animum despondeat. Nam ipsum Dei verbum, si in paranda concione studium ac diligentia adhibeatur, ex se magnam vim habere solet: Verbum (inquam) quod ex Dei ore manauit, non potest non hominũ corda penetrare, cum à Paulo dicatur, sermo Dei viuus & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens etiam vsque ad diuisionem animæ & spirituum, discretor spirituum & cogitationum. Sapienter de verissimè hoc docet Greg. Verba ait sacre scripturæ lapidi similia dixerim, in quo ignis latet, qui manu quidem frigidus tenetur, sed percussus ferro per scintillas micat, atque hoc emittit ignem, qui post ardeat, quem prius frigidum manus tenebat; sic sacri verba eloquij per verba litera frigida tenentur, sed si quis hæc aspirante Domino, intento intellectu pulsauerit, de mysticis eius sensibus ignem producit, vt in eius verbis, post animus spiritualter ardeat, quæ prius per literam, ipse quoque frigidus audiebat. Itaque necesse non est, vt multum sua facultate confidat Concionator, sed potius humiliter suam vndecumque infirmitatem agnoscat: & tamen sibi persuadeat Dei verbis hanc inesse vim ex se, quantumuis simplici stylo, ac probatione enuncientur. Sumat ex scripturis sacris, etiam ex Patribus Sanctis sententias aliquas, quæ affectus contineant, easque bene explicet, nam hæc suo pondere & authoritate mouebunt, si modo non decantet solum, sed expendat res, pensitet circumstantias, verba examinet, & induat eundem spiritum, (quod est res planè in concionante nobilissima) quem verba significant, non solum externis verbis, per quandam vocis fictionem, Sed magis corde & interno sensu, nec solum rei naturam & suæ mentis affectum. Aliquando etiam aliorum affectus exprimimus, vt ad eundem auditor moueatur, sicut cum narramus aliquam historiam irati hominis, metuentis, commiserantis, lætantis; qui modus est commodus, nec desunt in sacris literis, & in nostrorum Patrum voluminibus; atque Ecclesiasticis historijs exempla plurima, quæ id efficiant. Sic referam lachrimas Hieremie lugen-

tis desolationem, & ruinam ciuitatis Hierosolimitanae, si con-
 tritionem & dolorem peccatorum velim concitare, proponā
 historiam poenitentis Dauidis, Magdalenae, filij prodigi, Pcla-
 gia, Thaidis, Iacobi Eremita: Si condonationem iniuriarum,
 erit ad rem historia Ioseph. Si ad ærumnarū tolerantiam exhor-
 ter, erit utilis descriptio patiētiae Iob. Tobiae &c. Octauo deniq;
 nihil meo iudicio poterit esse vtilius, quam vt studeat orator
 habere ac perpetuo cōseruare cor pium ac tenerum, quod fiet
 si studium orationis, & meditationis nunquam in se sinat lan-
 guescere, stas precationes, neque omittat vnquā, & diligen-
 ter, & cum fructu peragere curet; istud enim est quod nobis
 Deus commendat, Ignis in altari semper ardebit, quē nutrit
 Sacerdos subiiciens ligna per singulos dies. Nutritur enim de-
 uotionis ignis; Meditando, & Orando. Nec est difficile in di-
 cente advertere & conijcere, vtrū ex spiritu Orationis loqua-
 tur, an promat ex memoria quæ scripsit in pagella, & an fer-
 uor sit verus; & ex corde accenso sua sponte nascatur mouen-
 te Spiritu sancto, an sit fictus, & extrinsecus ascitus atque coa-
 ctus. Præterea multum adhuc Spiritum in Oratore conseruan-
 dum valent orationes quas Iaculatorias vocāt, lectiones libro-
 rum spiritualium, frequentia colloquia de ijsdem rebus spiri-
 tualibus eum vix pijs, & diuino spiritu afflatis: Aliquæ cor-
 poris afflictationes, visitare domos hospitales & carceres, &
 his similia. Plurimum proderit audire Concionatores feruen-
 tes, qui non tam de rebus diuinis agant, quam diuino Spiritu
 agantur. Postremo antequam ad concionandum accedat, fun-
 dat preces, & à Deo impetret gratiam mouendi, obnixè Chri-
 stum deprecans, ne sinat Sanguinem suum conculcari, aut inu-
 tilem reddi, & Dæmonem tam multa molientem victorem eua-
 dere. Hæc de mouendis affectibus in vniuersum dicta sint, iam
 de singulis aliquid perstringere aggrediamur, locosque tum
 Aristotelicos, tum Theologicos aperiamus.

Adiuuentz
 ad deuotio-
 nem conser-
 uandam in se
 ipso.

est aut dō
 supulat in

2. Rhet.

Ira affectus quomodo excitandus ex Aristotele.

DE affectibus singulis aliqua docet Aristoteles, naturam
 eorum, proprietates, & causas explicans; ex eō nobis est
 animus, non omnia sed aliqua excerpere quæ ad rem nostram
 faciunt: quoniam de Affectuum natura, optimè omnium ex suis
 principijs philosophatum eū arbitramur quare omnia ex Ari-

ff stotele



stotele sumpta erunt paucis admodum adiectis; Considerat igitur in quolibet affectu tria. Primum qui sint prout ad aliquem affectum, V.g. Ira aut Misericordia. Deinde erga quas personas soleat homines eo affectu moveri, hoc est quibus irasci aut compati soleamus, postremo ob quas causas. His enim cognitis Oratoris est preparare Auditores, & eas conditiones in illis efficere quibus subiecti sunt, qui tali affectu moventur, & ostendere causas adesse & personas, erga quas hoc vel illo modo affici debeant. Ab Ira in initium sumit Arist. quam ita definit. Ira, est appetitio ulciscendi aduersus eum concepta a quo se, aut aliquem suorum immerito contemptum quis putat, quo posito, cum homines natura, maxime sui existimatione appetant, ijs irascuntur qui videntur eos parificare, huius autem contemptus sunt tres species. Despicientia, cum significat quis se alium vilipendere. Secundò, incommodatib. cum eum afficit aliquo incommodo opponens se eius voluntatibus solum incommodo sit. Tertiò Contumelia quæ est nocere ijs in rebus in quibus dedecus suscipit ille qui patitur. Ob hæc capita homines irascuntur cum immerito quid eorum se pati arbitrantur. Inde etiam quibus irascantur apparet, nempe ijs a quibus talia se perpeti opinantur. Ita invidentibus & subsannantibus, & illudentibus irascimur, quia contumeliam, irrogant & maledicentibus, & contemnentibus in ijs præsertim rebus, in quibus nos studium, & laborem ponimus, & multo magis si ab amicis hæc patiamur. Præterea irascimur ijs qui prius nos honorabāt, & iam cessant ab honore, & his qui pro acceptis beneficijs beneficia non reddunt, vel non æquali officio, ut sunt ingrati homines, & his qui sunt inferioris conditionis, maxime verò irascimur si aliquando significant nos parvipendere, & ijs amicis qui nostras necessitates non agnoscunt, nec iuuant, qui aliquid dicunt vel faciunt quod nobis molestiam affert, sicut etiam inimicis malarum rerum solemus irasci, quia res illæ animum contrahunt, ijs item, qui vituperant & arguunt eos quos non possumus non defendere, qui vel audiunt vel curiosè querunt nostros defectus, & quicquid sit contra nostram existimationem. Rursum his qui cum serio aliquid tractamus, videntur quasi nobiscum iocari, & ironicè dissimulant quasi nos, & res nostras partipendentes. Qui nostri oblinisci videntur, qui cum sint liberales in alios, nostri videntur immemores. Denique his qui de nobis honorificè minus loquuntur præsertim apud eos apud quos nos cupimus videri magni, vel cum quibus de gloria

In singulis affectibus tria consideranda. Ira. Rhet. c. 2.

Ob tria irasci solemus alijs.

Quibus irasci solemus.

ad R.

ant dignitate contendimus, vel quos admiramur aut erube-

Deinde docet idem Arist. qui sint proni ad iram, sunt autem
ij quorum animus est aliqua molestia aut ægritudine pressus,
ut sunt etiam qui morbo aliquo corporis afficiantur, vel pau-
perate premuntur, facile enim ex quacunq[ue] oblata occasio-
ne ad iram mouentur, præsertim si non adiumentur in his mole-
stijs quas patiuntur, sicut qui siti vexatur si a bibendo impe-
diatur. Et hi, qui vehementer aliquid desiderant & amant, nec
facile possunt cõsequi, facile ad iram incitantur etiam leui oc-
casiõcula, maximè verò contra eos, qui studijs eor[um] aduer-
santur, vel causa eor[um] cum possunt non fauent. Præterea qui
malum aliquod recipiunt, unde bonum expectabant, siquidem
in speratum malum magis cruciat, quemadmodum (ait Arist.)
in speratum bonum magis delectat. Et sunt aliquæ circumstan-
tiæ, in quibus homines sunt procliuiores ad iram, sicut est tem-
pus incommodum, ut si quis in tempestiue adeat principem,
quando scilicet vel quietem expetit, vel negocijs detinetur, mo-
lestè enim fert se interpellari. Diebus item quibus aliquid sinis-
trum nobis contigit, sumus ad iram procliuiores, unde ille dixit
in tempore veni, quod est omnium maximum. Item aliqua
corporis habitudo propensorem facit ad iram, in quibus enim
abundat bilis, facile irascuntur. Similiter ætas ut in iuuenibus
in quibus dominatur ira ob cupiditates tunc efferuescentes, &
sanguinem ebullientem, in senibus etiam, quos ob confectam
& molestam ætatem esse morosos videmus. Præterea locus ut
si quis in publico, aliqua contumelia sit affectus. Ex his patet
qui sint ex Arist. ad iram magis propensi, & quibusnam homi-
nes irasci soleant, & quas ob causas. Ergo secundum Aristoteli
qui aliquem ad iracundiam mouere velit, ita orationem accõ-
modet ut disponat auditores, eo modo quo dispositi esse solent,
quos facile diximus irasci. V. g. curet excitare aliquem dolo-
rem, reuocando in memoriam aliqua ex his quæ molesta passi
sunt, inde proponere iustas causas irascendi. In concionibus no-
stris, poterimus aliquando excitare iram cõtra hæreticos, & quos
vocamus politicos, apostatas, fures, homicidas, ceterosque
flagitiosos, ita tamen ut ira feratur contra vitij, non contra
personas. Sic contra hæreticos excitabo in auditoribus zelum
& amorem religionis, accendam desiderium conseruandi pri-
matum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, deinde proponam ante oculos,
quanta Ecclesiæ Sanctæ hæretici, damna inferant, quanto

Qui sint ad iram proni.

Qui sint ad iram proni.

Qui sint ad iram proni.

nos odio prosequantur, quantis contumelijs catholicos afficiant, & colligam iustissimas causas irarum contra ipsos, ut scilicet aut conuertantur, aut conterantur.

Lenitas, seu mansuetudo. Cap. VI.

Cap. 3.

Quid sit lenitas.

Sed dicamus de contrario affectu lenitatis, qui magis vni venire solet in concionibus, & in domestico conuictu. Lenitas (ait Arist.) est mitigatio irae, quasi post turbinem, & tempestatē aeris serenitas, ac maris tranquillitas. Docet primò quibus, & ob quas causas solet animus iratus mite scere vel non irasci: Sicut (ait) contemptus alicuius, iram eius prouocat et dicitis, ita mites sumus ad eos qui nos nequaquam laeserunt, vel si in aliquo laesi sumus, non voluntariè illud ab eis factum agnoscimus, quia propriè non est contemptus ubi non apparet voluntarium. Et qui licet laeserint & videantur nos contempsisse, tamen nunc contrarium volunt ab eo quod fecerunt cum essent ira perciti, & agnoscunt se deceptos, aut lapsos fuisse. Et qui nihilo meliores erga se ipsos solent esse, ab eo quod erga nos faciunt, ut non propriè visi sint nos parui ducere, eum nemo se ipsum paruifaciat. Et quando sunt tales ut non soleat erga bonos male se gerere, sed omnes honorare, ut potius fuerit insolitus aliquis casus quod nos laeserint, & hi qui errorem hunc fatentur, & simul dolent, quosque penitet facti, quia haec confessio est quaedam quasi vindicta & pena peccati, sicut contra famulos negantes errorem, domini magis irascuntur, quam si fateantur, quia illa negatio est actus irreuerentia, & contra confessio, est honor. Et maximè placamur his, qui se humiliòter gerunt nobiscum, & supplices veniam petunt, cuius rei (ait Aristot.) signum est quod canes non mordent prostratos, & iacetes, quod idem de Leone Plinius affirmat. Rursus lenes euadimus cum in rebus nostris ferijs, illi serio agunt, sicut contrarium diximus iram mouere. Et quando ijs, quibus irati eramus beneficia nobis conferunt, & gratificantur, quia verum est illud. Munera crede mihi placant hominesque Deosque. Et quando illi iidem qui aliquomodo videntur contempsisse, iam honorant, ut potius ex irae motu repentino illud appareat factum, quam ex electione. Et quando videmus ei qui laesit nos, aliquod damnum magnum euenisse, sic enim videntur penam dedisse, etiamsi non nostri causa.

Qui ad lenitatem proni.

Secundò, qui nam sunt ad mansuetudinem dispositi, sicut res

res aduersæ, ac molestæ in nobis excitant iram, vt iam dictum est, ita contra res lætæ ac prosperæ disponunt ad mansuetudinem. Rursus dies festi & nobis fausti, quando res ex nostra sententia cesserunt, quando felix aliquod nuncium accepimus, quando omni ægritudine vacamus, ideo post cibum facilius inclinamur ad parcendum, nam fames quæ cruciat exacuit ad iram. Denique omnis læticia disponit ad hunc affectum, modo non sit nimis exultans, quia hæc sæpe insolentes reddit. Rursum sunt proni ad lenitatem, qui sunt in proxima spe habendi aliquid quod desiderant. Et quando iam longum tempus elapsum est ab accepta iniuria, tempus enim mitigat animum, nisi sit ira obstinata & implacabilis, quam (vt ille canit) nec longa dies, pietas nec mitigat vlla: Præterea cum quis est iratus pluribus, si pœnas ab aliquo accepit, solet erga alterum mitigari. Vnde Principes qui pœnas fontibus inferunt, vbi vnum reū punierunt, solent esse faciliores ad parcendum alteri. Cum eum qui nos læsit in iudicio vicimus, solemus mitescere, nec aliam vindictam cogitare contenti quod ita publicè sit conuictus. Cum ego dedi causam aliquam alteri ob quam ille me ipsum læsit, sum dispositus ad lenitatem cum agnoscam illum à me provocatum prius. Quando is qui me læsit est longè me superior, vt potius eum timeam, vbi enim est timor non est ira. Ex *In fine cap. 3.* dictis quod ad vsum mouendi lenitatem spectat infert Arist. Si sedare iram volumus ex his locis ita dicendum esse, vt & ipsos auditores tales faciamus vt proximè diximus, & eos quibus irati sunt aut inuitos fecisse, aut dolentes factum ostendamus, remouendo, vel extenuando suspicionem contumeliæ, laudando aliquo modo eos quibus volumus auditores mitescere, & supplicando pro eis veniam, addat etiam locos communes in vituperationem iræ, ac laudes clementiæ.

Amor, & Odium. Cap. VII.

Tertiò loco agit Arist. de amore, cui odium opponitur, est *Amor quid sit.* autem Amor affectus quo cupimus alicui bona euenire, non nostra sed eius ipsius quem amamus causa, & vt ea habeat pro virili nitimur, qui amor cum est mutuus est Amicitia. Duo includit amor, Benevolentiam cordis & conatum benefaciendi. Et vt vtrumque fiat in gratiam amici non in proprium commodum, Sic enim esset mercatura potius ad lucrum, quam amor. Quæ autem sunt causæ ob quas solet hic affectus excita-

Ff 3 ri?

Quos amare
solemus.

ri? multæ sunt apud Aris. vbi simul alia duo coniungit, scilicet personas quas amare solemus, & qui sint ad amandam dispositi vt patebit. Attingam breuiter. Primò Amici sunt, qui rebus secundis inuicem gaudent, ac dolēt aduersis. Secundò amamus eos qui amant quos nos amamus, vel amantur ab amicis nostris. Tertio qui nobis beneficia conferunt, solent enim hæc amoris in nos esse signa in illis, & amorem prouocare in nobis erga benefactores, præsertim quando beneficia sunt magna & fiunt alacri animo & tempore opportuno, quando res nostræ erant in misero statu, & quando aduertimus nostri gratia esse facta, non suo commodo. Quartò amamus viros beneficentia & liberalitate ac fortitudine insignes, qui operam suam collocant ad sublenandum inopiam aliorum & iniuriam propulsandam. Quintò iustos, qui non aliorum damno res suas & patrimonium augent, cuiusmodi sunt qui proprio labore viuunt præsertim apud Arist. agriculturæ dediti. Sextò Temperantes ac moderatos, qui ab aliorum damnis se temperant, ideoque iudicamus nos ab eis tutos esse. Septimò eos qui tranquillam vitam ducunt, & alienam à negotijs, & à regimine quia hoc modo viuentes, non videntur esse curiosi, nec iniusti in aliorum factis. Octauò eos quorum nos amicitiam appetimus, si modo & ipsi idem appetant, & tales sint qui eximia aliqua virtute polleant, & spectatæ vitæ sint apud homines ac probatæ apud viros optimos. Nonò eos qui suauibus moribus in conuiciu sunt præditi, cuiusmodi sunt, qui sunt ingenio placido, nec facile irascuntur, neque aduersantur alijs præsertim, iratis, neque morosi sunt neque concertationum amici, neque habent contradicendi spiritum, qui patienter ferunt si quid in ipsos dictum sit, & vtuntur Eutrapelia iocando, & aliorum ioca recipiendo, neque vnquam exprobrant alijs, aut errata aut beneficia, neque impediunt eos qui seria negotia tractant, neque præsertim malorum recordantur, neque acceptas iniurias conseruant animo, nec sunt maledici, nec curant scire nostros vel aliorum defectus, sed bona. Mundos item tam facie quam vestimentis, quæ tamen mundities si exquisita sit potius odium parit, quod tales videantur abhorre ab alijs. Decimò studiosos nostri, qui nos admirantur, colunt, qui gaudent consuetudine nostra. Vndecimò eos qui pares nobis sunt ætate, conditione, studijs, exercitatione, modo illi non impediunt & turbare possint nostras rationes, tunc enim inuidia nascitur, & qui eandem rem desiderant, modo vterque compos fieri queat, nec

nec vnus alterū excludat. Duodecimò eos diligimus apud quos cupimus esse in prætio & honore, aut quos vellemus nostri æmulos esse ac imitatores. Decimotertiò quos nos adiuuimus vt ali quod bonū consequerētur, quos tāquam nostrum partum diligimus. Decimoquartò qui sunt feruentes in amando, quales sunt qui in aduersa fortuna amicorū sunt constantes, & qui absentes etiam non modo præsentis amicos diligunt. Et qui etiam post mortem conseruant amicitiam, hos enim fideles ac veros amicos credimus. Decimoquintò qui non solent fingere, aut dissimulare, sed simplices sese ostendunt, vt etiam res suas malas aperiant, nec occultant amicis, quia amicos non metuimus sed amamus. Denique eos qui non sunt formidolosi, & horribiles, vt sunt ij quorum opes nimias suspectas habemus, vel potestatem, hos enim metuimus non amamus.

Hæc de amore Arist. Qui ergo velit eum excitare causas in eo quem amari cupit ac suadet ostendat esse permultas proponat eius amabiles conditiones iuxta ea quæ diximus & facillè excutiet in cordibus auditorum ignem tamquam in esca. Odij autem affectus, omnino contrarium persuadendo, gignetur, sed Christiani oratoris opera, hic nō video qua in re sit necessaria, nisi orationem transferat à personis ad vitia vt dicebamus de ira, quæ proxima est odio V.g. si curem vt in odium adducam hæreticos, politicos & eiusmodi farinæ homines qui vt tales cum habeant conditiones omnino contrarias his qui amabiles sunt, non possumus eorum consuetudine delectari. At præter hos, omnes amandi sunt etiam inimici, præcepto charitatis Euangelicæ, & contra odium concionatori disputandum vt suo loco explicabimus.

Odium.

Timor & confidentia ex eodem Arist. Cap. VIII.

Timor est animi perturbatio nata ex obiecta specie impendentis mali, quod aut interitum, aut dolorem nobis afferre possit ita hic Arist. vbi magis opiniones vulgi attendendas oratori proponit. At lib. 3. de mor. ad Nicomachū nec paupertatē, nec morbos metuēdos esse docet, licet dolores sepe & mortē afferant, quia in moralibus agit de officio hominum, vbi quomodo quisque gerere se debeat secundū virtutem docet quod etiam nostro oratori Christiano tenendum est, qui non tam quod vulgus iudicat quam quod à nobis Christus requirat attendere debet. Dicit autem timorem nasci ex proximi mali

Timor quid sit.

Ff 4 opinio-

Quæ mala
& quos ho-
mines time-
mus.

opinionē, quæ enim valde remota sunt non facile timorem incutiunt, quamvis fortis viri esse mortem non timere, in moralibus affirmet. Posita definitione timoris, tria illa examinet, scilicet quas ob causas soleant homines timere, & quas personas, & qui sint ad metuendum dispositi. Duo priora simul ita docet. Ex definitione patet omnia illa nobis timorem incutere, quæ vim habent nos perdendi, aut damnum aliquid inferendi. Nec solum ipsas res quæ tales sunt metuimus, verum etiam signa & indicia earum rerum reformidamus, ut sunt Regibus Cometa, Nauigantibus signa tempestatum, quia hæc significant periculum, idest rei terribilis appropinquationem. Ipsa verò res, quæ in se ipsis timorem incutiunt, sunt similitudo & iræ eorum, qui nocere nobis possunt per opes, per eloquentiam, & huiusmodi alia, hi namque mali aliquid importare possunt, cum nec facultas, nec voluntas, desit mali inferendi. Præterea iniustitia & animi perversitas in eo qui potestatem habet nocendi formidolosa est, & qui iniuriam facile facere possunt formidolosi sunt. Etiam timorem incutit cum aliquem contumeliose tractatum videmus, ab eo qui potestatem habet. Rursum formidolosi sunt potentiores propter opes aut amicitias etiam si à nobis non sint affecti iniuria quia leui suspitione moueri possunt contra nos. Et eos solemus reformidare, in quorum manus nos nostramque salutem repositam habemus, ut sunt ij quibus secretiora animi nostri arcana commisimus, vel sunt negocijs alicuius nostri grauioris consilij. Timendum enim est, ne vel spe lucri nos perdant vel ex timiditate. Vnde Prouerbum. Nec salus in acie Nouaculæ. Et eos qui aut iniuriam à nobis acceperunt, aut se accepisse, quam vis falso arbitrantur, forte enim meditantur vindictam. & inter hos magis timendi sunt qui sunt callidi ac vafri, qui dissimulant, tacent, & aliud dicunt atque sentiunt, cum minus metuendi sunt qui liberè loquuntur, qui quod in animo habent etiam in ore verfant, quique sunt acutè bilis cum illos alios rectos non possimus agnoscere, ideoque magis timeamus. Imò & eos timeamus qui nobis iniuriam intulerunt, hi namque cogitant sæpe alia mala inferre ut nos infirmiores reddant, ne illatam iniuriam vindicemus, & ipsi securius viuant. Et eos quos habemus competitores in aliqua assequenda dignitate, cuius plures compotes esse non possumus. Eos quoque timeamus quos ab alijs melioribus nobis & firmioribus reformidari videmus, si enim meliores lædunt, etiam infirmiores facilius iniuria afficiunt.

cident. Denique omnia mala timemus, quæ in alijs agnoscimus,
 & nobis euenire similiter possunt, vt cum morientem aliquem
 videmus. Inter omnia verò terribilia, illa magis timorem inij-
 ciunt, in quibus cum à nobis sit erratum contra aliquem, ta-
 men non potest lapsus à nobis penitus emendari, nec remediū
 est in potestate nostra. Timor est magnus, quando malum est
 magnum, quando est repentinum, quando est ignotum, quando
 est valde propinquum, quando imminens malum vix posse pro-
 pullari existimatur. Ita de causis ob quas fit metus, & de perso-
 nis Arist. Quibus subiicit qui sint ad timorem dispositi. Eos au-
 tem esse docet liberos à metu, qui non arbitrātur se mali quid-
 piam sustinere posse, nam timor nascitur ex opinione impenden-
 tis mali, quales esse solent qui opibus abundant, & amicitijs, ac
 florentes res suas intelligunt, & plurimum autoritatis habe-
 re, siquidem res prosperæ deprauare animos solent & audaces
 reddere, ac insolentes vt non timeant, & alijs sint contumeliosi.
 Illi etiam procul sunt à timore qui cum acerbissimos casus sint
 experti sepius tanquam omnem spem rerum bonarum abie-
 cerunt, vt suas miseras quibus premuntur perpetuas credant
 futuras, vt nō putent in se locū superesse nouis calamitatibus.
 In quo numero sunt qui ad supplicium ducuntur. Seneca desin-
 nes timere si sperare desieris. & idem Seneca ostendit quomo-
 do hæc duo tam diuersa, timor ac spes aliquando pariter sint.
 Ita est (ait) mi Lucili, cum videantur dissidere coniuncta sunt,
 quemadmodum eadem catena & custodem & militem copulat,
 sic ista quæ tam dissimilia sunt pariter incedunt. Qui verò con-
 trariam opinionem habent ij ad timorem proni sunt. Vt qui
 aduertunt sibi malū aliquod instare, cui se obnoxios agnoscunt,
 Qui ita timent, vt etiam aliquid habeant sp̄ei, nam videmus eos
 qui timent ad consolationes ac remedia confugere, quod non
 facerent si omnem spem euadendi abiecissent. Solent timere
 qui sunt pauperes, qui debiles, & imbecilli, qui sine amicis. De-
 nique docet Arist. vsu excitandi hunc affectum in auditori-
 bus. Is autem est vt eos inducamus in eam opinionem vt putēt
 se malis esse expositos, docendo multos ipsorum pares & ma-
 iores grauiam damna perpeffos ab his à quibus nil periculi me-
 tuebant. Et idem dicat de genere malorum ac de temporibus
 in quibus se tutos credunt. Poterunt multi ex his locis Chri-
 stiano oratori deseruire, cum timorem vult incutere ex memo-
 ria mortis, futuri iudicij diuini, recordatione gehenne, quæ mox
 imminet peccatoribus. Sequitur Confidentia timori contraria
 qua

Qui nam à ti-
 more liberi
 esse solent.

Qui nā ad ti-
 morem pro-
 ni sunt.

Confidentia
quid sit.

Confidentia
quomodo dif-
ferat à deside-
rio.

Causæ confi-
dentia.

Qui sint ad
confidentiam
dispositi.

quæ motus quidam animi est ex cognitione boni instantis, seu periculi vel depulsi, vel proximè depellendi proueniens, & incidit aliquo modo cum spe, nisi quod spes omnem fiduciam significat, confidentia est ubi periculum alicuius mali adest, vel dici potest. Cōfidentia est appetitio boni absentis ardui possibilis. Differt à Desiderio, quod confidentia est in parte anime irascente. Desiderium in concupiscente, Illa est boni ardui & difficilis, hoc boni facilis, illa fertur ad media primum, inde ad finem, hoc ad finem suo impetu. Tunc autem nascitur Confidentia vel fiducia, cum res quæ saluti esse possunt propè iam adsunt, quæ verò terrere possunt, vel non sunt vel longè absunt. Item cum mala & incommoda eiusmodi sunt, quæ facile habet remedium & auxilia præsto sunt, quibus malum arceamus, tunc enim non timemus sed confidimus, sicut quando nulli sunt qui à nobis iniuriam acceperint, nulli aduersarij, nulli æmuli vel si sint sunt amici, vel nostrum desiderium impedire nequeunt. Qui autem sunt ad confidentiam dispositi ij à quibus longè absunt atrocita mala, & quibus adsunt prospera vnde possunt animum confirmare ad fiduciam, hi quibus remedia sunt in promptu. Et hi qui vident plura se habere quam alij, quos metuere possent. Etiam ira animos addit, ideo iram esse cotem fortitudinis Basilius affirmat. Denique cum nos non arguit conscientia sceleris cuiuspiam & credimus nos habere Deum propitium, qui votis fauebit, quod cum ex signis aliquibus aduertere possumus fidetiores simus, vsus autè ac praxis excitandi hunc affectum sumi debet ex contrarijs rebus, quæ timorem incutiunt, ostendendo non adesse periculum mali, extenuando malum, ac periculum, amplificando bona quæ contra illud malum adsunt, & remedia & auxilia, & bonam conscientiam & Dei opem præsentem animando ad fortitudinem.

Verecundia Affectus. Cap. IX.

Quid est Verecundia.

Post fiduciam transit Aristot. ad Verecundiam vel pudorem sequutus eundem ordinem, vt explicet quæ sint causæ ob quas solemus verecundari, & apud quos solemus hunc pudoris affectum sentire, & quomodo sint affecti qui pudore ducuntur. Verecundia est commotio vel ægritudo nata ex his malis quæ ignominiam, seu dedecus videntur inurere, siue sint ea mala præterita, siue præsentia, siue futura, sicut Inuerecundia est non tangi his rebus, neque animo commoueri. Quæ autem sint hæc

hæc mala, quæ Verecundiam gignunt explicat in specie Ignavia & timiditas, vt in Militia abijcere clypeum vel fugere, Iniustitia vt non reddere depositum, Incontinentia, infamia, & impudicitia. Quæstum facere ex rebus minutis aut turpibus, & ex personis tenuibus lucrum extorquere, sicut (ait Arist.) est antiquum prouerbium à cadauere etiam fructum capere. Et omnia quæ nascuntur à sordibus & illiberalitate. Rursus qui sunt nimis in flagitando, & callidè laudant rem alterius, vt ille pro sua liberalitate indulgeat, vel qui licet repulsam passi sint ab aliquo, tamen rursus petunt & molesti sunt. Adulatio, vel presentem aliquem laudare, & eius res ac facta nimis extollere, seu condolare alicui plusquam oporteat, videtur enim quid simulatum, & facit nos erubescere. Præterea dedecus affert nõ posse tolerare labores, quos vel seniores tolerant, vel alij viri delicati, & digniores quam ipse sit, mollitudinem videtur appellare Cic. Sæpe beneficia accipere ab aliquo, & eius commodis augeri, nec nõ vetera beneficia exprobrare, angusti & humilis animi sunt. Iactare se ipsum & suas laudes prædicare, aliorum recta facta sibi adiudicare. Denique omnia alia opera à vitij profecta, & omnia signa occultorum vitiorum pudorem afferunt, cum turpitudinem includant. Sed præter hæc vitia, sunt & alia multa honesta quibus si quis careat verecundatur. Huiusmodi sunt virtutes omnes, & omnia quæ dignitatem ac decorem afferunt præsentem, si quis expers sit earum rerum, quarum sunt participes pares sui ac similes, & vocat pares qui sunt eiusdem nationis, ciuitatis, familiae, ætatis. Turpe enim est è choro aliorum excludi si sua culpa id natum sit. Verecundantur homines cum passi sunt vel patiuntur, vel passuri sunt aliquid ignominiosum, cum inferuiunt alicui in muneribus fœdis. Et cum plagas patiuntur & iniurias tanquam serui, hæc enim priuant homines honore, ideo pudorem afferunt. Hæc sunt verecundia ac pudoris causæ. Iam verò etiam quæ sunt personæ, coram quibus solemus verecundari ostendit. Sunt illæ quas nos magni facimus, & apud quas cupimus nomen nostrum magnifieri. Hi sunt qui nos admirantur, & quos admiramur nos, vel cum quibus de aliqua dignitate contendimus, vel eos à quibus speramus impetrare aliquid, in quorum arbitrio positum est vt det, & eos qui prudenter de rebus solent iudicare. Solent pudorem mouere quæ publicè in oculis multorum nobis contingunt, cū toc habeamus testes ac conscios factorum. Et prouerbium est. Pudorem in oculis habitare. Eos item erubescimus qui vacat culpa

Quæ Verecundiam gignunt.

Vitia verecundiam faciunt.

Defectus etiã virtutum.

Corã quibus verecundari solemus.

alios huiusmodi

culpa qua ipsi notamur, & eos qui non solent esse proclives ad ignoscendum, sed potius seueri in culpas, hos magis veremur, Et eos qui faciles sunt ad denunciandum alijs quæ ipsi sciunt, vt sunt qui à nobis aliquando iniuriam acceperunt; & qui sunt maledici, curiosi in aliorum factis inquirendis, & deridendis, Et eos apud quos semper bene audiuius, & à quibus quilibet obtinuius, quiuè nostram amicitiam magnificiunt. Ex dictis facile etiam cognoscuntur qui sunt ad verecundiam magis dispositi. Nempè hi quorum aliquid turpe coram patefactum est, qui sunt sibi conscij alicuius sceleris sui & maiorum suorum, & habent multos competitores in rebus suis, & qui versantur cum eis qui suorum scelerum sunt conscij. Hinc colligere quomodo debeamus hunc affectum inducere, vt scilicet ostendamus rem aliquam esse huiusmodi, vt nos pudore debeat afficere, tum ob ipsam turpitudinem, tum propter eos, apud quos merito verecundari debemus, præsertim in peccatis, quæ cum scandalo sunt publicè, & curet vt ostendat auditores esse de numero eorum quos pudere oportet.

Gratia Misericordia Nemesis. Cap. X.

TRansit Arist. à verecundia ad gratiam vbi primo definit gratiam esse affectum per quem gratis inclinamur ad benefaciendum alicui non nostro cōmodo, sed eius cui fit; loquitur autem non de gratia quæ in remunerando beneficio fit, sed de ea quæ gratis qui habet dat aliquid egenti. Quæ gratia dicitur magna, vel quando magnum aliquid datur ex sua natura, vel ratione eius, cui datur, vel quando fit tempore maximè opportuno, quia alter cui datur maximè optat vel indiget, vel quia solus fecit gratiam, vel primus. Parua autem cum vel res est parui momenti quæ datur, vel quando sui causa dat potius, quam alterius, vel quando negat minus, qui alias maius quid dederat. Qui ergo ad faciendam gratiam vult excitare, ex his locis gratiam & beneficium amplifcet, eodemque modo si velit inducere ad cognoscendam gratiam sibi factam; ex iisdem locis efficiet significando & indigentiam eorum, & alterius liberalem animum; in quo genere optimè Dei gratiā in nos magnificare possumus. Sequitur Misericordia quæ est animi affectio orta ex opinione mali quod affert dolorem, vel necem alicui, quem indignum tali calamitate iudicamus. Circa quam etiam exponit quæ res faciant aliquem miserabilem, erga quas

Qui faciles
sunt ad vere-
cundiam.

Gratia quid
sit Aristot.

Misericordia
quid sit.

personas misericordiam exercere soliti sumus, & quomodo affecti qui misericordia mouentur. Addit etiam ad melius explicandam naturam huius affectus, ut illud malum sit, vel presens, vel proximum, & tale sit, ut possit etiam idem malum aut mihi, aut alicui meorum obuenire. Tales sunt, qui similia mala aliquando perpessi sunt, senes etiam, hominesque imbecilli, & viri docti qui in lectione, multa didicerunt, & qui multa familia onerantur. Ob defectum huius conditionis, qui sunt in extrema calamitate, non mouentur miseratione, cum non putent alios plura pati posse quam patiantur ipsi, nec qui se beatos supra modum existimant. Quae autem mala misericordiam mouent in specie? Quae a fortuna inuehuntur, non culpa nostra, ut spoliari amicis, patrimonio, item morbi, egestas alimentorum, senectus grauis, mors, verbera, deformitas, obruncatio membri, debilitas, frustrari votis suis. Cum res veniunt quando iam non profunt, quando videmus aliquem cui nihil prosperi contingere solet. Sed in quos misericordes esse solemus? in familiares, nam in parentes & alios propinquos est alius affectus, doloris potius, cum enim simus coniunctissimi eadem mala videntur nostra: in amicos, qui prius erant opulenti, nunc pro inopia, emendicata stipendia viciant. In eos quibus proxima imminet calamitas aliqua, licet nondum sit presens. In eos qui pares, ac similes nobis sunt, familia, aetate, disciplina, cum nobis etiam eadem possint contingere. Item in eos quorum calamitates oculis videmus, ut faciunt aliquando Oratores, ostendentes vestes cruentas, vulnera, aspectus miserandos, & alia similia etiam oculis representata, & auribus etiam verba miseranda obijcere, multum possunt misericordiam excitare. Sicut solemus Christi Domini nostri passionem representare: & vestis Ioseph sanguine tincta patrem, maxime ad lacrimas commouit. Ex dictis patet usus & praxis excitandi huiusmodi affectum misericordiae, amplificando calamitatem significando idem ipsi posse euenire, describendo miserabilem statum calamitosi, qui sine culpa patitur, & rem oculis subiiciendo. Hi loci vbi esse possunt cum commendamus indopes ac miserabiles familias, & magis adhuc cum plurimorum animas ignorantia & peccatis repletas, sub miserabili Daemonum tyrannide representamus oppressas, & aeternis cruciatibus obnoxias. Oppositam misericordiae facit Arist. eam commotionem quam vocat Nemefim, quae magis repugnat misericordiae, quam vel invidia, vel emulatio, quamuis, & haec aliquando opponantur. Est autem

non timor
ni cibum
non timor
Que nam mi
fericordiam
moueant.

sup in d
mimem
mimem

nuom in
mimem
mimem

Nemesis mi
fericordiae
posita.

Neme-

Nemesis, sive ut aliqui vertunt, Indignatio, dolor est de alieno bono quo aliquem indignum iudico. Sicut misericordia, dolor de malo quæ non merebatur, & sine culpa patitur. Sicut ergo cum videmus paucos immeros & bonos, miseremur, ita contra quam videmus impios prosperè agere, ad dignitates euehi, honorari, & honorari. Et differt ab inuidia, nam hæc non dõlet de bono alterius, quia sit illõ indignus, sed simplicitet, quia aliquis sibi equalis, habuit illud donum non ipse, etiam si dignus ille sit, unde inuidia in malum sumitur, non ita Nemesis. Hic affectus qui est Nemesis, vel indignatio, cum sit circa illa bona quæ quis non meretur, non excitatur pro bonis animi, si quis sit inustus, fortis, vel alia virtute pradius, quia hæc quisque suo studio sibi comparat, & laudem merentur, non indignationem, ac nemo habens virtutem indignus ea iudicatur, sed indignamur ob externa bona, ut opes, dignitates, amicitias, fauores, hæc si indignis dentur, dolorem inurunt & indignationem, præsertim si repente ad huiusmodi bona deuenierint, ac subito parata, nam veteres diuitiæ, & dignitates minus quam noua ostendunt. Etiam bonis solent homines indignari, quando bona adepti sunt minus sibi consentanea, quibus nec uti sciunt, ut si viro bono quidem, sed inepto ad regimen contingat magistratus, si puella ignobilis nubat viro optimato, Indignamur cum inferior in aliquo genere competit cum superiore, ut si quis inferior in bello, alteri aptiori præferri contendat, vel superiori præferatur, & similiter omnis inferior contendens cum superiore indignationem mouet. Hæc sunt cause ob quas, & personæ quibus indignamur. Ad indignationem vero facile commouentur ij, qui eorum bonorum sunt capaces, eaque aliquid quando adepti sunt. Item qui virtute præditi, indigne enim ferunt ad indignos bona deuenire. Ut viri fortes qui sua virtute ea consequi possent. Rursum honorum cupidi, qui digni tali honore habentur quem alij indigne sunt consecuti.

Ex his apparet vsus ac modus tenendus, ut quis Nemesis excitet. Qui locus Christiano Oratori non crebro tractandus, occurrat, nisi aliquando in vniuersum solum dicat huiusmodi bona dignis danda esse non indignis, ex iustitia distributua.

Inuidia Aemulatio Contemptus. Cap. XI.

O Ratori Christiano Non occurrat occasio ad excitandam inuidiam, ad compescendam vero frequens. Est autem inui-

Nemesis & Inuidia in quo differat.

Nemesis non excitatur ex virtutibus.

Quæ sint quæ Nemesis moueant.

Qui mouentur magis Nemesis.

invidia animi regitudo: quæ gignitur ob res alicuius secundas
 erga eos qui nobis pares sunt, quos nollemus eo bono potitos.
 Sunt propensi ad hanc invidiam, qui habent multos sibi pares
 in eisdem studijs, arte, ætate, familia &c. nam figulus figulo in-
 videt. Qui multa huiusmodi bona habent, quasi omnia sibi ef-
 sent debita, ut qui sint eximij in aliqua doctrina, & honore.
 Item qui sunt honorum cupidi, promptiores sunt ad invidendum
 quam alij qui his cupiditatibus non subiacent, ut videmus inter
 milicos qui seruiunt, ut aliquam dignitatem obtineant, & qui
 volunt sui nominis existimationem propagare. Solet autem
 ferri contra eos qui scilicet sunt nobis pares & propinqui. In-
 vidia enim est inter pares, & eos eum quibus de honore est no-
 bis contentio, & qui eisdem desiderijs tenentur quibus & nos.
 Et contra eos qui aliquid celeriter & facili negotio adepti sunt,
 cum alij multo labore nihil effecerint. Et his qui aliquid proci-
 rant quod si obtineant probro nobis ipsis futurum sit. Et his qui
 ea possident quæ nobis valde apta fuissent. Et his qui cum par-
 va aut nulla rei familiaris iactura sunt ea consecuti in quibus
 comparandis nos magnos sumptus fecissemus.

Post invidiam ponitur ab Arist. æmulatio, græcè zelus, quæ
 est animi affectus quo dolemus nos non habere aliquid, quod in
 alio videmus, nõ quod displiceat in alio esse, sed dolemus no-
 bis deesse & provocamur ad imitandum. Cicero sic definit. Est
 egritudo si eo quod concupioris, alius potiatur, ipse careas
 scilicet non quia ille habet, sed quia ipse non habes. Et solet
 sumi in bonam partem, sicut invidentia in malam, hæc studet
 ut alter bono careat, sed æmulatio studet fieri alteri similis.
 Sunt dispositi ad æmulationem, qui multa sibi pollicentur &
 se dignos esse ut habeant quæ non habent existimant, quales
 sunt magnanimi, & iuvenes bonæ indolis. Et qui sunt præditi
 ijs doctibus, quibus honos tribui solet. Et hi quorum maio-
 res aut cognati aut ciues honorati similiter fuerunt.

Sed quæ sunt bona, quæ æmulamur? præsertim virtutes quia
 his honos debetur, & ea quibus alijs prodesse possumus, ut
 sunt opes, beneficia, dignitates, sapientia & eloquentia, quia
 his potiri possumus esse benefici alijs. Qui ergo ad æmulatio-
 nem vult provocare aliquos, disponat auditores eo modo quo
 diximus, ostendat talia esse bona & tales personas quas volu-
 mus æmulari. Sicut D. Paulus docet. Aemulamini charismata
 meliora quia nos Christiani æmulatores sanctorum in eorum
 virtutibus ac heroicis actionibus esse debemus.

Qui ad invidiam sūt pro-
ni.

Quibus invidemus.

Æmulatio quid sit.

Iust. I.

Qui ad æmulationem pro-
pensi.

Quæ bona æmulationi
subdantur.

Huic

Contemptus

Huic opponit contrarium affectum quem Contemptu vocat, cum quis despicit eum qui contraria mala patitur, his bonis quae nos æmulamur, vel cum quis non æmulatur, quæ alius habet bona, sed parui æstimat & contemnit nec curat ut ea æstiquatur. Ut si philosophus contemneret opes, honores, ac dignitates, quas alij appetunt. Quod postremum est maxime secundum perfectum Christianam Religionis spiritum, ut Francis & tam multi Sancti & D. Paulus contemnebat omnia, tanquam stercora propter Christum. Haec enim cum Arist. de affectibus speciatim egimus. Ex quibus multa sunt quæ ad primum concionum nostrarum referri possunt. Nã Iram postquam optime acuerit in auditoribus iuxta illud Irafcimini & nolite peccare, contra omnes peccatores ut idem Propheta dicebat. In matutino interficiebã omnes peccatores terræ. Et ad Mansuetudinem prouocare quæ est ira moderatio iuxta illud Christi. Beati mites &c. Ad amorem vero Dei & proximorum sapienter conciones debent dirigi, ad odium & detestationem peccati & omnium scelestorum; sicut Deo odio est impius, & impietas eius. Ad timorem & fiduciam in Deum, ad confidentiam in operibus bonis, & Christiana perfectione. Verecundia est optimum frznum ut a turpitudine abducatur. Gratia & Misericordia sunt affectus maxime pietati Christianæ consentanei. Indignatio vero ac Nemesis potest etiam contra se ac delinquentes exerceri. Inuidia potius compescenda est. Aemulationis autem Spiritus optime potest in bonum conuerti. In his autem locis ab Arist. enumeratis multa inueniet Orator Christianus ad suas conciones utilia quibus commodè ad excitandos animorum motus utatur, multa pro re nata ducendo ex allatis locis argumenta.

Philiph. 3.

Psal. 6.
Psal. 100.

Quomodo excitandi, aut comprimendi singuli affectus ex locis Theologicis, & primum de Amore. Cap. XII.

Sed præter Aristotelicos, quos iam explicauimus locos habemus adhuc ex sacrorum librorum, & Patrum Sanctorum voluminibus alios, non solum excitandis affectibus, sed etiam comprimendis, idoneos ex principijs supernaturalibus desumptos: vtrumque autem Christiani Oratoris est munus & mouere affectus ubi utiles sunt, & sedare cum aduersus Dei legem & rationem insurgunt. Quamuis autem ingeniosè quispiam ad doctri-

doctrinam Aristotelis hæc reuocare possit, tamen non visa est nobis hæc industria aut valdè utilis, aut necessaria, quin etiam ex ipsis sacris fontibus hausta aqua quodammodo futura sit limpidior. Initium ab Amore sumamus, quem S. Aug. primam inter passiones, & aliarum originem esse docet. Est autem Amor complacètia appetitus in obiecto amabili, qui cū possit esse ali quando bonus, aliquādo malus ille excitādus, hic oratione fræandus. Primi generis est amor erga Deum, amor rerū spiritua liū, amor proximorum iuxta Christi legem, secundi generis est amor sui, cui iūctus est amor nimius vitæ, sanitatis & cōsanguī teorū principium multorum imò omnium malorū. Amor illicitæ voluptatis, quo, humanū genus ad extrema vsque perniciē de perit. Amor mundi & rerum temporalīū inordinatus. In vniuer sum loquendo tria sunt principia, quibus amor accēditur, quæ ad amandum Deum præcipuā vim habent. Primum principium bonitas rei amata. Bonum & pulchrum, ait Dion. Areop. omni bus esse desiderabile, & amabile. Idem docet Arist. ideo apud Græcos ἀγαθόν pulchrum, seu bonum dicitur à verbo græco ἀγαθόν quod est allicere, & ad se vocare, & Deus dicitur ἀγαθός tanquam summè diligendus. Secundum principium est similitudo inter amantem, & rem amatam; Siquidem quæ similia sunt faciliè conciliantur: sic etiam Aristot. similia similibus maximè gaudent; dum tamen vt idem Arist. excipit, quæ sunt similia non se inuicem turbent, & impediunt. Tertium principium est amari ab alio: ob id Seneca Monstrabo, inquit, tibi amatorīū sine medicamento, sine vllius Veneficæ carmine. si vis amari, amari estque commune prouerbium. Magnes amoris, amor. Sed de locis vnde fit amor Dei eliciendus in tertia parte agendum est plenius. Vniuersè, de omnibus amoribus loquendo, statuat Orator firmum aliquod, ac certum principium, illudque auditorum animis imprimi curet, ad quod tanquam ad certam normam, totum hoc negotium, omnium in quocunque genere amorum fit reuocandum. Principium autem hoc, communissimo illi philosophorum axiomati optimè innititur, scilicet, In omni rerum genere, Vnum aliquod primum, ac summū dari, quod sit cæterorum in eo genere, mensura & regula sicut inter luminosa est sol, inter calida Ignis, inter cælorum motus primum mobile, inter morales virtutes Prudentia, inter Christianas Charitas. Eodem modo, inter omnes amores, aliquè supremum ac maximum assignari oportet, per quem, de cæteris omnibus iudicium feratur, sint ne boni an peruerfi, sint ne abijciē di, an

14. de Ciu. Dei c. 6. Amor bonus & Amor malus qui nam.

Tria principia Amoris.

Dio. lib. de diuin. nomin. cap. 4. par. 1.

8. Eth. c. 5.

7. Moral.

Eudæ. c. 6.

2. Rhet.

c. 4.

Epist. 9.

Ioan. 10.

Amor Dei regula omnium amorum.

G g di, an

di, an retinendi sint fouendi an moderandi. Quis nam verò sit hic primus amor, cæterorum regula amorum, facillimum est, determinare: Dicitur est iam, neque à quopiam negari potest Bonum ac pulchrū esse ipsius amoris obiectum, nec dari amorem, qui non in bonum aliquod, aut verum aut certè apparens feratur, Deum autem esse verissimum ac summum bonū, à quo bonum omne manat, quis nisi amens, vel Atheos negauerit? Quid enim est Deus, si quod nullo fine concludi potest, quis velit definire, nisi ipsissima bonitas absoluta, Ipsum pulchrū, ipsum vt Theologi loquuntur essentialiter Bonum? Ad quod videtur Christus alludere voluisse, cum à quopiam, titulo magistri boni salutatus, Cum tamen qui salutabat, cum nequaquam Deum, sed solum hominem esse crederet, dixit, quid me vocas bonum? solus Deus bonus est. Ex hoc igitur tam certo, tamq̃ rato principio, omnibus manifestum debere esse arbitror, ipsi Deo, verè ac proprijsimè nostrum deberi amorem, & ad hunc ipsum tanquam ad Lydium lapidem, cæteros omnes examinandos, reuocandosq; esse amores. Proinde ab vnoquoque nostrū cor & Amorem sibi tribui, Deus ipse, iure suo exposcit, eū ait fili prebe mihi cor tuum, cui à nobis illud meritò, & conuenientissimè respondeatur. Quid enim mihi est in cælo, & à te quid volui super terram Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum. Secundò, Ex eodem principio, vrgebit & colliget Ecclesiastes, Cum Deus sit maximum bonum, infinito intervallo, bonum omne creatum transcendens, ei summum quoque deberi amorem, & super omnia omnino esse amandum; Quare, cæterarum rerū ita moderandi amores, vt nihil sit omnino, quod Deo æquiparemus, Certè Deus suæ gloriæ, nostriq; amoris zelator amantissimus, id nequaquam ferrè potest, propterea que Arcam veteris testamenti, in qua Deum ipsum præsentem Hebræorum populus colebat, acerrimè tulit, à Philistæis in eodem templo, eodemque loco cum Idolo Dagon collocatam, nec tantam iniuriam ferens, & ipsum idolum in frustra concisum, super ianuz limen pedibus calcandum prostravit, & populus ipse tanti sceleris author, multorum millium nece penas reportauit. Hanc Christus doctrinam mundo significauit, his verbis, Qui amat patrem & matrem plusquam me non est me dignus, Imò addit, Qui non odit patrem & matrem, & filios & fratres, & forores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus, quo dicto illud innuit, in sanctum odium, conuertendum esse parentum, atque adeo sui ipsius amorem, quando

Sumus amor
Deo debetur.

supra

supra vel contra Dei dilectionem sese audeat erigere , Rectè
ergo Augustinus Amandus est generator , sed præferendus est
creator. Quare , apud nos illud maneat , Dei Amori , Deique
voluntati , omnia esse postponenda , vt illud cordi nostro inscri-
bamus , quod est apud Dauidem , In capite libri scriptum est
de me , vt facerem voluntatem tuam , & quod sequitur , identi-
dem canamus , Deus meus volui , & legem tuam in medio cor-
dis mei , tanta constantia , vt si aliqua omnino res me contra
Dei amorem ad se reuocare tentauerit , illud Beatæ Agnetis re-
sponsum , à me repetitū accipiat , Discede à me pabulum iniqui-
tatis , quia ab alio amatore præuenta sum . Tertio Prædicandum
est , Deum , esse principium quoddã vniuersale , à quo bonum
omne quod sit in rebus creatis , manat , Cum enim , iuxta philo-
sophos Bonum , & ens conuertantur , quæadmodum quod sunt ,
à Deo sunt , Ita quicquid habent boni , ab eodem autore , ac
fonte habent Deo . Ex hoc rectè sequitur , nullum aliud bonum
per se amandum esse , sed ad Deum ordinandum , ita vt in riuu-
lo fontem , in radio , solem ipsum æternum agnoscamus & ame-
mus : Quare si quis in alijs bonis quæ sunt extra Deum , ita suū
constituit amorem , vt in eis quietem , & quasi finē constituat ,
in eam incurrit , quam abusione maximam iudicat Augusti-
nus , quæ est Vti fruendis & frui vtendis , & quam Greg. Na-
sianz. ipsius Idololatriæ originem fuisse asserit , Et in qua , pec-
cati mortiferi veram , & vt vocant Theologi formalem ratio-
nem esse , non est dubium , Cum peccatum , non aliud sit quam
conuersio ab incommutabili bono , & conuersio ad bonum com-
mutabile , Deum ipsum fontem aquæ viæ derelinquendo & ci-
steras dissipatas , quæ solidi ac veri boni aquas continere ne-
quaquam valent sibi fodiendo : Quod ipsum , quia non prius
aduertat Augustinus , aliarum rerum amoribus irretitus , ve-
hementer dolet , & seipsum cum lachrymis accusat dicens ac
repetens Sero te amani pulchritudo tã antiqua , sero te cogno-
ui pulchritudo tam noua , tu intus eras , & ego foris te quære-
bam , & in ista formosa deformis irrueram . Ex hæcenus dictis
manifestè apparet , omnem peruersum amorem , cuiusmodi est
Amor sui , & Amor lasciuus , quia Dei amori opponuntur à no-
bis tanquam pestè ac dirum venenum , abijciendum esse , Amo-
rem vero rerum spiritualium , & cælestis sapientiæ , ac virtutum
omnium , vt qui diuinum amorem , tanquam esca ignem foueat
impletendum , Alios autem rerum temporalium amores , vt
sunt diuitiarum , Honorum , dignitatum , sanitatis , Vitæ etiam ,
ita moderandos , vt ab Dei Amore , quem diximus debere , cæ-

Psal. 39.

Omnia propter Deum amanda .

Orat. 2. Theol.

Hier. 2.



terorum amorum esse mensurā, omnino pendeant, ita ut si quid contra Dei voluntatem & Amorem pugnent ut noxium venenum abijciantur, hoc est enim quod Christus docet si oculus tuus vel manus vel pes scandalizat te, abscinde & projice abs te, hoc est si quis inter homines tam charus tibi fuerit, tanque utilis ac necessarius ut est oculus Manus, aut pes, & nihilominus scandalum tibi est & à Dei amore auertit, eiiciendus est, Et idem de rebus omnibus esto iudicium. Hæc de Amore genericè dicta sint, ad particulares descendamus. Ad amorem rerum spiritualium, ac vitæ Christianæ, virtutumque ingerendum, ut etiam simul expellat amorem mundi, ac rerum temporalium, debet sæpe excurrere oratio Christiana per aliquos locos communes ad hoc idoneos, cuiusmodi sunt; Primò dignitas, & pulchritudo rerum spiritualium, virtutum ac professionis Christianæ supra res omnes temporales, quæ vilissimæ sunt, & minimi faciendæ, cuius rei iudicium debemus à Deo accipere, qui est optimus rerum æstimator & arbiter, qui in scripturis sanctis docet, terrena hæc bona, esse ut paleas, ut fœnū, ut lutum, ut stercora respectu spiritualium, quæ sub nomine auri, gemmarum, thesaurorum proponit. Ideo Salom. optavi & venit in me Spiritus sapientiæ, & præposui illam sedibus, ac regnis; & diuitias nihil esse duxi, quia omne aurum in comparatione illius arena est exigua, & tanquam lutum æstimabitur in conspectu illius. Et Paul. Propter quod omnia detrimentum feci, & arbitror, ut stercora ut Christum lucrifaciam: deinde ut anima corpori præstat, ita res ad animum perficiendum pertinentes ijs quæ corpori utiles sunt. Secundus locus est Dei voluntas, quæ nobis maximè commendat, hæc spiritualia & contra ab amore terrenorum dehortatur. Tertius locus est dulcedo ac suavitas vera, & solida quam secum affert rerum spiritualium exercitatio, & gustus iuxta illud psal. Gustate & videte quam suavis est Dominus, & illud non habet amaritudinem conuictus illius nec tadium. Non sic temporalia bona, habent enim laborem & ærumnas, & amaritudinis plurimum. Delectationes sæculi huius inquit Greg. cum non habentur excitant appetitum, habitæ verò nauseam generant; at spirituales habitæ æstimantur, & excitant adhuc maiorem sitim sui] cuius ratio est ex eodem Greg. & D. Thom. quia res cum habentur tunc cognoscuntur quales sint, ideoque experientia docet nos, quæ parum omnia valeant temporalia, & quam multum spiritualia, nam illa cognita contemnantur, & ad alia rursus temporalia suspiramus semper inquieti, hæc verò possessa habentur in præ-

Loci ad amorem rerum spiritualium spectantes.

Dignitas.

Sap. 7.

Phil. 3.

Dei voluntas.

Dulcedo.

Psal. 33.

Sap. 8.

Hom. 36. in Euang. initio.

p. 2. q. 2. art. 1. ad 3.

clo, & maius adhuc sui desiderium excitant. Quartus: spiritua-
 lia saturitatem afferunt animæ, & quietem vt in his sentiat ho-
 mo se contentum, cum contra, qui rebus temporalibus inhiant
 pleni perturbationibus viuant, nunquam in eis quietem, & sa-
 turitatem inuenientes, vt apparet in appetitu diuitiarum, ac
 voluptatum & honorum. Hoc est argumentum Christi ad Sama-
 ritanam, qui biberit, ait, ex hac aqua sitiet iterum; qui autem
 bibet ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum: cuius
 diuersi effectus veritatem, & causam docet Bern. tractans illa
 verba D. Petri. Ecce nos relinquimus omnia. Anima, inquit, ra-
 tionalis cæteris omnibus rebus, quæ scilicet non sunt Deus, oc-
 cupari potest, repleti non potest & causam assignat in tractatu
 diligendo Deo: quia res aliæ præter Deum non sunt natu-
 rales cibi animæ, vt si quis crederet satiari se posse vento; stul-
 tus esset, inflari potest, satiari non potest, satiamur illo cibo de
 quo Christus: Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam quoniam
 ipsi saturabuntur. Et August. Deum alloquens, Anima nostra;
 inquit, facta est capax maiestatis tuæ, vt à te solo, & à nullo
 alio impleri possit. Quintus locus sit stabilitas, permanentia,
 & æternitas præmiorum, quam spiritualia pariunt: ex altera
 parte incertitudo, ac breuitas omnium temporalium, quæ affe-
 runt æternam calamitatem. Istud est quod etiam Samaritanæ
 Christus dixit. Fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.
 Sicut hæc mundi præsentis bona sunt cisternæ dissipata, quæ cõ-
 tinere non valent aquas; quodque peius est pariunt æternitatem
 penarum post pauculos vitæ huius annos. In hoc argumento
 versatur liber, qui dicitur Ecclesiastes, idest Concionator: quo
 titulo docet Spiritus sanctus, Concionatores in hoc debere af-
 fidere versari, vt contemptum rerum mundi probent, ac persua-
 deant, atque è contrario æstimationem, excellentiam, & amo-
 rem rerum spiritualium ingenerent auditoribus: Agitur in eo
 libro de vanitate, ac breuitate omnium quæ tanquam bona ap-
 petunt, sæculi huius amatores, & assumit hoc Thema: Vanitas
 vanitatum & omnia vanitas. Et in fine libri tanquam omnium
 summam afferens adiungit. Finem loquendi pariter omnes au-
 diamus, Deum time, & mandata eius observa, hoc est omnis
 homo. Denique in sacris literis tot tantaque viri iusti priuile-
 gia recensentur vt ex ijs egregium libellum vir pius, & doctus
 Ludouicus Carbonius ex centum priuilegijs composuerit, ex
 quibus facile erit, centum locos communes habere paratos
 ad hanc ipsam rem persuadendam.

Saturitas.

Cap. 3.

Matth. 5.
In folio. 3.

Stabilitas.

quid
 rene-
 culus
 e abs
 inque
 philo-
 endus
 more
 amo-
 inge-
 rum.
 er ali-
 Primo
 pro-
 iftima
 Deo ac
 in scri-
 fenti,
 ne au-
 tami &
 ac re-
 para-
 iur in
 cum fe-
 inde vt
 in perti-
 Dei vo-
 & con-
 st dul-
 in spiri-
 & vide-
 undinem
 habent
 Delecta
 excitant
 es habi-
 uis ra-
 utur tuc
 os, qui
 ritualia
 poralia
 in pre-
 tio,

AD amorem proximorum debet Concionator saepe hortari, ac impellere auditores, sicut Apostoli in suis epistolis faciunt, & vniuersa scriptura. Argumenta ex his locis eliciet.

Loci ad excitando proximi amorem.
Natura.
 Primò, quia amor est valdè naturæ nostræ conformis, & homini ab ipsa natura inritus, nec est vlla gens tam barbara quæ nõ agnoscat hanc legem amoris in pectore humano scriptam, maximè cum videamus bruta animalia eiusdem generis sibi inuicem consentire, nec feruè inter se pugnare, sed iuuare se mutuo vt apparet maximè in coruis, gruibus, ciconijs. Secundo maius adhuc debitum est ob fraternitatem spirituale, quæ sumus Christiani, & habemus eundem Patrem Deum & Christum: eiusdem præioso sanguine redempti: eandem doctrinam Euangelicam audimus, eadem sacramenta suscipimus, ac precipuè eodem cibo spirituali in eadem sancti Altaris mensa nutritur, ad eandem hereditatem & celestem patriam aspiramus. Tertiò quia sumus membra eiusdem corporis sub eodem capite Christo, vt Paul. egregiè docet, quare debet vnusquisque alterum considerare vt membrum suum. Chrysof. hom. 14. in Ioan. Nemo, ait, priuatam quærat vtilitatem, sed & proximi: corpus namque vnum sumus, & inuicem partes & membra, & docet in proximo non quærendum sit ne amicus, sit consanguineus, sit cognatus, an vicinus, sed quod sit membrum eiusdem corporis, & meum membrum, hæc est summa amicitia: sicut ergo (ait) ridiculus foret qui quæreret vnde secum esset amicitia, aut propinquitas, ita qui in proximo propinquitatem attenderet, cum longè sit maior communicatio in eodem corpore, cum omnes in vnum corpus baptizati simus. Quid significat (inquit idem) in vnum corpus? nõ diuidamur, sed vt mutuam consuetudinem amicitiamque tanquam vnum corpus seruemus, nolimus inuicem alter alterum contemnere, ne nos ipsos contemnamus, nemo carnè suam odio habuit, sed nutrit ac fouet] Basil. Eodem argumento vtitur Cõsideremus (ait) amorem, quem sibi mutuo membra impendunt, se defendunt, se adiuuant, & dolent omnia membra inuicem malum alicuius membri. Rursum Chrysof. vocat charitatem neruos corporis, quibus ossa colligantur, clauos qui iungunt in tectis tabulas, ac ligna, calcem in parietibus, bitumen in nauibus. Quarto præceptum nobis à Deo & à Christo datum, quod peculiariter suū præ-

Fraternitas.

Membra eiusdem corporis.

1. Cor. 12.

Epist. 68.

Præceptum Christi. Iob. 15.

præceptum vocat, hoc est præceptum meum & nouum manda-
tum, & in quo vult dignosci suos discipulos. In hoc agnoscent
homines quod discipuli mei estis: propter quam causam Ioan-
nes in suis epistolis adeo commendat Christianis dilectionem,
sicut ipsemet respondit, quia præceptum Domini est, & si solum
fiat sufficit. Quinto, quia in hoc vno præcepto tota lex serua-
tur vt Paulus probat, & infert: qui diligit proximum legem im-
pleuit, & plenitudo legis est dilectio: etiam includit amorem,
Dei, est enim vna virtus, & habitus vnus, charitas qua diligitur
Deus propter se, & proximus propter Deum, licet duo sint
præcepta, quæ inter se ita connexa sunt, vt vnum alterum infe-
rat, & defectus vnus necessario includat alterius defectum.
Sexto, fructus quem in Rep. Christiana, in ciuitatibus, in con-
gregationibus, in religionibus, in familijs affert hic amor: om-
nia enim conseruat in pace, in gaudio, in mutuis obsequijs, præ-
seruans ab omni iniuria & læsione: inde Dauid prædicat ecce
quam bonum & quam iucundum habitare fratres in vnum;
& comparat id odori & vnguento, quod corroborat totum
corpus, & rori fecundanti agros, & reddenti vberrimos fructus
diuinæ benedictionis. Ad amorem quæ proximis debemus do-
ceat etiam Christianus Orator, multum conferre vt quisque
summa diligentia curet non solum amare alios, sed vt ametur
& ipse ab alijs, quomodo autem consequi id valeamus. Ambr.
docet. Itaque inquit id agamus vt omni sedulitate commende-
mus existimationem, opinionemq; nostram, vt primum placi-
ditatem mentis, ac animi benignitatem influamus, in affectum
hominum; popularis enim & grata est omnibus bonitas, nihilq;
quod tam facile illabatur humanis sensibus, ea si mansuetudi-
ne morum, & facilitate animi, & moderatione præcepti, & af-
fabilitate sermonis, verborumque honore, patienti quoque ser-
monum vice, modestiæq; adiuuetur gratia, incredibile est, quan-
tum procedit ad cumulum dilectionis] De hoc etiam supra
et Aristotele multa intulimus.

Plenitudo le-
gis.

Rom. 13.

Fructus.

Quid faciat
hominē ama-
bilem.

1.2. off. c. 7.

Amor sui & lasciuus reprimendus. Cap. XIV.

Non solum autem hoc curandum est, sed etiam amor per-
uersus & noxius exagitandus, ac reprimendus est & vni-
uersè & speciatim. Sæpe aduersus peruersum amorem sui ip-
sius, agendum est qui secundum naturam corruptam est prin-
cipium omnium malorum, & radix hominis veteris, Dicente

Amor sui ori-
go omnium
malorum.

Matt. 10.



Christo, Qui amat animam suam perdet eam, ex qua radice pullulant multi pravi amores, vt sunt nimius amor vitæ ac fanitatis, voluptatum, opum, honorum: Item inordinatus amor consanguineorum, patriæ, amicorum quibus nonnunquam vt fiat satis Deus offenditur: hinc Adamus nè Vxori displiceret diuini mandati transgressor est factus. Propterea rectè Paulus si hominibus placere Christi seruus non essem. Loci ex quibus inuehi quis possit in hunc sui amorem peruersum hi esse possunt: Primò explicatio perniciosæ conditionis, quia nisi comprimatur huiusmodi est, vt obscuret rationis lumen, & statuat bonum malum, & malum bonum, ac induret cor hominis ad Dei hominumque monitiones, efficiatque vt homo in huius vitæ commodis totus sit, penitusque rerum spiritualium gustum amittat. Secundò, Hic amor ipsi Deo ac diuinæ bonitati maximè contrarius est: cum enim diuina bonitas maximè se ipsam communicet, *φιλαυγία* non Deo non hominibus sese accomodat, sed semper quæ sua sunt quarit. Tertio proponendi sunt pessimi eius affectus; Surripit enim Deo gloriam, ac sibi affert, reddit animum inquietum ac turbatum, vt est equus effrenis, seu tanquam agitata fluctibus nauis, implet multis sordibus animam, vt aqua putridum fetorem exhalans est denique venenum quod animæ vires omnino depascitur, & omnia spiritualia bona, inficit. Quartò iuuabit proponere turpitudinem ac deformitatem eorum bonorum ad quæ amor proprius fertur, quæ propter vanitatem ac breuitatem ingerunt multa peccata, & consequenter amissionem cælestis præmij ac pœnas æternas, & ideo contemnenda vt Christus docuit in sermone quem habuit super montem, vbi beatos prædicat pauperes spiritu, mites sentes, misericordes, esurientes, mundos corde, patientes.

Gal. 10.

Effectus amoris proprii.

Mat. 5.

22. de. Civ. 6. 22.

Amor lasciuus.

Ex hoc amore sui alij nascuntur, vt dixi peruersi amores, præsertim amor lasciuus pestilentissimus planè & omnibus machinis oppugnandus ex his & similibus locis. Primò exsuscitat hic amor multas in animo perturbationes, quibus tanquam furis

furijs exagitamur, vt sunt cupiditates, maleuolentia, terrores
 arumq; temeritates, errores, ignorantia; Aliquos scimus ex
 uehementi amore in insaniam verfos, & misere perijsse. Secun-
 do, Ex hoc, turpissima scelera perpetrata sunt sacrilegia, ho-
 micidia, adulteria, caedes, haereses; quibus plene sunt omnes
 historiae & veteres & recentiores. Tertio consideret quisque da-
 na quae sibi possunt ex hoc euenire tum animi, tum corporis,
 tam familiae, tam bonis externis, qua fama; & sit exemplum,
 Salomon sanctissimi viri filius, qui quoniam adamauit Mulie-
 res, licet esset sapientissimus factus est stultissimus, vt idolis
 gentium templa Hierosolymis ciuitate tam sancta crexerit.
 Quarto nihil est quod ita exterminet ex animo omnem sensum
 & amorem spiritualium rerum, vt hic amor, ita vt nec locus
 sit orationi ac deuotioni, nec sacramentis, nec verbo Dei, nec
 charitati erga Deum, vel proximum, neque vllis christianis
 actionibus. Salubre est remedium honesta occupatio: qua ab
 noxia recordatione, ac specie cogitatione auellat: recte enim
 Diogenes apud Laertium dicit, amorem esse otiosorum nego-
 tium: mutanda vero etiam loca interdum: illud omnino vere
 dictum est. Principijs obsta sero medicina paratur. Cum mala
 per longas inualuere moras. Amori contrarium est odium,
 quod ex D. Thoma est quaedam dissonantia & alienatio appe-
 titus erga id quod existimatur noxium, & malum, ac fugien-
 dum, ex quo nascitur odium inimicitiae quo appetimus malum
 aliquod inimico inferre. Est autem hic affectus commouendus
 contra peccatum, & aliquando contra peccatores, vt paulo
 ante dixi, ne malo exemplo, autoritate, aut opera ceteris
 obliuiscant. Sed de odio ac detestatione peccati dicam in tertia
 parte, de odio inimicorum, sedando quaedam in affectu ira
 perstringam.

Loci contra hunc amore.

Effectus pe-
fimi amoris
lasciit.

Remedium.

Odium.

Concupiscentia, & Auaritia. Cap. XV.

Equuntur alij affectus quatuor, qui item in concupisibili
 parte ponuntur, ac primum occurrit concupiscentia seu de-
 siderium. Est enim ex Niseno appetitus boni futuri nondum
 obtenti, vel appetitus fruendae voluptatis: qui item modo bo-
 nus, modo est malus affectus: Sunt enim quaedam desideria,
 improborum mala & vitanda, quaedam iustorum bona & expe-
 tendenda, ac proinde Christiano Oratori extinguenda illa, haec
 concitanda. Sed ad commouenda desideria virtutum & bonorum
 spiri-

Lib. de
Resur. &
Anima.

spiritualium possunt vsui esse iidem loci quos supra de amore spiritualium rerum proposuimus. Ad excitanda desideria celestis Patriæ, Deique videndi locos attingemus cum agemus de spe. Itaque nunc indicemus eos, ex quibus argumenta defumenda erunt ad malas concupiscentias tollendas. Generatim loquendo, primus in hac re locus est, quia Dei est præceptum, vt per rationem ac legis diuinæ regulam eas compefcamus. Gen. sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius, & Eccles. Post concupiscentias tuas ne eas, si enim præstes animæ tuæ concupiscentias faciet te in gaudium inimicis tuis. Secundò quia sunt innumerabiles huiusmodi concupiscentiæ si eas velit homo sequi. Hippocrates ad Damagetum deplorat conditionem hominis in eo quod eius cupiditates sint infinitæ cum brutorum sint finitæ: nam leones, Tygres, tauri, vbi sunt expleti, quiescunt, homo nunquam satiatur. Idem docuimus ex Arist. supra de affectibus omnibus, quos ipse vocat innaturales ac rationales, & quia sunt multiplices turbant multis modis hominem, & vt D. Petrus loquitur militant aduersus animam sæpe etiam pugnant ad inuicem, & torquent animam ac distrahunt in multas partes. Tertio quia sunt valde inutiles ita Paulus vocat desideria multa & inutilia, cum sint vanitate plena, sic apud Hierem. onager assuetus in solitudine in desiderio attraxit ventum amoris sui, non enim in his quæ desiderat homo inuenit quietem vt credebat, sed inani vento pascitur semper esuriens. Quarto adde asferre maxima damna, contraria his quæ Paul. ponit ad Timoth. Abnegantes impietatem & secularia desideria, sobriè piè, ac iustè viuamus, simul expectantes beatam spem; cum contra hi, qui desiderijs vanis detinentur viuunt sine sobrietate quoad ipsos pertinet, sine iustitia quoad proximos, sine pietate quoad Deum: vnde non beatam spem expectare possunt, sed meritas pœnas. Quintò. Quia cum magno labore res per talia desideria appetita habentur, & habitæ pudorem ingerunt, ac pœnam, & exiguo durant tempore, statimque euanescent: Ita Sen. Quæ sunt diuitiæ quas non egestas, ac famès & mendicitas à tergo sequatur? Quæ dignitas cuius non prætextam, & augurale, & parricidia & sordes comitentur? Quod regnum cui non parata sit ruina? Hæc in viuendum dicta sint, nunc in particulari aduersus diuitiarum cupiditatem omnium malorum radicem quomodo sit dimicandum addam pauca. Primus locus esse potest Authoritas scripturæ quæ grauissimè in eam inuehitur, cum vocat mammonam iniquita-

Loci contra
concupiscentiam
malam
genericè.
Gen. 4.
Eccles. 18.

1. Pet. 2.

Hier. 2.

Damna mala
concupiscentiæ.
2 Tim. 3.

Lib. de
Tranq.
c. 11.

equitatis & seruitutem idolorum, cum dicit, auaro nihil esse scelerius. Secundo, quia auaritia est radix omnium malorum, & diuitiae conseruatae in malum Domini sui, & qui volunt diuites fieri incidunt in tentationes, & in laqueum Diaboli, & in desideria multa inutilia quae mergunt hominem in interitum, ratio est, quia auaritia aggregat simul omnes cupiditates honoris, gulae, luxuriae. Tertio auarum torquent continua cura animae, ac corporis sine vlla quiete; quia haec cupiditas est inexplebilis, maioremque sitim generat, Quo plus sunt pota (ait ille) plus sitiuntur aqua. Quarto facile pereunt etiam in vita ob multos casus, & saltem in morte. Matthi. Nolite thesaurizare vbi erugo, & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt, & furantur. Luc. Stulte hac nocte morieris, & quae parasti cuius erunt? Quinto, cum magno labore parantur, cum magno timore conseruantur, cum magno dolore perduntur. Sexto, difficile curatur hoc vitium, sicut experientia videmus in Senibus auaris, Beatus, qui post aurum non abiit, quis est hic & laudabilis eum? Septimo, Haec cupiditas habet vim indurandi cor, & habet naturam illius fluminis, quod potum saxea reddit peccora, quod tactis inducit marmora rebus, Rectissime illud auaro competit in nullum eum Bonum esse, in se autem pessimum. Impedimentum praebent ad perfectionem: ideo Christus dicit. Si vis perfectus esse vade, & vende omnia quae habes. Imo quidam philosophus abiciens opes dicebat: abite pessimum malae cupiditates, demergo vos ne demergar a vobis. Nono, Quia reddenda est ratio vsus earum, & nisi communicentur cum pauperibus, audient qui possidebant: esuriui, & non deditis mihi manducare.

Loci contra auaritiam.
 Matth. 6.
 Eph. 5.
 Eccl. 10.
 Eccl. 5.
 Matth. 7.
 Luc. 12.
 Eccl. 31.
 Matth. 19.
 Matth. 25.

Ambitio honorum ac dignitatum. Cap. XVI.

Contra concupiscentiam dignitatum, & gloriae quae dicitur Ambitio Primus locus quod sit magna arrogancia, concupari dignitatem praesertim Ecclesiasticam se ingerendo non vocatum, contra illud. Nemo assumit (certe non debet assumere) nisi vocetur a Deo tanquam Aaron. Arrogantis enim est existimare se idoneum ad regendas animas, cum administratio haec difficillima iudicetur a sanctis, ac virtutes & plurimas & praestantissimas praeter vocationem requirat. Secundo est sententia communis patrum, qui docent non esse licitum dignitates Ecclesiae ambire. Nam qui ambit vel est ineptus, & patet

Arrogancia
 Hebr. 5.
 Patrum auctoritas.

patet esse sacrilegium, vel iudicat se dignum & ferme est arrogantia, cum sit onus etiam Angelicis humeris formidandum. Adde quod etiam qui esset dignissimus deberet ab alijs eligi, Honor enim debet liberè ab alijs exhiberi, nò extorqueri. Tertio, habet Ambitio multa secum annexa vitia; sicut enim avaris si offeratur lucri occasio, nullus solet esse præceptorum Dei, iustique siue iniusti respectus: ita Ambitiosi parati sunt sunt quaslibet occasiones arripere crescendi, etiam si cum peccatis coniunctæ sint. Sed quam multiplex vitium sit ambitio vide apud Chrysostr. & Greg. Quarto, quia ex hac ambitione innumera damna in Ecclesiam inuecta sunt, & pleraque hæreses. Quinto, proponenda sunt pericula quæ incurrunt, ij maxime qui se ipsos intrudunt cum ob dignitatem vltro questam quasi ruina occasionem præbentes auxilio Dei se reddant indignos. Multi haud dubie saluarentur privati, qui damnantur in dignitate positi. Chrysostr. ait, Mirabile esse si saluentur multi Prælatorum, & plures damnari. Sexto tenentur rationem reddere non solum suæ animæ, sed omnium suæ curæ commissarum in omnibus quæ officij sui sunt. Ob id potentes potenter tormenta patientur. Vnde exclamat Orig. super Epist. ad Rom. Omnis ad eundem honorem Ecclesiastici abscederet ambitio, si se indicandos potius quam indicaturos, hi qui præesse volunt populis cogitarent. Septimo, Ambitio nunquam satiat, semper ad maiora tendit. Seneca Ambitiosus, ait, Non tam iucundum esse multos post se videre, quam aliquem ante se habere, molestum. Octavo, vt plurimum postquam in dignitatis alicuius quispiam euectus est fastigium, vita sua minus laudabili summet detrahit existimationi, ac famæ: qui enim in excelsis vitam agunt (aiebat Cæsar apud Salustium.) eorum facta ab omnibus notantur, suntque expositi censuræ multorum, inuidiæ, detractionibus, odio. Nondò, Honor & dignitas cito perit vt flos, in psalmo dicitur perijt memoria eorum cum sonitu. Decimo, Varijs fluctibus agitantur ambitiosi, vt mare, tum ob multas distractiones, tum ob æmulos, tum vt adulentur superioribus. Possid. in Vndecimo, Exemplum Christi qui quæsitus ad regnum fugit, & priuatam egit vitam subditus parentibus, tum Sanctorum qui fugiebant dignitates, & postquam coacti subierant tanquam graui sub onere ingemiscebant. Ambrosius populi vocibus Episcopus Mediolanensis postulatus nocte ex Vrbe aufugit. Chrysostr. teste Metaphrasæ, veritus nè in honores euheretur, in solitudinem secessit. Sanctus Martinus, auctore Sulpitio, ne

Diac-

Diaconatum quidem suscipere voluit, ne dum Episcopatum nisi coactus. D. Gregorius vt habet Ioannes Diaconus in eius vita, electus in Summum Pontificem non solum fugit, sed etiam statim ad Mauritium Imperatorem compellauit ne consentiret electioni. S. Ammonius Eremita, aurem sibi præcidit ne Episcopus fieret. S. Malachias, vt scribit D. Bernardus, nisi Episcopi congregati illi Anathema comminati fuissent, non suscepisset Episcopatum: Omnem enim, inquit locum sublimem velut præcipitium reformidabat. Augustinus, cognita sui Episcopi morte, fugit ab Vrbe. Hæc de ambitione & concupiscentia, cui contraria est abominatio, seu fuga, quæ est de malo futuro, vt est timor: sed timor est mali futuri ardui ac difficilis, abominatio absolute vt malum est de qua nihil est dicendum.

Psal. 9.

Exempla SS. doctorum contra ambitionem.

Delectationes Corporis. Cap. XVIII.

Sequitur ergo delectatio seu gaudium, vel lætitia, quæ est motus in bonum, vt iam est præsens, vel quasi præsens, fitque cum dilatatione cordis ex rerum iueundarum præsentia, sicut tristitia ex præsentia rerum molestarum animum contrahit: & potest esse tam bona quam mala pro natura operationum, quas ipse delectationes consequi solent; Voluptates corporis, vt plurimum damnantur, quia nimis solent allicere, & vehementer commouere sensus & appetitum, qui acriter commoti facile rationem perturbant: lætitia verò spiritualis optima est, & sæpissimè suadetur in scripturis, de hac paulò inferius vbi de tristitia agam, opportunius erit disserere.

Lib. 5. de Ciuit. Dei.

Loci contra delectationes corporis generice.

7. Eth. c. 11

Lib. de Senectute.

Lib. 5. de Ciuit. Dei. cap. 20.

Nunc contra delectationes corporis vniuersè hi loci vtiliter erunt. Primò, Rationis vsum impediunt, & prudentiam, vt Aristot. docet. offundunt enim caliginem intellectui, & faciunt vt superior pars cuius est dominari appetitui & sensibus miserè seruiat, cum sui maxima ignominia, tanquam regina nobilis, procacibus ancillis. Intellexere id Ethnici, inter quos Tullius. Cum homini (ait) Deus nihil mente præstabilius dederit, huic diuino muneri ac dono nihil, esse tam inimicum quam voluptatem, nec in voluptatis regno virtutem posse consistere. Secundò consequenter virtutes fermè omnes pessimè tractant. Sunt enim blandissimæ dominæ quæ ipsas quoque virtutù actiones ad se referant. August. affert quandam picturam ex philosophis disputantibus cõtra Epicureos qui in voluptate summum bonum ponebant, & tamen virtutes probabant, sed voluptatis

sine

sine metiebantur. Pictura huiusmodi erat. Voluptas in sella regali quasi delicata Regina quædam conſedebat, eique virtutes vt famulas ſubjiciebant, obſeruâtes eius nutum, & eius Imperio famulantes; ſæpe enim prudentia, & ratio cogitant quæ ad voluptatem valere poſſint, ſæpe temperans eſt homo, vt poſtea magis voluptate fruatur. Deſcribit autem ibi Auguſtinus quomodo voluptas virtutibus imperet, & ſubdit, nihil hac pictura dicunt eſſe ignobilius, & quod minus ferre poſſit bonorû aſpectus, & vera dicunt] Poſſe eam Chriſtianus Orator deſcribere vt belluam aſpectu blandam, ſed diro imbutâ veneno, vt quos attigerit eneget. Philo. Iud. voluptates (inquit) ferocietes perſæpe canum more ablandiuntur, ſed repente mutatæ morſu inſigunt inſanabilem : Sic deſcribit voluptatem Seneca, Sæpius (ait) inuenies latitantem ad tenebras, captiuam circa balnea, & ſudatoria, mollem, eneruatam, mero atque vnguento madentem, pallidam offuſcatâ, medicamentis pollinctam, ideſt illinitam, metaphora ducta ab his qui mortuorum corpora pollinciunt, hoc eſt lauant & vngunt ſicut contra ait virtutem in templo inuenies, in foro, in curia, pro muris ſtantê puluerulentam, ſed coloratam, calloſas habentem manus] Tertio, peruertunt totum hominem, non ſolum in animo, cum ſit voluptas eſca malorum, vt eam Plato vocat, ſed etiam in corpore. Sapiffimè enim morbi & dolores ex voluptatibus corporis generantur, ex quo meritò Architas Tarentinus, vt refert Cicero nullam aiebat capitaliorem peſtem quam corporis voluptatem à natura datam hominibus. Quarto, Conſiderandum eſt voluptates celerrimè effluere, nec diu eas poſſe durare. Ita enim facile abijciuntur. Eſt præceptum Ariſtotelis vt Valerius Maximus vocat vtiliſſimum, vt præſentes voluptates tanquam abeuntes, ac feſſas conſideremus, non vt ſtabiles. Huc tendit totus liber Eccleſiaſtis vt oſtendat vanitatem breuiſſimam omnium voluptatum, quam ſuo exemplo docet Salomon cum eas expertus pleniffimè fuiſſet. Nec ſolum celerrimè euaneſcunt, ſed triftitiam ſolent in animo poſt ſeſe relinquere, quod Boet. eleganter expreſſit cum canit Habet hoc voluptas omnis, ſtimulis agit fruentes, Apiumque par volantum, Vbi grata mel-la fudit, fugit, & nimis tenaci, ferit iſta corda morſu. Quintò, Proponendæ poenæ quæ apud inferos manent eos, qui voluptati nunc ſeruiunt. Vera eſt enim regula : Quantum fuit in delitijs, tantum date ei tormentum, ac luſtum. Loco igitur breuiſſimæ delectationis ponatur ante oculos æternitas poenæ ſecundum illud

*Lib. de Gi-
gan. circa
medium.*

*Lib. de vi-
ta beata,
cap. 7.*

*Lib. de Se-
neſtute.*

Lib. 7. c. 2.

*3. de Conf.
Metro. 7.*

Apo. 18.

illud Gregorij Momentaneum est quod delectat, æternum est quod cruciat.

Gula ac Luxuria concupiscentia. Cap. XVIII.

Speciatim verò contra delectationes agi sic poterit. Incipien-
do bellum aduersus Gulam, & Primus hic locus potest con-
tra eam assignari. Quod primam omnium expugnari ipsam
neceffe sit, adeo vt sine eius victoria frustra in cætera vitia pu-
gnemus. Gregor. Neque enim (ait) ad conflictum spiritualis
agonis assurgitur, si non prius intra nosmetipsos hostis positus,
gulæ videlicet appetitus edometur & infra. Incassum contra
exteriores inimicos in campo bellum geritur, si intra eius me-
nia, cuius insidians habetur.] Cuius rei causas & rationes vi-
dere potes apud Cassia. Qui enim carnem fouet, perdit spiritum
cum contraria sint, & ex nimio cibo vires sumere omnes pas-
siones sensitiuæ partis satis patet, & consequenter omnia vitia
frustra munis castrum, si portam hostibus apertam relinquis.
Secundus. Est hoc vitium insatiabile. Vix sufficiunt omnia ele-
menta, & animalia, & reliquæ res. Solicitantur omnes mundi
partes, excogitantur artes condimentorum, nec tamen venter
dicit vnquam sat est. Nullus ita durus creditor, ita acerbus
exactor: omnibus enim creditoribus præterquam ventri potest
satisfieri lege Clem. Al. Vbi ait etiam de guloso, non habere
nisi buccam & ventrem & maxillas. Et D. Paulus ventrem di-
cit esse Deum gulosorum, cum omnia referant ad has delicias.
Clim. ait, Dæmonem aliquando insidere nostro stomacho, &
facere vt nunquam videatur expleri ac satiari. Tertio. Reddit
hoc vitium hominem rerum spiritualium incapacem & animum
hebetem, quod ostendit Clem. ex Platone vbi multa habet
contra hoc vitium. Merito possumus gulosum comparare ciui-
tati obsessæ, vbi magna fit perturbatio, hostibus in eam ingre-
dientibus, ita in animam vino & crapula ingrediente. Quarto.
Ex hoc vitio proximè nascitur luxuriæ libido teste Bas. Hiero.
Climacus ait, post cibum dicit inimicus: Apprehende illum;
occupa, ac disturba, nam ventre repleto, in eo eiiciens non
multum laborabis. Plane vt columna innititur in sua basi sic li-
bidinis vitium in satietate quiescit. Quinto. Ex eadem gula
tanquam matre pessima, filiæ nascuntur, quas supra euumera-
uimus ex Greg. Sexto. Ex eadem adhuc multa alia vitia pulu-
lant. Bas. vt enim fons aquæ si in plures fit riuulos dissectus vi-
cina

Lib. 5.
Mor. c. 13.
Gula primo
expugnanda.

Lib. 5. c. 13
14. & 20.

Gula insatia-
bilis.

Li. 2. Pad.
c. 1.

Philipp. 3.

Ex Gula
Luxuria na-
scitur.

Basil. l. de
Virg.

Hier. l. 2.
cōtra Iouis

Epist. ad
furiam,

et Eustoch.
Cli. Gradu

14.
Gulæ effectus

Bas. Serm.
de Abdi-

cat. rerū.

cina omnia loca herbarum viriditate conuestit, sic vitium gulae si per cordis tui venas se distraxerit indeque sensus tuos omnes irrigarit, & libidinum multarum sylvam in te conseruerit animum tuum ferarum habitaculum efficiet.] Septimò. Etiam corpori multum nocet, affert enim morbos & mortem accelerat: Seneca quaerit: cur tam subito moriamur? quia inquit mortibus viuimus, est enim venter hominis, sepulchrum multorum animantium mortuorum. Octauò. Est hoc vitium proprium belluarum vilissimum & breuissimum cum non sit nisi voluptas trium digitorum, vt ille dicebat. Quid autem absurdius, quam tam vili delectatiuncula caelestes commutare delicias, ac pretio tam fugaci ac turpi, addicere se aeternae mendicitati cum Epulone qui guttulam aquae petebat, nec poterat impetrare? Nonò. Exempla etiam afferri possunt Christi, qui saepe cibitio pia laborauit, in morte felle, & aceto potatus: praeterea omnium sanctorum, quorum nullus est, qui non Serio vitium hoc domuerit, & eorum qui se dedito vitae spiritali: statim enim contra hoc vitium bellum primo loco suscipiunt.

Contra Luxuriam arguenda.

Longe peior magisque abominanda luxuriae delectatio, contra quam debet Christianus Orator inuchi magna quidem cum modestia, & verbis, pudore castissimo ornatis, sed ita efficaciter vt eius turpitudinem omnes abominentur, & horreant: quam potest ex his locis ostendere. Primò. Ex eo quod Deus qui est summa puritas summè odit hoc vitium, vt patet quia mundum propterea diluuiò perdidit. Pentapolim igne, ac sulphure incendit. Fere tota tribus Benjamin deleta est occasione huius vitij. Et Num. 26. vigintiquatuor millia occisa de Israel, & Tob. 6. Septem mariti Saræ interfecti. ob eam causam Deu. 23. nolebat sacrificium ex mercede Meretricis sibi offerri, & ibidem ne vlla esset Meretrix de populo Israel. Secundò. Apparet eius turpitudò quia vel sola nuditas corporis affert secum verecundiam, vt patet Gen. quia Adam nudatus post peccatù erubescere & abscondebat se, ob id solum quod nudus esset, & Deus contexit eum pellibus. & Gen. quia Noe fuit visus à filio Cham nudus, est maledictus à patre. Cicero, ait, pudicos erubescere dum de impudicitia loquuntur. & apparet hic pudor, quem natura hominibus indidit in ipsis impudicis, vt vel hinc cognoscant peccati turpitudinem. Etiam multae ferè ipsa natura duce sentiunt aliquem naturalem pudorem, vt de Elephantem refert Elianus. Tertiò. Quia corpora nostra sunt templum Dei, in quibus Christi caro Deificata seruat: hoc autem

tem-

familios. Secundò. Ex hoc gaudio magna Deo gloria nascitur, & eo modo significamus, nos magnificare eum Dominum cui tam hilares seruimus. Tertiò. Est magna proximorum edificatio, dum vident nos alacri animo Deo famulantes. Quartò. Opus cum letitia factum recipit ex ea parte maius meritum, quia etiam fit cum maiori diligentia, & animi propensione. Et Arist. docet delectationem opus perficere, sicut decor inuentum perficit, & ipsamet delectatio vires addit ad operandum, sicut contra tristitia enervat. Quintò. Latitia facit hominem

Psal. 50. in omni bono opere perseverantem; nam Dauid petit primò dari sibi letitiam salutaris, & statim orat confirmari spiritu principali. Sextò, latitia hæc in bono opere est effectus bonæ conscientie, & simul eiusdem, est signum: indicium quoque acquisitæ virtutis, & habitus est operari cum voluptate: quare hortandi sunt homines ad bonam conscientiam. Secura mens quæ

Pro. 15. inge conuiuium, sicut ex mala conscientia oritur tristitia vt patet de Cain. Septimò, Ob hæc omnia, videtur Deus hoc privilegium concessisse ijs, qui in ipso delectantur, vt orationes eorum acceptæ sint. Iob. Tunc super Omnipotentem delicijs afflues, & eleuabis ad Deum faciem tuam; rogabis eum & exaudiet te.

Iob. 22. Et Eccles. qui adorat Deum in oblectatione, suscipietur, & deprecatio illius, vsque ad nubes propinquabit. Iterum delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Octauò, Delectari in Deo res est præstantissima. Tunc delectaberis super Domino, & sustollam te super altitudines terræ. Claudis aditum

Pf. 36. tentationibus inimici, & omnibus ferè peccatis, quæ solent fieri delectationis causa. Postremò. Non deerunt multæ materiae ex quibus occasio sumatur excitandi hoc gaudium in Domino, præsertim Dei ipsius bonitas, charitas, misericordia, & beneficia tam multa à Deo nobis collata, maxime per Christi redemptionem, per quæ consolatur nos Spiritus sanctus, & dat pignus in cordibus nostris ad spem futurorù bonorum, in quibus spè gaudemus. Scripturæ sacræ studium ad id aptissimum est quemadmodum hortatur Paul. vt per consolationem scripturarum spem habeamus.

Rom. 15. Tristitia est passio per quam detestamur malum, quod vel re

Tristitia seu dolor. vel opinione sit præfens: Quatuor eius species à Damasceno assignantur: Misericordia, quæ est tristitia de alieno malo tantquam proprio. Inuidia quæ est tristitia de alieno bono. Angustia, cum aliquo modo ita constringimur, vt nõ appareat euadendi locus. Acedia, quæ est tædium in opere bono. possunt etiam

2. de fide
Orth. cap.
14.

etiamnum addi tres alia: Pœnitentia, quæ est tristitia de peccato commisso. Nemesis, cum iudicamus aliquem indignum bono quod habet: Et zelus de bono alieno quatenus illud deest nobis. Cass. præter illam quæ pro salutari pœnitentia peccatorum nostrorum & aliorum, vel pro studio perfectionis, vel pro desiderio suscipitur futurorum bonorum, docet omnem aliam tristitiam tanquam sæculi, & quæ mortem inferat, aequaliter repellendam esse, ac sicut fornicationis spiritum ac philargiriæ de nostris cordibus penitus esse excludendam; ex quibus patet dari tristitiam aliquam bonam, ut est pœnitentia & misericordia, aliquam malam & fugiendam. De pœnitentia & misericordia agam in tertia parte. Hoc loco de tristitia mala generatim & speciatim tēperanda. Generatim hi loci idonei erūt. Primò, Auctoritas sacrarum literarum, quibus Dei omnibus voluntas manifestatur, cui maxime displicet tristitia spiritus. Eccl. Tristitiam non des anima tuæ. Et omnis plaga tristitia cordis. Secundò, Damna quæ affert magna sunt. Sicut tinea, vestimento, & vermis ligno, ita tristitia viri nocet cordi: non enim solum tristitia de malo nihil omnino minuit, sed etiam affligit, & conficit hominem, grauiusque malo ipso, est malū. Nec solum ut ait S. Bern. omnis boni est impedimentum, sed etiam est causa, & radix multarum tentationum & malorum: nam ex ea sapissime ira nascitur. Qui enim est tristis, faciliè ob lata occasione irascitur, impatiens est, turbatur valdè, ut aliquando non videatur iudicio pollere. Eccl. Non est sensus tibi est amaritudo. Aliquando inducit pusillanimitatem atque adeo desperationem, ut in Caim & Iuda: Et Paul. ait; Tristitia huius sæculi mortem operatur. lēdit communem societatem; nam quos tristitia occupat, reddit morosos, asperos intractabiles alijs, tollens suauitatem, & affabilitatem morum; etiam corporis valetudini obest plurimum, comprimit cor, impedit omnes corporis animique functiones. Tertiò, Valdè placet Dæmoni hic spiritus tristitiæ, ideoque conatur hominē eo obruere, ut demum ad voluptates carnis ac mundi inde traducat, totumque perdat, persuadens eo modo ab illo mēreore liberatum iri. Est D. Francisci verissima doctrina, & experientia, compertum est, cum homo est tristis, immitti à Dæmone turpes cogitationes, ita tristitia est nidus & cauerna Dæmonis. Quod idem magnus ille Antonius suis asserere solebat. Quartò, Extinguit spiritus tristis, spiritum Dei, quia ille omnino habet contrarias conditiones. Hic enim spiritus Dei est suavis, humanus,

Tristitia bona & mala.
Lib. 9. de Inft. renū.
cap. 12.

Contra tristitiam malam argumenta.

Eccl. 30.
Eccl. 25.
Prou. 25.

De int. domo. c. 45.

Eccl. 25.

2. Cor. 7.



benignus, benefaciens, stabilis, intelligibilis, acutus, omnem habens virtutem, omnia prospiciens: & contra, spiritus tristis est asper, infatiabilis, obscurans intellectum, difficilis ad bona, eneruans vires, denique spiritus tristis exsiccat ossa, praesertim animae, id est eius potentias, & inhabilem reddit ad orationem, & ad opera bona. Vnde Aaron. Quomodo ait poteram placere Deo in caeremonijs, mente lugubri? Quinto, Proponenda est animo tristi vanitas, & breuitas omnium bonorum huius mundi, ut contemnantur: ita enim si amissa fuerint non afferet tristitiam: Nam quod non magni sit possessum, nec tristitiam affert amissum. Quocirca qui in Deo cor suum, & spem collocat, de eo gaudet, nec dolet ob amissionem bonorum, quae non amat. Ad hoc gaudium hortatur Christus ut gaudium vestrum sit plenum, & gaudium vestrum nemo tollat à vobis. Sexto, Reuocanda est in memoriam praesentis vitae miseria & cogitandum. Primum re vera nihil nobis praeter nostram voluntatem obesse: quare omnem calamitatem, habere quidem nomen mali, & speciem, non autem vim: imò multas virtuti commoditates asferre. Deinde id ferre conditionem vitae praesentis, in qua nemo est tam composita felicitatis, ut non aliqua ex parte cum status sui fortuna rixetur. Itaque paratos esse decet omnes ad ea toleranda, quae omnibus communia sunt. Septimo, excitandi sunt homines ut voluntatem suam cum Dei voluntate conforment, & intelligant nihil casu aut fortuito fieri, sed omnia (solo peccato excepto) à Dei prouidentia pendere, & ad finem gloriae suae ac nostrae salutis tendere debere. Nec sine difficile erit tristitiam animo depellere, si animus ad Deum per orationem confugiat: dicatque cum Christo Veruntamen non mea voluntas, sed tua fiat. Sic D. Iacob. hortatur, tristitiam, ait, quis in vobis, oret, & psallat. Sic Dauid cythara Domonium. Saulis expellebat, & de se affirmat, Cantabiles mihi erant iustificationes tuae in loco peregrinationis meae. Et quare tristis es anima mea, & quare conturbas me, spera in Deo quoniam adhuc confitebor illi, salutare vultus mei, & Deus meus. Itaque inducendi sunt omnes, ut in omni occasione memoriam ad Dei voluntatem se tanquam ad firmissimam anchoram applicent. Multa contra spiritum tristitiae docet Cass. Et plane spiritualis vita, maxime Spiritus Sancti gaudijs eget. Octauo, iam tradamus aliquot remedia quae solent tristitiam subleuare. Ea sunt. Primum quod non tam ipsum malum quam opinio, & aestimatio mali solet asferre tristitiam ita docet Plutarchus, Cice-

Cicero, Secundo præmeditatio mali . Nam quæ ex improviso obveniunt magis opprimunt, at iacula præuisa minus feriunt. Tertio, Cum adest malum, cogitandum est tunc temporis magna nos virtutes exercere posse, scilicet patientiam, magnitudinem animi, vnionem cum Deo, & alia . Quarto cogita talem esse rerum humanarum conditionem . Quinto, cogita eum qui meret non adhibere malo remedium, sed sese frustra conficere. Sexto, reuoca in memoriam te alias passum similia, & euasisse : ita & præsentis angoris finem futurum . Septimo, cogitanda, quæ delectationem, modo vetita non sit, afferunt, optimum erit illud Psal. Memor fui Dei & delectatus sum.

In Tusc.

Psal. 76.

De Tristitia Inuidia & Acedia . . Cap. XX.

Tristitia Inuidia pessima est, cuius turpitudine ex his locis persuaderi potest. Primò. Ex natura & actibus eius. Quid deformius quàm gaudere malo, dolere bono, contra illud Isa. Vt qui dicitis bonum malum, & malum bonum. Quid indignius quàm lætari si res male succedant, dolere si prospere? Contra illud maxime proprium naturæ principium: Flere cum sentibus, gaudere cum gaudentibus? Secundò. Ex causis quæ sunt, superbia, cupiditas, alienatio animi, odium. Tertio. Ex effectibus qui ex inuidia nascuntur, vt sunt reticere res aliorum, bene gestas, & cum adest occasio detrahere, de virtutibus aliorum imminuere, perperam interpretari, irridere per ironiam, detegere culpas, impedire alios, de statu deicere. Quarto Inuidia maximè aduersatur Deo, cuius bonitas est se communicare cum omnibus: Item Beatis, qui aliena felicitate lætantur, vt sua; legi naturæ quæ iubet vt eadem alijs faciamus, quæ nobis fieri vellemus; Charitati Christianæ, quæ, vt Paulus ait, non æmulatur, non agit perperam, non quarit quæ sua sunt, congaudet, & miseretur. Quinto, Hominem maximè similem diabolo facit, qui totus est in nostris malis curandis & impedienda salute. Sexto suum etiam auctorem rodit & cruciat, cumque sit iniustissima contra omnes, in hoc est iustissima, quod inuidum flagellat, ac punit, & persequitur. lege Cypri. de zelo & inuidia. Bas. Chryf. Damasc. &c. Acedia est tristitia seu tedium in bono opere, ex qua nascitur desidia, ac segnitias. hanc expellendam ex animis insistat orator, & adhibebit pigris ac desidiosus calcariâ ex his locis. Primò explicando ac describendo actus eius indignos homine

Contra tristitiam Inuidia loci.

Isa. 5.

Rom. 12.

I. Cor. 13.

Tristitia Acedia arguitur.



sapiente atque industrio, vt sunt dedere se otio ac ignauia, non occupari rebus vtilibus, fugere laborem, inutilia cogitare, conseruari ludos ac ludicra sine vilo fructu, vanis colloquijs tempus terere, aliorum vtilitati ac beneficio non seruire, proximum in negotijs non iuuare, suscepta negotia negligenter tractare, res spirituales frigidè admodum exercere, consueta ac pia christianæ Religionis officia prætermittere, & alia huiusmodi, ex quibus satis apparet quam sit spiritus hic Accidit fugiendus. Secundò tristitia hæc pugnat cum natura rerum omnium, quæ semper aliquid operantur, & præsertim hominis cuius perfectio in operatione sita est. Tertiò affert secum hæc tristitia & tedium multa mala teste Salomone: Multam malitiam docuit otiositas, qui enim talis est non solum diuinis rebus non occupatur, sed etiam obijcit se periculo multarum têtationum ac peccatorum. Pigredo immittit soporem. Quartò Proponendum est nos in hac vita à Deo positos vt milites, vt agricolas, vt operarios, & nobis concessum vitæ præsentis tempus, vt per actiones, felicitatis æternæ præmium promereamur, alioquin excludendi ab eo tanquam desides. Quintò, Otium & pigritia multas secum afferunt molestias. In desiderij est omnis otiosus, & desideria occidunt pigrum Vult & non vult piger. Sextò exempla Christi & Sanctorum proponenda, qui tam multa ac tanto Spiritus seruore peregerunt. Septimò, Tempus vitæ breuissimum. mortem semper impendere, multum nobis superesse ad satisfaciendum, æternitatem nobis repositam futuri præmij vel pænæ. Dæmones non dormire: tam multos egregiè laborare in rebus terrenis ac momentaneis. Denique exaggerare poterit contra hoc vitium, quam sit omnino absurdum, rectè facere cum molestia, opera enim bonæ delectationem habent, & alacriter fieri debent & eo modo diuturniora sunt. Hactenus de passionibus partis concupiscibilis.

Spes & desperatio. Cap. XXI.

Spes quid sit. **I**N parte animæ quæ Irascibilis dicitur, quinque passiones ponunt Theologi, quarum est primum pars, spes & eius contraria Desperatio. Est autem spes commotio huius appetitus ad prosequendum arduum, sed quod possit, difficultate victa, venire in potestatem: & quamuis, vt passio, est in appetitu sentiente, tamen nos extendemus quæ dicturi sumus, etiam ad
supe-

superiorem animæ partem & ad ipsam theologicam spei virtutem. Ad oratorem christianum pertinet in concionibus erigere auditorum animos ad spem veniæ peccatorum, & consequendæ salutis æternæ, & fiduciam in Deo collocandam in suis actionibus, in oratione, in rebus aduersis, præterea etiam eisdem a collocanda in rebus creatis, & se ipsis fiducia reuocare. Ad excitandam spem & fiduciam in Deum generatim Primus locus est, diuinorum librorum autoritas, quibus maximè nobis id ipsum commendatur. Plena sunt scripturæ nouæ, ac veteres maximè psalmi Dauidici, Mihi adherere Deo bonum est, & ponere in Domino Deo spem meam. Spera in Deo & pascaris in diuitijs eius; quoniam in me sperauit liberabo eum, protegam eum. Deus meus in te confido non erubescam. Expectans expectaui Dominum & intendit mihi. Quis sperauit in Domino & confusus est? Vt enim sanctus Paulus maxime versatur in fide prædicanda cum operibus, ita regius psalter in prædicanda spe ac fiducia. Habe fiduciam in Domino in toto corde tuo, & ne inuitaris prudentiæ tuæ, & ipse diriget gressus tuos. Secundo proponenda est dignitas & excellentia huius virtutis, quam maxime Spiritus sanctus celebrat. Est plane fiducia ac spes in Deum (vt Climacus vocat) ante thesaurum, thesaurus indubitatus, est maximè propria Christianorum virtus, quam Philosophi nesciuerunt. Ipsa est quæ fortes facit. Dominus illuminatio mea & salus mea quem timebo? Dominus protector vitæ meæ à quo trepidabo? Fiduciam faciet mirabilis illa, & digna quæ in æuum celebretur Machabæorum Parens quæ vna die septem filios propter spem quam in caelis habebat repositam, diuinæ maiestati, singulis addens animos, inuincibili fortitudine consecrauit. Testantur id ipsum innumerabiles Martyrum exercitus, qui huic spei ac fiduciæ, innixi tormenta, cruces, ac mille mortes cum summa alacritate contempserunt. Affert magnam animi tranquillitatem, cum liberet ab omni molestia inter ipsa pericula, & aduersa, cum per eam omnem sollicitudinem nostram (vt ait D. Petrus) in illum proijciamus, cui scimus curam esse de nobis, & qui omnes capillos capitis nostri numeratos habet, ita vt ne vnus quidem cadat, sine voluntate ipsius. Imò non facit solum tranquillos & hilares; sed etiam vt ipsis gloriemur, rebus aduersis, ita Paul. Non solum autem, sed & gloriemur in tribulationibus, scientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio verò spem, spes autem non confundit, vt fidenter eam audeat,

H h 4 idem

Argumenta
in spe, & fidu-
cia in Deo.

Psal. 72.

Psal. 36.

Psal. 90.

Psal. 24.

Psal. 39.

Prou. 3.

Gradu 30.

Psal. 26.

Matt. 7.

1. Pet. 5.

Luc. 21.

Rom. 5.

- idem Apost. vocare anchoram animæ tutam ac firmam.
- Heb. 6.* Tertiò, Proponenda est summa Dei bonitas, benignitas, charitas, inexplicabilis erga homines. Huic enim inniti debet fiducia. Bonitas enim Dei est maxime sui communicatiua, adeo
- Matth. 25.* vt patrem eum vocemus. Nolite, ait Christus, vocare vobis patrem super terram, vnus enim est pater vester qui in cælis est; nec vllus est pater super terram, qui in amore & benignitate Deo possit comparari, adeo vt filium suum nostræ humanitati concesserit, vt Creator ipse, creaturæ fieret frater, quod Christus ipse sic colligit, Si vos cum sitis mali nostris bona data dare filijs vestris, quanto magis pater vester cælestis? Quarto, Dei potentia ponenda ante oculos infinita, cui nihil potest resistere, cui res omnes creaturæ dicto sunt audientes, vt sic fidentes, dicere possumus: Domine in ditione tua cuncta sunt posita,
- Matth. 5.* & non est qui possit tuæ resistere voluntati, Dominus vniuersorum tu es. Et illud Domine si vis potes me mundare. Quintò, Providentia eius describenda, à qua securi pendere debemus qua de re multa Christus ad Apostolos dixit, ne scilicet de Vitæ & corporis cultu solliciti essent, ne ante tyrannos & in periculis vitæ formidarent: & probat multis argumentis hanc suam in suos, particularem providentiam, quam tot exemplis & experimentis confirmatam habemus in sanctis, vt nullus relinquantur dubitandi locus. est enim illud manifestum nunquam vidi iustum derelictum, probat quidem Deus suos seruos, aliquando etiam exercet in periculis, nunquam derelinquit. Sextò, Promissiones diuinæ sunt considerandæ. Deus enim sapientissime promisit opem suam, misericordiam, salutem æternam his qui sibi fidunt & seruiunt: nec potest Deus mentiri, nec fallere; neque enim Deus est vt homo. Paul. fidelis Deus se ipsum negare nõ potest. Psal. Iustus Dominus in omnibus verbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis; Ipse dixit: Ego cognosco oues meas & vitam æternam dõ eis. Ego veni vt vitam habeant & abundantius habeant. Petite & accipietis, quærite & inuenietis, pulsate & aperietur vobis.
- Matth. 7.* Septimò fiducia maxime innititur Christo nostro Salvatore, Redemptori, Aduocato, Mediatori, Sacerdoti, & sacrificio, denique nostro, Hoc planè est nomen in quo oportet nos saluos fieri, & nullum aliud, vt omnis qui viuit, & credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Est enim dies aduentus Domini planè dies redemptionis nostræ, reparationis antiquæ, felicitatis æternæ. hoc est nomè in quo quicquid perierimus par-

trem; impetrabimus, quo modo (argumentatur Paulus) non cum illo omnia nobis donavit? ut letus quilibet possit canere cum Propheta. Ego autem in Domino gaudebo & exultabo in Deo Iesu meo. Octavo, Optimum est argumentum, ex his beneficijs quæ a Deo accepimus, & in quibus Dei opem experti sumus, erigere fiduciam in futurum, ut cum iam tanta perceptis, ait Eusebius Emiffenus per ea quæ agnoscis præstita, dilectus sperare promissa, & spem rebus nutrias, & de consequendis futuris per ea, quæ consequutus es, interrogas, ac perceptorum experimentum, proficiat tibi in testimonium speratorum, ac sic collata beneficia pro retribuendorum fideiussoribus habeas, ac Dei tui potentiam præsentemq; bonitatē, quasi futurorum teneas cautionem.] Hoc argumento sepe David se ipsum vrget ad fiduciam. Deus noster refugium & virtus, adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis, subdit, propterea non timebimus dum turbabitur terra. Nonò, Habemus auxilia, & intercessionem Beatissimæ Virginis, & Angelorum, & Sanctorum, quæ nobis Deus concessit ad maiorem fiduciam excitandam adiutis eorum patrociniò, qui reddent nobis Deum propitium. Decimò, Denique etiam bona opera nostra quæ facimus ad gloriam Dei, labores & molestiæ, quas pro Dei amore toleramus, bona conscientia, sine qua spes degenerat in præsumptionem vanam, fouere possunt fiduciam nostram, non quidem primario, sed secundario. Vnde spes nostra respectu Dei debet esse certa, respectu nostri habet aliquid timoris admixtum, cum Deus nobis vel potius sibi deesse non possit, nos verò nobis ipsis sepe desimus.

Rom. 34.

Psal. 34.

Hom. 2. de Symbolo.

Psal. 25.

Auocanda spes à rebus creatis.

Hier. 2.

Isa. 30.

Cap. 31.

Isa. c. 36.

Iob c. 31.

Non solum autem Sacer Orator fiduciam in Deum excitare debet, sed reuocare homines ne in se ipsis, ne in caducis huius vitæ bonis, aut in rebus creatis confidant. Primò, Quia id maximè Deo displicet vt homines, ipso posthabito, ad alia confugiant, adeo vt per Hier. grauiter conqueratur obstinatos super hoc quod se dereliquerint fontem aquæ viuæ, & foderint sibi cisternas dissipatas. Et Væ filij desertores vt facerent consilium, & non ex me, sperantes auxilium in fortitudine Pharaonis. Et rursum, Væ qui descendunt in Aegyptum ad auxilium in equis sperantes & habentes fiduciam in quadrigis, & non sunt confisi super sanctum Israel. Secundò, Quia res omnes create fragiles sunt, sicut arundo confracta cui si quis innitatur, cadit, & perforat manum eius, vt dicitur apud Isaiam, sunt vt aquæ præterfluentes, in quibus nõ potest solidum statui fundamentum.

Iob. 31. damentum. Ideo Iob. si putavi aurum robur meum, & obrizo dixi, fiducia mea. Tertio, Malè cedunt res his, qui non in Deo sed in suis viribus, & creaturis confidunt. Obstruunt enim sibi fontem auxilij diuini. Ideò dicitur, Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum, & à Domino recedit cor eius. erit enim quasi myrice in deserto, & nõ videbit cum venerit bonum, sed habitabit in siccitate in deserto, in terra falsuginis inhabitabili. Benedictus vir qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius, & erit quasi lignum quod transplantatur super aquas, quod ad humorem mittit radices suas.

Spes Veniæ peccatorum excitanda. Cap. XXII.

*Spes veniæ
his argumen-
tis nititur.*

AD spem veniæ peccatorum excitandam contra tentationem desperationis adiumento hæc erunt. Primo, Deus ipse est qui peccatores inuitat, vt redeant ad se, vt conuertantur; Conuertimini ad me & ego conuertar ad vos. Lauamini, mudi estote & venite, & arguite me, dicit Dominus: si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabuntur, & si fuerint rubra quasi vermiculus, quasi lana alba erunt. Nolo mortem morientis dicit Dominus Deus reuertimini, & viuite. Iterum impietas impij non nocebit ei. Et quare moriemini? iterum. tu autem fornicata es cum amatoribus multis, Veruntamen ad me reuertere dicit Dominus. Christus ipse affirmat se non venisse vocare iustos, sed peccatores ad penitentiam. Et venite, inquit, ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Quorsum vocaret, inuitaret, vrgeret, si non esset paratus veniam dare accedentibus? Misit Prophetas vt suo nomine inuitarent, sicut Ionam ad Niniuitas. Misit Apostolos vt predicarent penitentiam, & remissionem peccatorum, Paulus clamat. Pro Christo legatione fungimur, obsecramus pro Christo reconciliamini Deo. Secundo, promittit toties & tam clare veniam penitenti, quam nisi concederet mendax esset, & fallax, quod absit suspicari. Greg. Nazian. Ioelis sententiam proferens, quis scit si conuertatur Dominus & benedictione relinquat? subiungit: ego planè scio, & sum diuinæ misericordie sponsor. cum enim ira diuinæ naturæ aduerferet, ad misericordiam conuertetur.] Tertio, Ponat sibi peccator ante oculos pelagus infinitæ Dei misericordie, cuius comparatione omnia peccata mundi sunt multo minus quam vna guttula aque Oceano col-

*Greg. Ora.
de plaga
grand.
Ioel. 2.*

no collata . Istud est ; Projiciet Deus in profundum maris omnia peccata vestra, ideo David petit sibi remitti ea ratione prefertim, quod hæc sit virtus tam Dei propria, vt nullo alio titulo magis gloriatur, quam vt vocetur misericors & miserator Dominus, longanimis, & multæ misericordiæ . Quarto conuertendus est oculus peccatoris ad Christum, cuius merita sunt infiniti valoris, cuius benignitas est tanta, vt paratus sit etiam pro singulis, si opus esset, iterum mori. Ioan: in sua Epistola huc respicit. Filioli nolite peccare, sed & si quis peccauerit Advocatum habemus Iesum Christum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris, & totius mundi . Dicit peccator cum Augustino in med. opus manuum tuarum, Domine, ne despicias, vulnera manuum tuarum precor vt aspicias, & salva me. Quinto, consideranda est gratiæ præuenientis, iustificantis, & adiuuantis operatio. Nam Deus est qui inspirat, pulsat cor, excitat dormientem peccatorem, disponit ad penitentiam, dat lumen intellectui per fidem, iustificat, corroborat contra tentationes, animat contra abiectionem animi, ac desperationem, mouet lacrimas. Spiritus est (ait Paul.) qui postulat pro nobis, quorsum igitur tam multa, nisi vellet parcere penitenti ? Sexto, reliquit in Ecclesia claus, & instituit Sacramentum confessionis, & penitentia tam facile, tam commune, tam efficax, vt nullam habere possit peccator excusationem si velit peccatorum absolutionem. Septimo, Tot habemus exempla penitentium in scripturis, & historijs sacris, quæ nos ad idem præstandum moueant, nec est quod desperet etiam flagitiosissimus peccatorum . Et si desperatio veniæ nascatur ex grauitate peccati, vt in Caim, qui dixit, maior est iniquitas, mea quam vt veniam merear ; proponatur ob oculos magnitudo meritorum Christi, secundum illud Iob. Vtinam appenderentur peccata mea cum meritis Christi . Si oritur diffidentia ex multitudine peccatorum, intelligat illud esse plusquam certum . Peccata præterita non nocent, si displicent, & quod Christus respondit Petro : Non dico tibi septies, sed septuagies septies : Si obijciatur longitudo temporis, quo fuit in peccato, audiat illud Ezech. In quacunq; hora ingemuerit peccator omnium iniquitatum eius non recordabor, si dicis eugua valde Deo præstita obsequia, audi Prophetã : Benedixit omnibus qui timent Dominum, pusillis cum maioribus, si non sis de magnis, cū pusillis tamen eris diuinæ benedictionis particeps . Nonò, Denique intelligat peccator nihil esse peius illius peccatoris statu, qui de Diuina misericordia desperat .

De ti-

Micb. 7.

1. Ep. c. 2.

Rom. 8.

Cap. 6.

Matt. 18.

Ezech. 18.

Psal. 111.

De Timore Dei, & mundano peruerso. Cap. XXIII.

Alterum par affectuū in parte Irascibili est Timor, & Audacia. Timor (vt cum Arist. diximus) est perturbatio ex opinione futuri mali & ardui nata. Huius sex species numerantur à Dam. Desidia vel pigritia, quæ est timor laboris molesti, ideoque fugimus vel differimus. Erubescencia, quæ est metus admittendi aliquid turpe nè dedecore afficiamur, & de bona existimatione excidamur. Verecundia de opere iam male perpetrato ob eundem finem. Quanquam alij erubescencia de perpetrato; Verecundiam de proposito opere explicant. Admiratio, idest timor alicuius mali magni in quo difficile sit ferre iudiciū, quam latius Aristoteles in Rhet. diffinit esse suspensionem ansæ cupientis scire causam rei quam nescit. Stupor, qui est timor alicuius mali noui, & cuius nullam habeamus experientiam. Agonia, quæ est timor magni alicuius mali cuius non apparet modus euadendi. Alij addunt terrorem, qui est timor magni mali, minis ab aliquo incussis. Audacia, vero est contraria timori, & est contemptus imminētis mali. Timor aliquis bonus est, vt timor Dei, & ille qui ex penæ diuinæ consideratione oritur, & multo magis qui est filialis. Aliquis malus qui solet vocari timor mundanus.

Timor Dei Ad timorem Diuinum inducendum argumenta suppedicabitur hi loci. Primo sacrorum librorum auctoritas, quæ adeo nobis timorem Dei inculcat. Venite filij, audite me, timorem Domini docebo vos, Et nunc quid Dominus Deus tuus petidat te, nisi vt timeas Dominum Deum tuum, & ambules in vijs eius, & diligas Deum. Faciendi plures libros nullus est finis, finem loquendi pariter omnes audiamus. Deum time & mandata eius obserua, hoc est omnis homo. Item time eum qui postquam occiderit corpus, potestatem habet animam mittere in gehennam. Secundo. Excellentia, & thesaurus timoris Domini, de quo mira habent Scriptura sacra, vt sic nos ad eum alliciant. Initium sapientiæ timor Domini. Plenitudo sapientiæ timor Domini. Timor Domini ipsa est sapientia. Beatus vir qui semper test pauidus. Tertio. Effectus timoris huius; nam reuocat à malis, & calcas addit ad bonum exequendum, ipse præseruat & munit contra peccatum. Ideo Bas. in primo cap. prou. assimilat clauis qui tenent hominem ne se commoueat contra Deum, ex illo Psal. Confige timore tuo carnes meas. Chryl.

Chryf. adstringit hominem Deo, & efficit diligentem, ac fo-
 lertem in operibus, quæ ad Dei honorem tendunt: Efficit hu-
 milem, reuerentem, fortem, cautum, ne perdat Deum, omnia
 terrena contemnentem propter Deum, non secus atque dum
 in tempestate ad tuendam vitam incolumé proijciuntur mer-
 ces. Iob. semper (ait) quasi tumentes super me fluctus timui
 Deum. Quartò. Inducit timorem consideratio maiestatis
 Dei, eius dominij, prouidentia, & aliarum perfeccionum. Ideo
 Moses postquam hortatus est ad Dei timorem subdit; En Do-
 mini tui cælum est, & cælum cali, terra & omnia quæ in ca-
 sunt: & deinde subdit, quia Dominus Deus noster ipse est Deus
 Deorum, & Dominus Dominantium; Deus magnus, & potens,
 & terribilis, qui personam non accipit, nec munera. Quintò.
 Consideratio præsentia Dei, qui semper nos videt, semper no-
 bis adest, multum ad hoc valet. Nam si præsentia hominum
 in opere malo gignit timorem, & verecundiam, quid efficit
 præsentia Dei si rectè consideretur, qui maximè odit omne pec-
 catum; & cuius oculis omnia nuda sunt & aperta, promptuq;
 est viciis? Sextò. Proponenda est ante oculos Iustitia Dei, qui
 adeo peccatnm, odit vt pœna æterna puniat, & horrendum est
 incidere in manus Dei viuentis, quod fit in secundo aduentu
 Christi. Proponenda sunt multa peccantibus iam irrogata sup-
 plicia, vt Angelis malis, primis parentibus cum tota posteri-
 tate, toti mundo per diluuium immissum Sodomæ, Egypto, &c.
 Septimò. Timere nos oportet cum habeamus tot hostes nobis
 invidiantes, Dæmones & nos ipsos pugnantes contra nos, nam
 caro concupiscit aduersus spiritum, & sensus contradicit. Ra-
 tionis præterea tot pericula, & occasiones malorum ex mundo
 nos ad se malis exemplis allicientes. Octauò. Proderit attenda
 consideratio futuræ & incertæ mortis, iudicij tam particularis
 quàm vniuersalis, inferni ad quem, tam multi condemnantur.
 Nonò. Peccatorum nostrorum consideratio: nam de præteritis
 dicitur. De propitiato peccato noli esse sine metu. Multa sunt
 occulta: Delicta quis intelligit? Decimò. Exempla multorum
 sanctorum, qui ceciderunt, qualis fuit Dauid, licet esset secun-
 dum cor Dei. Salomon licet plenus tanta sapientia; nec defunt
 alia multa exempla, & antiqua & recentia quæ in hunc finem
 scribuntur, vt cautiore reddamur, & nobis timeamus. Rursus.
 Exempla sanctorum, qui quò magis in sanctitate proficiunt, &
 maiori lumine à Deo illustrantur, eò magis metuunt timore
 filiali. Ita docet Greg. sanctus: quò magis altiora considerant,
 cò

Cap. 31.

Deut. 10.

Hebr. 4.

Eccel. 5.

Psal. 18.

1. 5. Mor.

c. 20.

cò

eò magis formidare, & alibi, Iusti, ait, ne Deum sentiant iratum, tranquillum timent: mali nec feriri pertimescunt, cum feriantur, ideo eis timor non parit requiem, sed timorem pena importat.

Eadem diligentia, qua ad timorem castum, & sanctum hortatur Orator suos Auditores, eniti etiam debet, ut timorem malum ex animis excutiat, siue is vocetur timor mundanus, cum quis metu amittendi bona temporalia, siue carnalis, cum metu alicuius mali corporis, aut etiam mortis, Dei præcepta transgreditur, siue aliunde oriatur, cum ex animi abiectione, aliquis fugiens laborem, ac difficultates, non audet graue aliquod opus in Dei gloriam aggredi. Ad expellendum timorem hunc, *Primò*, quia clauus clauo truditur, plurimum oratio valet, quæ timorem Dei firmat in anima. Plus enim timendus est

Contra Timorem malum.

Prou. 14.

Matt. 10.

Dan. 13.

De Coro:

Militis.

Psal. 10.

Psal. 90.

Deus, ne offendatur, quàm faciendum aliquid contra Deum, ex vano timore. In timore Domini fiducia fortitudinis: hoc argumentum vsus Christus dixit, Nolite timere eos qui occidunt corpus animam autem non possunt occidere: timete autem eum qui potestatem habet animam & corpus perdere in gehenam. Et Susana Angustia (ait) sunt mihi vndiq; si enim hoc egero mors mihi est, si autem non egero, non effugiam manus vestras, sed melius est mihi absque opere incidere in manus vestras, quàm peccare in conspectu Domini. Hic Dei timor si vigeat, nullares vnquam tanta continget, quæ hominẽ à recto detorqueat, dicunt enim secum ipsi illud Tertull. Nulla est necessitas delinquendi, quibus vna est necessitas non delinquendi. *Secundò*, Omnes etiam loci qui ad excitandam in Deum spem superius sunt allati, huic item negotio seruiunt. Hoc genus argumenti frequentissimum, vti ibi diximus, est apud Psalmos Dauidicos vbi sese sanctus Rex contra huiusmodi timores multis modis confirmat. In Domino confido, ait, quomodo dicitis animam meam transmigra in montem sicut passer. Qui habitat in adiutorio Altissimi, in protectione Dei celi commorabitur, & subdit. Non timebis à timore nocturno à sagitta volante, &c. Super aspidem & basiliscum ambulabis, & quæ sequuntur. *Tertiò*, Poterit asper ferri turpitudine timoris vani. Est enim hæc passio inter omnes alias vilissima, propria mulierum, puerorum, ac ne belluarum quidem omnium, sed maximè ignobilium, non Aquila, nõ Leonis; quique huic perturbationi succumbunt nihil præclarum, nihil vnquam christiana dignum præstantia possunt efficere. *Quartò*, Ex timore pleraque peccata ortum habent, teste Augustino

gustino in illud Incensa igni, & suffossa ab increpatione vultus
 tui peribunt, omnia, inquit peccata procedunt aut ab amore
 male inflamante, aut à timore male humiliante, idest, animū
 desiciente: illa sunt incensa igni, hæc suffossa, & vtraque peri-
 bunt male à Deo increpante. *J Chrysof.* Hoc, inquit, omnia,
 peruertit, hoc vniuersum orbem terrarum perturbauit, quo-
 niam respectu hominum omnia facimus: & in bonis operibus
 nulla nobis cura est, vt laudatorem Deum habeamus, sed laudē
 nobis à conseruis inquirimus; in sceleribus rursus, Deo con-
 tepto, homines formidamus. *Quintò*, Timor malus saepe obscu-
 rat intellectum, & tenebras offundit. Timor, & tremor venerūt
 super me, & contexerunt me tenebræ. Impedit verā libertatem
 operum, vt videmus contingere in Iudicibus, qui timore ma-
 gnatum, iudicium peruertunt. In Prælatiis qui non audent cor-
 rigere vbi, & quando est opus. In Concionatoribus, qui tacent
 vbi loquendum est, quibus illud conuenit. Væ mihi quia taci-
 cui: & plerisque alijs, qui mentiuntur, peierant, veritatem oc-
 cultant, adulantur & alia indigna committunt. *Sextò*, Conside-
 randa rerum diuinarum præstantia, & vtilitas, quantòque plu-
 ris facienda sit Dei voluntas & gratia, quam omnia tempora-
 lia bona, præsertim cum hæc sint vilissima, maculent animā,
 non dent quietem, Deus autem sit omne bonum nostrum, quo
 saluo salua erunt omnia. *Septimò*, non timendæ corporis cala-
 mitates, ac pœnæ, cum pariant animā, ac corpori, etiam aternā
 felicitatem; Dicente etiam Paulo. Non sunt condignæ passio-
 nes huius temporis ad futuram gloriam. Imò caro ipsa est fre-
 man da, & domanda, cum sit spiritui contraria. *Octauò* exem-
 plum Christi, qui licet mortem horreret naturali instinctu, ta-
 men fortiter, subiit pro nostra salute: & exempla innumera
 Martyrum, ac Virginum, puellarum, puerorum, confessorum,
 & omnium Sanctorum, qui prompto animo & magno, arum-
 nas, tormenta, & omnes difficultates superarunt.

Audacia contraria est timori, est commotio appetitus irasci-
 bilis ad prosequendum bonum arduum cum contemptu immi-
 nentis mali, atque difficultatis. Seruit autem audacia spei, &
 pugnat contra timorem vanum atque inordinatum animi abie-
 ctū, & vilis. Potest autem etiam vt alia passiones esse bona &
 mala: bona est si sequatur præceptum rectæ rationis ac Dei vo-
 luntatem, & Diuino auxilio innitatur; Aristoteles affirmat
 eos esse audaciores, qui rectè se habent erga diuina, qui sibi di-
 uinam opem promittere possunt, & concordat hæc sententia
 cum

*Aug. in
ps. 79.*

*Hom. 12.
in epist. ad
Corinth. 1.*

Psal. 14.

Isa. 6.

Rom. 8.

Audacia.

2. Rhet. c. 2

Pf. 17. cum illa. In Deo meo transgrediar murum. Nascitur enim hæc audacia ex spe ac fiducia in Deum. Audacia mala ac temeraria est, cum quis præter rationem obijcit se periculis supra vires: quod est temerarium: tales autem qui temerè aggrediuntur, ait. Arist. in principijs esse audaciores, sed in ipsis periculis deficere, quia non cogitarant: contra qui cum ratione aggrediuntur in progressu animosiores fieri. Eset etiam audacia peruersa malè viuere, neque timere iustitiam Dei, & de eius misericordia temerè præsumere, quod est vnum ex peccatis in Spiritum Sanctum. De hac passione non est quod alia dicam; nam loci ad excitandam audaciam bonam, sunt ijdem, quos assignaui agens de spe: Contra audaciam peruersam valent illi loci qui vtilis sunt ad rectum timorem mouendum.

Contra Iram loci, & Remedia. Cap. XXIV.

Ira naturalis ad quid data.
Niff. lib. 4. de Philos. c. 13.
Da. lib. 1. Orth. fid. c. 16.
Baf. Hom. de Ira. Quomodo excitatur Ira.

Sequitur ergo vltimò loco Ira. quam primò Arist. postuit, quæ data est nobis, & insita naturæ ad propulsanda impedimenta, & superandas difficultates, quæ se nobis ingerunt, quò minus assequamur illud bonum, quod appetimus. Vnde Greg. Niff. vocat Iram armigeram concupiscentiæ: Dama: Concupiscentiæ & rationis satellitem. Basil. facultatem irascibile appellat militem, & mentis Apparitorem ac concupiscentiæ & rationis satellitem, & Irã comparat armis. Excitatur hoc modo: cum quispiam per imaginationem apprehendit impedimentum aliquod circa id, quod concupiscit, excitatur bilis, ex cuius euaporatione feruet sanguis, maximè circa cor, & ex calore sanguinis sumit animal vires, & accenditur ad propulsandum impedimentum illud, & hæc est ira quæ solet materialiter definiri, vt sit accenso sanguinis circa cor; sed eius formalis definitio quam ex Aristot. supra attulimus est, appetitus vindictæ, cum dolore, propter apparentem in se, vel suos contemptum; qua in re conuenit cum odio inimicitie aliquo modo, cum tamen odium sit in concupiscibili; sed in hoc differt ira ab odio, quod ira respicit compensationem iniuriæ sibi illata, istud enim est vindicta; sed odium tendit in malum & exitium rei quem odit, ac detestatur, facilis tamen est transitus ab ira ad odium: Est enim odiũ saepe effectus iræ, & Cicero vocat odium iram inueteratam. Significat etiam Aristoteles in allata definitione causam iræ esse contemptum, quia apprehendit se parui pendii ab aliquo, vnde nascitur Tristitia, & inde Ira, id est appetitus

petitus vindictæ, idest vt compensetur iniuria, unde qui sunt excellentiores, sunt magis proni ad iram, & multo magis, cum ab inferiori aduertunt se contemptui haberi. Ponuntur autem tres species iræ apud Dam. & Nissenum, quam etiam diuisione significat Arist. Prima dicitur à Damasc. fel. idest, ira subito exardescens: secunda Mania, quæ est diuturna & perseverans ob diuturnam iniuriæ memoriã. Tertia furor nunquam quiescens, quousque vindictam sumat. Qui prima ira capiuntur, dicuntur ab Aristotele acuti, celeres, biliosi: qui secunda, amari & acerbi, qui tertia difficiles ac molesti. Ira non semper est mala, datur enim ira bona, non solum cum irascimur contra nostra peccata, & contra nos ipsos ob prauos habitus, & incompositos affectus, & vitia nostra, vt videtur sentire Cassian. qui hanc solum iram bonam videtur agnoscere, verum etiam cum alijs indignamur correctionis gratia ob eorum delicta & offensas, quæ in Deum sunt, est zelus gloriæ Dei, & ira sancta.

Loci ad compescendam iram malam in vniversum loquendo sunt. Primò, Turpitudine iræ, eò quod sit quædam passio, & perturbatio mixta ex multis alijs: & ferè omnes affectus perturbati concurrunt in iram, vt non sit mirum si adeo totum hominem turbet, ac deiciat. Irato non deest tristitia, quia affligitur de sui contemptu; non abominatio, & odium in eum qui iniuriam infert, non amor & desiderium vindictæ. Adest & delectatio cum gaudet in malo, & tãquam mel dulce sentit, quod est felle amarius; similiter timor aliquis iram sociat, & audacia & temeritas ad vindictam compellens; spes etiam vitionis, haud sine aliquo vestigio desperationis, ob pericula & difficultates. Ideo Sancti comparant iram belluis immanibus, leoni, ac viperæ, insanix, arreptitijs, fulmini, igni, torrenti, ebrietati, veneno. Secundò, Perturbat totum hominem interio-rem, & exteriorem: nam memoriã cruciat recordatione perpetua, aliorumque facta dictaque omnia perperam interpretatur. Cogitationes irati, teste Greg. sunt viperæ generationis mentem comedunt matrem suam Inam ira parit in corde amaritudinem, morositatem, omnes, vt dixi ferè passiones cæteræ, exterius etiam immutat, ac peruertit hominis figuram, oculos, caput, frontem, supercilia, aures, linguam, motus corporis. Signum autem grauissimi morbi, quando immutatur hominis vultus, teste Plutarco, adeo vt seipsos horrerent iracundi, si seipsos in speculo viderent. In verbis omnia perturbata. Videas aliquando silentium pertinax, non respondent, rumpere

Ii vocem

Ira tres species.

Niss. 4. de Ph. c. 13.

Dam. l. 2. c. 16. Orth.

4. Eth. c. 5.

Aliquado ira est bona.

1. 8. de spiritu ira.

Contra iram Argumenta.

Turpitudine iræ.

Irato non deest tristitia.

Irato non deest odium in eum qui iniuriam infert.

Adest delectatio cum gaudet in malo.

Similiter timor aliquis iram sociat.

Audacia & temeritas ad vindictam compellens.

Spes etiam vitionis, haud sine aliquo vestigio desperationis.

Ideo Sancti comparant iram belluis immanibus.

Perturbat totum hominem interio-rem, & exteriorem.

Memoriã cruciat recordatione perpetua.

Cogitationes irati, teste Greg. sunt viperæ generationis mentem comedunt matrem suam.

Inam ira parit in corde amaritudinem, morositatem, omnes, vt dixi ferè passiones cæteræ.

Exterius etiam immutat, ac peruertit hominis figuram.

Oculos, caput, frontem, supercilia, aures, linguam, motus corporis.

Signum autem grauissimi morbi, quando immutatur hominis vultus.

Teste Plutarco, adeo vt seipsos horrerent iracundi, si seipsos in speculo viderent.

In verbis omnia perturbata. Videas aliquando silentium pertinax, non respondent, rumpere

Ira.

Lib. de cohibenda.

Ira.

Ira.

Ira.

Ira.

Ira.

Ira.

Ira.

Ira.

Ira.

Ira.

Ira.

Ira.

vocem nequeunt, aliquando mustitant, & iactant verba mordacia, aliquando euomunt maledicos clamores, minas, blasphemias, probra, contumelias. In operibus impedit ira omnes bonas actiones, maxime rationem cum tollat quietem, & pervertat rationis bonum usum: impellit ad grauissima peccata, inde enim caedes, effusio sanguinis, homicidia, strages familiarum, urbium, regnorum. Tertio, Ex hac perturbatione nascitur incuria omnium virtutum, & ruina omnium bonorum. Vide hunc locum bene tractatum à Greg.

5. *Mor. c. 3.*

Remedia ad iram sedandam.

Rom. 12. Prou. 18.

Gen. 16.

Lib. 2. de Ira c. 29. & 30.

Homil. de Ira.

Plut. li. de ira cohib.

Plutar. loco citato.

Quarto, Proponat Concionator aliqua remedia ad iram cohibendam; cuiusmodi sunt ad sedandam iram in alijs. Primo, ne homini irato obstitamus, Date locum irae; nam ignis igne magis accenditur. Contra responsio mollis frangit iram; sermo durus suscitatur furor. Nautae non pugnant aduersus tempestatem maris. Remedia in remissionibus morborum adhibita profunt, ait Seneca. Secundo, humilitate siue animi demissione, alterius sedatur Ira; agnitione & accusatione propriae culpae, veniae deprecatione. Reuertere ad Dominam tuam, & humiliare sub manibus illius. Ad frenandam iram in nobis remedia sunt. Primo, Remouenda suspicio est, & opinio, quod ea quae facta sunt in nostrum contemptum sint facta. Sic Seneca. Secundo, Modeste & cum animi demissione, de nobis sentiendum: ira enim ex superbia nascitur. Basil. Ne te rebus magnis parem exhibeas, neminem te peiorem existimes, & curata est ira. Tertio, Plutarchus Cogitandum (inquit) multa quae a nobis perperam fieri, sic minus irascemur alijs. Quarto saepe proponamus non irasci per dies, menses, annos ex eodem Plutarcho. Quinto, fugiendae sunt occasiones irae, & commercia iracundorum. Sexto, silentium est irae remedium ac portus, ita Basil. loco citato sile, inquit, silentio malum: Vnde Seneca eodem libro maximum est irae remedium, mora. Septimo, legere vel audire aliquid ad iram frenandam, est vtile pharmacum huic aegritudini. Octauo, Auertenda est, ac distrahenda cogitatio ad alia studia, ac negotia. Somnus aliquando prodest, musica quae sit placida ac quieta, potus aquae frigidae, sed haec non huius loci, optimum remedium Oratio ad Deum.

Contra Vindictam & odium inimicorum. Cap. XXV.

Loci ad cohibendū animū vindicandi.

Sunt praeter hos & alij loci ex quibus argumenta desumamus, vt abrahamus homines a vindicta & odio inimicorum,

citer dicere, dimitte nobis, sicut & nos dimittimus: plane videtur aut mentiri, aut irritare Deum, ut non dimittat suo exemplo. Sextò, Qui parcit, sentit animi quietem magnam; cum cõtra, is qui persequitur iniurias furijs agitetur Satanicis, & postquam vitus fuerit à conscientia remordente cruciabitur, ut Cain qui tremore perpetuò laboravit, & vagus fugiebat faciem Domini. Septimò, Pessimum remedium est, alia iniuria ulcisci in eum, qui fecit iniuriam; qui hoc facis duplex malum committis; in te peccas & in fratrem, neque malo mederis tuo, imò amplius recrudescit malum, vulnusque tibi novum infligis. Vindicta vtrumque deteriorem facit, mansuetudo, & patientia, & te ipsum illutrem reddit, & alium sanat. Octavò, Plut. librum scripsit de utilitate capiendâ ab inimicis, & homo Ethnicus probat, valde turpe esse, erga inimicos iram fouere, & docet esse stultum, ex inimicis fructum non colligere, cum non desint multæ utilitates, quas colligamus, inter has enumerat prudentiam, & cautelam corrigendi errores nostros, quos in nobis inimici observant melius quàm amici, diligentiam ad bene operandum ex eadem causa. Octavò, Multæ & præstantissimæ virtutes conueniunt cum parcitur, inimicis, resque licet in se difficilis sit, est tamen actio nobilissima, & maximi apud Deum meriti, estque genus quoddam insigne fortitudinis, quia homo se ipsū vincit, qua victoria nulla maior, aut melior. Deinde magna est virtus mäsuetudinis, & beneficentiæ reddere pro malo bonum, & beneficijs deuincire inimicos, quod est carbo-nes super caput ipsorum congerere, quæ virtus apud gentiles etiam multam habet laudem. Agesilaus, teste Xenophonte, dicenti cuidam officium esse Regis, amicis præmia, inimicis mala reddere, melius ait, dixisses officium esse Regis, ex inimicis amicos suis beneficijs reddere. Fab. Maximus absurdum esse aiebat si cum equos & canes venaticos familiaritate, ciboque cicuremus, potius quàm catenis & verberibus; homines feroces animo, non humanitate & beneficijs conciliemus: propositum debet esse boni viri, tamdiu ferrè ingratum, donec fecerit gratum. Decimò, Exemplum Dei & Christi Domini & Sanctorum, imò etiam multorum Ethnicorum debet adhuc ipsum maxime excitare. De Patientia Dei in tolerandis inimicis, tot idolo-
latrias, & tot pessimis, mira docet Tert. & Cypr. in libris, quos de patientia scripserunt. Origo (ait Cypr.) & magnitudo patientiæ Deo auctore procedit. Diligenda res homini que Deo cara est, bonum quod amat, maiestas diuina, commendat. Si Deus

In Orat. de
laudibus Age-
silai

Lib. de bo-
no Patien-
tia initio.

Deus nobis & Pater, & Dominus est, sectemur patientiam Domini, pariter & Patris, quia & seruos oportet esse obsequentes, & filios non decet esse degeneres] magna est hominis gloria, ut nobis dicatur: ut sitis filij patris vestri; Exemplum hoc, & mansuetudinis, & patientiæ vterque Doctor egregiè tractat, nec desunt multa in hoc genere quæ imitemur. Et hic fit finis huius tractationis de affectibus.

Oratio morata quæ Oratoris bonos mores indicat.
Cap. XXVI.

Ex tribus capitibus, unde Arist. docet fieri persuasionem, ut supra significauimus, ex rebus, ex auditoribus, ex oratore ipso, tractata iam duo sunt. Ad primum pertinent omnia argumenta quæ ex locis duci diximus in singulis concionum generibus. Ad secundum tractatio de mouendis affectibus, de quibus item multa diximus. Ad tertium genus refertur quæ dicitur oratio morata de qua agendum iam restat, quam cum eodem libro non immeritò iungendam arbitramur, quia etiam hic de affectibus est sermo. Hanc autem eam esse docet Cicero, quæ bonos & amabiles mores Oratoris significat, & repræsentat, & alibi eam esse affirmat, quæ accommodatur ad mores, naturam & genium, seu ingenium auditorū, facile namq. persuademur cum ea audimus, quæ nostris moribus & sententiæ congruunt. Itaque duobus maximè modis oratio morata dicitur, ac de vtroque nos aliqua subiiciemus. Primum ergo opinionem bonam conceptam de virtutibus, ac sanctitate Concionatoris, maximam vim habere ad persuadendum experientia docet, & confirmat omnium sapientum authoritas. Ambr. Aduertamus, ait, quod in acquirendis consilijs, plurimum adiungat vitæ probitas, virtutum prærogatiua, beneuolentiæ vius, frugalitatis gratia, quis enim in cæno fontem requirat? quis è turbida aqua potum petat?] Fertur Demosthenes, cum ad dicendum contra eum Phocion assurgeret, dicere solitus ad familiares suos, Mearum securis orationum exurgit. Incertum est autem (inquit Plutar.) de oratione illius sic sentiret Demosthenes, an de vita & existimatione, quod permultis, & prolixis circuitibus, vnum verbum & nutū existimaret probati viri esse validiorem. Videmus planè aliquos ex Concionatoribus, facili negotio ad se attrahere multitudinem populorū solo nomine sanctitatis, etiãsi nec multa polleant doctrina, nec

1. Rhet. cap. 3.

In Partit.

Opinio de Oratoris virtute multum valet.

2. de Offic. c. 12.

vlla penè eloquentia. Sed quoniã id satis notum est, & à me ali-
 bi ostensum, hoc loco pluribus confirmare necesse nõ est, præ-
 fertim cum hic non de persona Concionatoris, quod in prima
 parte factum est, sed de ipsa oratione sit sermo, quæ morata
 dicitur, quæ debet significare mores ipsos dicentis quasi è spe-
 culo redditos. Illud omnino certum est, Concionatorem simu-
 latum, qui quos non habet bonos mores ostentare velit, & sibi
 & auditoribus, & verbo Dei quod prædicat, multum afferre
 damni: Sibi quidem quia grauius à Deo iudicabitur, vt hypo-
 crita, qui sub persona ficta & pallio sanctitatis se contegat: au-
 ditoribus verò, quia etiamsi initio facile sit aliquos decipi, ta-
 men nihil occultum quod non reueletur, & vbi aduerterint ho-
 mines, cum obtendere verbis quod non est, nullam ei fidem
 adhibebunt: primum, quia odiosa est simulatio, nec credimus
 ijs quibus sumus offensi; deinde quia quos mendaces moribus
 auditor viderit, eos putabit facile oratione quoque mentiri.
 Nam (ait Tullius) frons, oculi, vultus persæpe mentiuntur,
 oratio verò sepius. Vnde fit vt etiam verbo Dei inferatur
 iniuria, cum enim homines aliud audiunt ab ore, aliud agnos-
 cunt in persona dicentis, putant esse nimis ardua & factu dif-
 ficilia quæ dicuntur, cum nec eum qui docet videant seruire
 quæ dicit, & possint obijcere, cur ergo ea quæ dicis ipse non
 facis? Imo (quod longè deterius est) suspicatur populus per
 amplificationem, & verbi causa, dici ea omnia, quæ prædican-
 tur de fugiendis peccatis, de seueritate diuinæ iustitiæ, de gra-
 uitate & æternitate pœnarum apud inferos; sic enim tacite ra-
 tiocinantur, si verè hæc ita putaret esse, vt prædicat Concio-
 nator, num ille ita viueret? Christus Dominus in sua persona
 significauit ac probauit innocentiam cum diceret, quis ex vo-
 bis arguet me de peccato? Amorem veritatis. Si veritatem
 dico vobis, quare non creditis? Animum liberum ab omni af-
 fectu inanis gloriæ, Ego non quæro gloriam meam, sed eius qui
 misit me. Videat ergo etiam atque etiam Ecclesiastes, vt has
 virtutes in se verè habeat, & non sit affectata quædam hypo-
 crisis. Nulla simulatio locum in pulpito habere debet, multo
 minus sanctitatis. Deus non eget mendacijs nostris, ipsa planè
 probitas vbi vera est se prodit, prematur licet interdum, & oc-
 cultetur, tandem erumpit. Vbi autem vera non est, sed simula-
 tur, ipsa se ars, & malitia palam facit: & vnde quærebatur au-
 thoritas, inde contemptus refertur. Simul etiam cauendū est,
 ne dum vult orationem moratam facere, incidat in ostentatio-
 nem,

Orator simu-
 lans virtutē
 quam non ha-
 bet valde no-
 cet.

Epist. ad
 Quintum
 fratrem.

Ioan. 8.

nem , & suarum laudum commemorationem . Hoc enim (vt alias etiam monui) fidem oratori non conciliat , sed detrahit . Parasiti est se ipsum iactare , nec vsquam onerosior est superbia , quam in cathedra humilitatis . Omnes enim Christiani etiam e vulgo norunt nullam esse veram virtutem , nisi ea in vera humilitate fundetur , & cum humilitate crescat , & ab humilitate perficiatur . Iam in prima parte enumerauimus aliquas virtutes Concionatori maxime conuenientes , nunc breuiter attingamus , quas , & quomodo significare debeat , vt fiat oratio morata , & paret sibi aditum , etiam ex hac parte ad persuadendum .

Oratio & Sermo nostri Oratoris debet significare virtutem Religionis , & zelum quem erga cultum diuinum habet , quod fiet , si loquatur de Deo magna cum reuerentia , & honore , cui ostendit , si quid boni est in nobis , a Deo esse , & omnia ab eo pendere : quando inter orandum ad Deum affectu se conuertit , eiusque opem supplex implorat . Ita videmus factum etiam ab istis oratoribus qui Dei veri notitiam non habuerunt , forsitan aliquibus animo simulato , non ex pietate vera , sed ita sibi volebant authoritatem conciliare apud populos , cum viderent quantum momenti in hoc positum esset ; sed nostri Patres , & Prophetæ , ex vera Dei Religione id faciunt . Diuus Paulus , flexit genua mea ad Patrem Domini Nostri Iesu Christi , vt possitis comprehendere , &c . Sæpe petit aliorum preces , frequenter docet se pro eis orare . Testis mihi est Deus quod sine intermissione memoriam vestri facio . Huc tendit zelus quem spirant verba eius de gloria Dei , & Christi Domini manifestatione . Debet ostendere orator Christianus sinceritatem animi , vt appareat eum nil aliud querere ex concione , quam Dei solum honorem , & auditorum salutem , vt cum D. Paulo dicat , Non nosmetipsos prædicamus , sed Iesum Christum : ita loquimur , non quasi hominibus placentes , sed Deo qui probat corda nostra : ex sinceritate sicut ex Deo , coram Deo in Christo loquimur . Et gloria nostra hæc est testimonium conscientie nostræ , quod in simplicitate cordis , & sinceritate Dei conuersati sumus , &c . Debet significare Amorem & Charitatem , & animi maxime beneuolum in Auditores , quem cum aduertunt & credunt esse verum amorem , non in verbo tantum & lingua positum , sed ex sincero affectu cordis natum , sine labore flectuntur in omnem partem . D. Paulus sæpe significat in Epistolis : libenter impendam , & superimpendam ipse pro animabus vestris . Non vt confundam vos hæc scribo , sed vt filios meos charissi-

Quas virtutes significare debeat oratio morata .

Religio .

Eph. 3. Exemplum D. Pauli pro oratione morata in omni virtute .

Sinceritas mentis .

2. Cor. 4. 1. Thess. 2. 2. Cor. 2. 2. Cor. 1.

Charitas .

2. Cor. 12. 1. Cor. 4.

- mos moneo. Nam si decem millia pedagogorum habeatis in Christo, sed non multos Patres. Nā in Christo Iesu, per Euangelium ego vos genui. Et filii mei quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. Sic quando significat sollicitudinem suam erga eos, & gaudium de bono eorum, dolorem de malo. Sollicitudo omnium Ecclesiarum. Quis infirmatur & ego non infirmor? Si qua consolatio in Christo, si quod solatium charitatis, si qua societas spiritus, implete gaudium meum. Tristitia mihi magna est, & continuus dolor cordi meo, optabam enim ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis. Et simul libertatem in dicendo, ut non occultet veritatem ex timore aliquo. Non erubescō Euangelium, virtus enim Dei est, & verbum Dei non est alligatum. Rogo vos, ne praesens audiam per eam confidentiam qua existimor audere in quosdam, &c. Sic etiam Sancti Patres saepe significant se cum libertate debere loqui pro ratione sui officij. Præterea ut sit sermo Concionatoris moratus, aperiat zelum quo flagrat virtutis iustitiae, quod fiet ostendendo, quam cupiat ut omnes ita vivant, ut nemo alium lædat in vlla re, sicut significat. D. Paulus, Non est apud me, est & non. Neminem læsimus, neminem corrupimus. Et cum iubet preces fundi pro omnibus, maxime verò principibus, ut quietam & tranquillam vitam agamus, cum omni castitate, vel ut græca vox sonat, cum omni gravitate, ut quisque innocenter & modestè se habeat: Etiam cum hortatur superiores, & omnes ad legum observantiam, ad bonorum, & innocentium defensionem, & eorum punitionem, qui pacem & equitatem perturbant; Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Et significat zelum contra omnes impios & impietatem, Utinam abscendantur qui vos perturbant; si malum feceris time, non enim sine causa gladium portat; Et ad Rom. in impietatem Philosophorum pessimorum inuehitur. Præterea Temperantiam, & Honestatem declaret, quod fiet, si saepe ex occasione, inflammato spiritu celebret vitæ puritatem, & ostendat quæ placeat illud: o quam pulchra est casta generatio cum claritate, & cum nausea & stomacho infectetur omne genus impudicitiae, omnes actiones lasciuas & effaminatas, & omnes impudicas mulieres, magnam simul verborum honestatem adhibens, & quemdam quasi in ore ipso ruborem. Ita D. Paulus. Vellem omnes esse, sicut & ego. Modestiam etiam efferat & submissionem animi, loquendo de alijs honorificè, de se autem modestè, alios præferendo, modo nec laus appareat affectata, nec humilitas

cas ficta. Facile enim in hoc genere simulatio detegitur. Diuus Paulus saepe hoc significat, cum se minimū Apostolorum vocat, cum omnia gratia Dei tribuit, cum se nihil esse testatur. Item indicet moderatum animum in appetitione honorum, opum, dignitatum, nam spiritus ambitionis, & dignitatis & cupiditatis cum aduertitur in Concionatore, fidem eius verbis adimit. S. Paulus, argentum, & aurum nullius concupiui, sicut ipsi scitis. Habentes victum & vestitum his contenti sumus. Neque aliquando fuimus in sermone adulationis, sicut scitis, neque in occasione auaritia, Deus testis est, neque quarentes ab hominibus gloriam. Fortitudinem animi, patientiam, & magnanimitate praeferat; Sicut D. Paulus gloriatur, & gaudet de suis vexationibus, siue persecutionibus & paratum se dicit non solum ligari sed etiam mori pro nomine Iesu, & pro fratribus. Ostendat benignitatem & misericordiae affectum; Paulus, facti sumus sicut si nutrix foueat filios, ita nos desiderantes cupide, volebamus tradere vobis non solum Euangelium, sed etiam animam nostram, quoniam charissimi facti estis nobis. Saepe obsecrat, saepe laudat, & promptum se omnibus exhibet. Prudentiam etiam Concionator demonstret; quod fiet, si ita loquatur, vt ex modo dicendi, ex verbis, & sententijs ex ordine, & circumscriptione prudens appareat. Etenim si aduertitur imprudens, non modo non persuadet, sed nec libenter auditur. Non enim aures maturae ferunt eum, qui inconsiderate, praeposterè, inepte, inordinate, & imprudenter verba & res videtur effutire. Significatur etiam prudentia cum aperit officia eius virtutis, cuius eius tangit, quam sint omnia cum consilio facienda monent, cum praeuent occasiones futuri alicuius mali, & praemonet. Haec sunt praecipue virtutes, quae si splendeant in sermone Christiani Oratoris, possunt ei animos auditorum ita conciliare, vt iudicent eum esse virum planè dignū, cui fides adhiberi possit, etiam sine argumentorum, & probationum multitudine; tantum momenti est in autoritate dicentis, cum ex eius concione homines cognoscunt esse virum prudentem, benignum, moderatum, modestum, iustitiae zelantem, honestatis amicum, non se ipsum, sed honorem & vtilitatem auditorum quarentem, sincerum, sine adulatione, sine hominum inani timore, Diuini cultus, & gloriae Dei amantem. Haec est igitur oratio morata, quae duobus modis potest exerceri, vel vt Orator has virtutes, & hos mores frequenter doceat, sic enim ad eos se bene affectum esse declarat; vel si in sua concione adhibeat quasdam sententias,

1. Cor. 15.

Moderatio animi.

Aetor. 20.

1. Theß. 2.

Fortitudo.

2. Cor. 12.

Aetor. 21.

Benignitas.

1. Theß. 2.

Prudentia.

Duobus modis oratio morata exercetur.

sententias, quæ hos mores significant & contineant, quibus oratio tanquam quibusdam coloribus, ac gemmis, non solum ornatur, sed etiam confirmetur. Habent enim sententia præter alias excellentias, hanc etiam, quod etiam supra monuimus, ut oratione faciant moratam, & oratoris mores repræsentent, & sint quasi argumenta quædam ad persuadendum, ut experimur cum legimus eorum scripta, qui sententijs abundant, qualis est inter externos Seneca, Plutarchus, & alij plerique & inter nostros sere omnes Patres:

Sententiæ gratias moratam reddunt orationem.

Oratio morata quæ auditorum moribus se accomodat. Cap. XXVII.

Dicebam supra Orationem moratam etiam esse, quæ moribus & ingenio auditorum consentit: Eam ob rem multi refert nosse mores eorum, & forte huc tendit illud D. Pauli. Facti sumus paruuli in medio vestrum. Et illud cum essem astutus dolo vos cepi, & illud omnibus omnia factus sum. Debet igitur nosse Concionator mores omnium ætatum, Adolescentum, Senum, Virorum, Nobilium, Diuitum, Magnatum, Principum, Nationum, Profitentium diuersa studia, Doctorum, Mercatorum, Militum, Artificum, Agricoliarum, diuersorum statusum, Coniugatorum, Religiosorum, Superiorum. Si enim velit aptè loqui, & sermonem probabilem facere, debet pro varietate morum audientium diuersos loquendi modos assumere. De moribus trium ætatum Aristot. agit in Rhet. & nos nonnulla significabimus. Iuuenes ad cupiditates proni sunt, præsertim amatores, nec solum sunt cupidi, sed etiam audacter, ac prompto animo aggrediuntur, & res difficiles ad exitum tentant, & sperant se posse perducere. Sunt mutabiles, & mutantur in horas, citò enim fastidio rerum capiuntur, & simul ac desiderio potiti sunt satiantur: acuta magis quam magna, & summa desideria habent, qualis (ait Aristot.) est aliquando sitis, ac fames agrotorum: facile ad iracundiam excandescunt, & iræ impetu feruntur, quia cum sint honoris cupidi, non pati possunt villo modo ab aliquo se paruifieri, vnde & irascuntur. Sunt maxime cupidi victoria, & excellentiæ ut alijs præstent, sicut de Pueris etiam Cic. idè affirmat. Quos illi labores non ferunt, ut æqualium principes habeantur? magis desiderant honores, quam opes, hos enim non videntur magnificere, quia non sunt experti malum inopiæ: Non sunt maleuoli ac prauis ingenij, ut solent qui

1. Thess. 2.

2. Cor. 12.

1. Cor. 9.

2. Rhet.

a c. 12.

Iuuenū mores.

qui res in malam partem interpretantur, sed simplices potius, & facile credunt, cum non sint adhuc experti hominum fraudes, sunt propensi ad spem, & sibi promittunt, quod cupiunt, ut Ebrj, & magna ex parte spe viuunt, & sunt animosi, ex eo quod sunt spei pleni, & propter calidum sanguinem. Amicorū sunt ac sodalium studiosi magis quā cæterę ætates, & gaudēt conuictu. In rebus suis peccant contra illud Chilonis; Ne quid nimis, nesciunt mediocritatem tenere, sunt audaces, putant se omnia scire, & omnino asseuerant quæ dicunt, & contendunt iniurias faciunt magis ex quadam insolentia, ut honorem suum præferant. Sunt misericordes, sunt ad risum procliues, ac facetias, & sales; Passim ac temerè effutiunt quæ in corde habent, Hæc fermè de Iuuenibus Aristot.

De senibus consequenter agit, ac eos docet ferè contrarijs moribus, quā iuuenes esse affectos: Nam hi affirmant faciliè omnia, illi suspicantur potius, quam scire se dicunt, & facile dubitant, ancipites sunt, nempè vsu docti, pronum esse decipi, & ingenio sunt maleuolo, quia in deteriorem partem potius res accipiunt, neque valdè diligunt, nec vehementer odio habent, sunt animo pusillo & timidi, ob frigidum temperamentum, pecuniarum tenaces & auari, valde cupidi vitæ, cuius penuriam habent, difficiles & queruli. Sequuntur magis communitatem & lucrum, quam dignitatem, magis proni ad inuercundiam, quā ad contrarium, potius memoria præteriti quam spe futuri viuunt: ad loquacitatem propensi propter multa, quæ viderunt, & audierunt, quæ iunioribus libenter narrant, quoddam magisterium exercentes. Iræ senum acres, sed languidæ, & cito dissoluuntur. Non sunt cupiditatibus obnoxij, mirrix si quas irrogant, præcipuè contra facultates feruntur, & patrimonium: sunt tamen misericordes ut iuuenes, sed ob aliã causam, nam hi misericordia mouentur ob amorem & naturę bonitatem, quia nollent quenquam calamitate premi; senes vero quia sua mala norunt, & timidi sunt, sollicitantur animo cū alios afflictos cernunt, timentq; nè eadem sibi eueniant. Neque iocos amant, neque facetias. At de his qui in virili ætate sunt loquitur c. 14. quos, sicut medij sunt inter duas iam dictas ætates, ita etiam mediõ modo se habere affirmat, & participare aliquid de vtraque, quod nimium in vtraque est, reijcietes: Nec facile credunt ut Iuuenes, nec difficile ut Senes, sed credunt quibus debent: suas actiones nõ solum ad honestatem ut iuuenes, nec solum ad lucrum ut Senes, sed ad vtrumque referunt, mediocri-

Cap. 13.
Senũ mores.

Cap. 14.
Virilis æta-
tis mores.

diocriter cupidi, & iracundi, & denique sunt mores horum in mediocritate quadam positi inter mores iuuentutis ac senectutis.

Vfus autem horum quae de aetatibus dicta sunt, hic est, ut Orator ad suadendum ita accommodet, in quibus poterit, orationem suam moribus audientium, ut eorum ingenio sit consentanea, & tunc morata erit, & facili negotio persuadebit: exempli gratia, si materia concionis patiat, cum apud iuvenes loquor, studebo ad misericordiam eos commouere, ex ijs quae dicta sunt de hoc affectu, ea colligens, & oratione persequens, ac describens, quae possint illum ciere. In hoc autem potius affectu insistam, quia scio iuvenes, quos alloquor, esse ad eum proclives. Eodem modo adhortans ad virtutem, ad victoriam victorum, explicabo rei dignitatem, ac praestantiam. Decere viros magno animo, magna peragere, & sperare, nec moueri lucro, sed dignitate. Quia vero sunt propensi ad amorem, excitabimus ad amandum Deum, & Christum, describendo ea quae supra diximus valere ad inflammandum amorem, quae omnia dicuntur secundum naturam iuuenum optimè. Et quia sunt natura verecundi, hinc argumentum sumetur, ut viros pios vereantur, ac Deum, cuius oculis omnia sunt manifesta, & omnem turpitudinem auersantur: & quia spe viuunt adhortabimur ad fiduciam habendam in Deo, & magnificentiam, gloriam, & felicitatem caelestis patriae proponemus, ut eo spes suas & conatus attolant. Eodem modo si Senes velimus hortari ad contemptum rerum humanarum, proponemus quam sint incertae, quam dubiae, quam parum sit fidendum his; quod est secundum naturam senum. Si viros, multo facilius cum in medio sint. Laudando mediocritatem, extrema fugienda, docebo quod virilis aetatis ingenio est conforme. Praeter aetatum mores possunt attendi, mores eorum qui externis bonis abundant, vel destituuntur, ut sunt nobiles, & ignobiles, diuites ac pauperes, potentes & contra, & qui prospera vtuntur fortuna, vel aduersa. De moribus Nobilium, Diuitum ac Magnatum eodem loco agit Aristoteles. nos vero hic supersedemus, quia supra cum de statibus actum est, de eorum moribus & vitijs aliqua diximus, vnum illud hic ex Aristotele non tacebo, qui mores diuitis ait, similes esse infano aliqui qui se beatum crederet, vel fortunato insipienti, quo (ait Cicero) nihil intolerabilius fieri potest.

Cap. 17.
Magnatum
mores.

Potentes & qui sunt in magno statu partim esse ait similes diuitibus, partim meliores quia mores eorum sunt magis viriles, & magis populo, cui praesunt ac statui inuigilant, & solent esse

esse modestiores, sed quando iniuriosi sunt in aliquem, non minus aut leues, sed magnas irrogant iniurias. Denique quibus omnia prosperè succedunt, solent esse insolentiores, & in multis moribus communicant cum nobilibus, diuitibus, ac potentibus; sed hoc habent peculiare, quod videntur suam felicitatem à diuini numinis favore sibi datam agnoscere, vnde ad cultum rerum diuinarum, sunt magis proni quàm alij. His autè moribus contrarios mores habent qui sunt ignobiles, inopes, imbecilli, qui aduersa vtuntur fortuna. Vfus horum quæ dicta sunt erit, vt accommodemus orationē ad eorum sensum quantum fas erit, & si quidem sint boni mores, vtamur ad nostram causam, si verò mali sint corrigamus, & si possumus conuertamus in bonum; Nam cum nobiles magnificiant nobilitatem, & honorem, possumus laudare quidem nobilitatem, sed hortari, vt sanguinis nobilitatem iungant cum vera nobilitate virtutis; & generositatem celebrare, vt sciant nil turpe faciendū, & indignum nobilium moribus. Si ad diuites sit sermo, ostendam quæ sunt verè diuitiæ animi, & vt intelligant illud Diui Pauli: Diuitibus huius sæculi præcipe non sublime sapere, nec sperare in incerto diuitiarum sed in Deo viuo. Poterunt, quod sæpe aptissime S. Chryl. facit, aliquando conferri nobilitas humana cum diuina: & diuitiæ terrenæ cum cælestibus, ostendendo singillatim quantum excellent diuina & cælestia; quam multos habeant defectus humana, & terrena. Inde enim fiet, vt qui nobilitatem, & diuitias amant, à vilioribus ad meliora animam, & vota traducant. Eodem modo dico de his qui potentati, & prosperis rebus fruuntur, vt ad Deum ferantur, à quo hæc bona acceperunt, & agnoscant Deum esse, cui curæ sunt regna, & potentatus, & ad cælestis regni amorem pelliciantur. Contra verò cum ad ignobiles dirigitur sermo, explicabimus presentis sæculi dignitates meritò cõtemendas: si ad inopes, laudabimus mores bonorum pauperum, qui sunt humiles, & paucis contenti; atque eodem modo de alijs iudicandum: vbi etiam multum valet, vt similitudines & exempla ex ijs afferantur, quæ nota & familiaria sunt ijs, apud quos loquimur. Et ex his quæ perstrinximus, studeat Concionator cognoscere diuersos mores, virtutesque ac vitia hominum aliorum, secundum diuersos animorum affectus, diuersas professiones ac status, diuersarum nationum proprietates. Denique nosse mores hominum ad hoc debet Oratori prodesse, vt quantum potest, se ad eos accommodet, & conuertat in suam causam: primum in dele-

Vfus horum
qualis sit.

1. Tim. 6.

delectu materia quam sit tractaturus, eam potissimum affe-
 mat, quæ moribus auditorum præsentium magis conveniat,
 deinde in delectu argumentorum, ac probationum, ea etiam
 maximè afferat, quæ eorum opinioni consentiant, quibus faci-
 lius ad virtutes trahantur. Præterea in affectibus, eos præcipue
 commoveat, quos paratiores viderit, ad finem persuasionis ut
 amorem & iram in iuuenibus, metum ac misericordiam in se-
 nibus. Præter hæc sæpe insistendum erit, corrigendis malis af-
 fectibus, ac moribus, & animis auditorum prout locus exiget,
 contra eos præmuniendis, admonendo ut bene utantur, & sta-
 tibus, & bonis externis, & statibus.

Finis Libri Septimi.



DE DISPOSITIONE,
ELOQVVTIONE, MEMORIA,

Et Pronuntiatione.

LIBER OCTAVVS.

Dispositio in varijs generibus Concionum.

CAPVT PRIMVM.



VAE hucusque dicta sunt, ad inueniendi laborem ferè omnia tendunt, qui inter partes huius facultatis est primus & maximus. Iam verò secundus labor & industria Oratoris est, quæ inuenit suo quæque loco aptè disponere. Nam quemadmodum domum non efficiunt congesta temerè cæmenta, sed scitè colligata, atque composita; ita Concio-

natorio in opere, quamlibet abundes rerum copia, nisi illas ordo, ac dispositio digestas, & inter se commissas prudenti ratione connectat, acruus est, non oratio. Non solum in profanis literis predicatur in exercitu ordo, sed & in sacris diuina sponsa collaudatur, quod sit velut castrorum acies ordinata. Sapienter etiam ab aliquibus dictum est, ipsam rerum creaturam naturam, non nisi ordine stare, quo confuso, omnia esse peritura. Sic oratio carens hac virtute, tumultuetur necesse est, & tanquam sine rectoris fluitet, multa repetat, multa transeat, multa permisceat, velut nocte ignotis locis errans, casum potius, quam consilium sequens. Nec dicenti solum utilis est ordo, ne perturbetur confusione rerum; sed etiam Auditoribus, vt commodè cuncta percipiant: ordo enim tum rem lucidam facit, tum vero vt memoria conferuentur audita. Quam autè dispositionem singulæ Conciones requirant relinquatur id ingenio, & iudicio Concionatoris; Multiplex enim natura rerum, variusque modus quo ordinari possunt, efficiunt, vt sicut Fab. dixit,

Dispositio
maximè pen-
det ex Ora-
toris iudi-
cio.

Dispositio in
partes inte-
grantes.

Tota mate-
ria distribuē-
da in capita.

Tota concio
diuidi potest
in vnum syl-
logismum.

Matth. 5.

dixit, dispositio Oratoria nullis præceptis comprehendere possit. Aliqua tamen ut ingenium ex his ad alia excitetur, attin- gam, vbi pauca prius quæ conueniunt omnibus orationibus admonero. Potest enim triplex considerari dispositio in Con- cione. Prima totius orationis in partes integrantes: Secunda, totius orationis in partes diuisionis, seu partitionis, vbi rursus consideranda in omni genere Concionum sua propria dispo- sitio: Tertia singularum probationum, ac sententiarum ordo in- singulis partibus. Et quidem si loquamur de Prima dispo- sitione, omnis Concio, sicut apud Rhetores, ita disponi potest apud nos, ut habeat Exordium, Narrationem, Confirmationem, & Epilogum, de qua collocatione nobis postea sermo erit. Sed præter hæc, Secunda est dispositio quam hic magis querimus. Explicandum est enim, vbi multa iam inuenta, & coaceruata materia est ad idem pertinens argumentum, ad quæ capita possit commodè reuocari, qua ratione distribui, atque disponi, ut ex incondita sylua, quasi eleganter dimensus, atque descriptus hor- tus aperiatur. Quæ planè dispositio omni Concionum generi etiam conuenit, ut initio Concionis afferatur propositio ali- qua, seu partitio, quæ totum Concionis argumentum conti- neat, & quantum necesse est dilucidè declaretur, ut intelligant Auditores quid sit tractandum, quid intendat Concionator docere, quid persuadere, quid ab Auditoribus in illa Concione expetat; Deinde ad probationes motusque deueniatur.

Potest etiam in syllogismi formam oratio tota referri, ut sa- pe Tullius facit; nam Milonianæ ea vis est. Omnis Insidiator iure occiditur. Clodius est Insidiator, Ergo. Et pro lege Ma- nilia. Qui habet partes Imperatore dignas est eligendus, Talis est Pompeius in quo omnia adfunt, Ergo. Eodem modo si Con- cio habenda sit super illo Themate, Diligite inimicos vestros, posset huiusmodi confici syllogismus, qui totam Concionem con- tineret. Quodcunque dicit Christus Dominus faciendum est, sed ipse dicit diligendos inimicos, igitur inimici sunt dili- gendi. In explicationem propositionis possunt plurima afferri, quæ doceant quàm bonus, quàm sapiens, quàm nostri amans sit Christus, quàm multis nominibus ei obtemperandum sit, quàm honesta, necessaria, quàm nobis vtilia sunt quæ præcipit, quàm in nostrum bonum omnia eius præcepta, dicta factaque tendant, ampliando à comparatione hominum, si sunt Princi- pes, aut Viri prudentes ac sapientes, & nobis beneuoli, & alia id genus. Hoc autem pacto propositione tractata, ad assump- ptio-

pcionem deuenietur, vbi poterit ostendi quàm saepe quàm gra-
uiter, quot modis Christus Dominus dicat diligendos inimi-
cos; quæ cum fuerint satis explicata, congestis ad amplifican-
dum alijs quoque rationibus, & magno ardore aptè ad motû
propositis, oratio cõcludetur, vel super illo; Nemo potest duo-
bus dominis seruire. Vbi non licet duobus dominis seruire,
seruiendum est meliori, sed Deo & Mammonæ seruire nemo po-
test, ac melior Dominus, ipse Deus est, Igitur Deo seruiendû.
Huius syllogismi partes si separatim ordine tractentur, & ostē-
datur primum propositio maior, quam sit absurdû assumi Do-
minum peiorem, quàm sit contra prudentiam, & communem,
hominum modum, quàm contra iustitiam, contra propriam,
cuiusque vtilitatem, & alia huiusmodi, tum subiungatur as-
sumptio, & explicetur prima pars ex autoritate ipsius Christi,
deinde ex natura rei, exemplis, similitudinibus, ac postremò
addatur pars posterior, idest comparatio Dei & Mammonæ, &
explicentur differentia Domini vtriusque, vltro sequetur con-
clusio, & quisque auditorum facilè per sese concludet Deo om-
nibus modis, nullo modo Mammonæ seruiendum. Est hic ordo
valde naturæ consentaneus, & ad docendum atque persuaden-
dum appositus. Tam pro tertia quam diximus dispositione, om-
nibus item concionibus commune est, quod etiam omnes do-
cent, inter argumenta quæ ad rem nostram confirmandam assu-
minimus, firmissimum quodq; primo loco ponendum, quæ verò
maximè ad mouendum faciunt, & memoria volumus retineri
in postremum locum reseruanda, mediocria ac leuiora in me-
diam quasi conijcienda turbam. Et grauiora quidem quia
maior vim habent, singula tractari oportere, minora verò
coaceruari, vt quod suapte vi nequeunt, numero efficiant. His
iam prænotatis, proponendæ mihi erunt variæ dispositionum
formæ, tam pro singulis concionum speciebus, quàm etiam ge-
nericè; tum etiam varij modi in Euangelio tractando innuendi
quod erit quasi viam Oratori Christiano demonstrare, eiusque
ingenium ad bonam dispositionem tenendam excitare, si tamè
vnum prius admonero. Multa quæ hic de dispositione & for-
mis concionum dicuntur, habere magnam cum his, quæ ad præ-
cepta inuentionis pertinent connexionem, & saepe ex iisdem
locis, ex quibus argumenta inuenta sunt, tota concionis collo-
catio nascitur, vt videri possit & meritò alicui, hanc doctrinã
non minus pertinere ad inuentionem, & ad partitionem concio-
nis, quàm ad collocationem. Quicquid sit, siue hic inuentio

Ordo quis
inter argumē-
ta.

An hæc tra-
ctatio perti-
neat ad Inue-
ntionem.

K k etiam

etiam habeat suas partes, quod non negamus, siue hæc quoque partitionem & diuisionem doceant, quod facillè concedimus; Institutum meum est diuersas formas concionum assignare, ac multiplicem *περί* significare, vt adhibito iudicio pro ratione materiae, ac loci & personarum, statuat quod ad rem præsentem magis facere existimauerit Orator ipse. Iam igitur ad singula concionum genera veniamus.

In genere Didascalico & Exornatiuo. Cap. II.

IN genere Didascalico ordo quem tenere debemus, est idem ille qui à Theologis, ac Philosophis seruator, desumitur ex eisdem locis, & quibus supra docuimus argumenta desumi. Aristoteles certè ac philosophi docent, in re primum quærendum An sit; deinde eius natura quæ sit, tertio loco proprietates quas habet, postremò causæ à quibus pendet: quam nos methodum in multis concionibus in quibus de virtute aliqua sermo sit, seruare possumus; Exempli gratia; De patientia, primò quam sit necessaria, hoc enim ad primum caput, an sit potest referri, explicando verba Pauli. Patientia vobis necessaria est; secundo quæ sit natura eius, & in quo vera patientia sita sit, quodnam habeat obiectum, quos actus, idque non concisis definitionibus, sed explicando, atque amplificando aliquarum scripturarum & Sanctorum Patrum autoritates, in quibus natura eius aperitur; Tertio quæ sint virtutis huius affectiones, & propriæ conditiones & attributa, quàm sit meritoria, quantas secundum perfectiones inuehat: Quarto quibus modis acquiratur, nam hoc est causas eius inquirere, ex quibus in animis nostris generatur. Sæpe omissa quæstione. An res sit, Theologi solent inquirere primum quid sit, eiusque definitionem explicare, tum quæ sint eius proprietates, præterea species, ac partes eius, gradus item, denique causas & effectus ostendere: cuius promptus esse potest ordo, quem in singulis materijs D. Thomas sequitur, qui planè in seruanda optima methodo excellit; Superfluum autem videtur hic admonere, non debere Concionatorem cum rigore huic dispositioni siue Philosophorum, siue Theologorum adstringi, sed pro re nata, eius iudicio liberum relinqui vt varietate vtatur, neque retinendos esse modos loquendi, aut terminos, vt vocant eorum, sed conuertendam orationem, & accommodandam ad aures populi. Pone tibi ante oculos quomodo D. Chryfost. qui ab aureo ore nomen habet, tractaret, si quem articu-

Quint. 1.8. cap. 10. An sit quid sit, & proprietates.

Heb. 10.

Alia Dispositio.

Oratio
Christiana
capitulum

articulum D. Thomæ pro concione sumeret explicandum : res quidem teneret, modum dicendi omnino variaret, amplificando ad popularem captum. Quia in re si quis esset benè exercitatus, haberet è Scholastica Theologia innumeros ad concionandum locos, & pleraque Theologica à Scholis & Academicis ad cætus quoque populares educeret.

In genere Exoratiuo, Cicero multos collocationis modos paucis verbis assignat, aut (inquit) temporum seruantur gradus, aut generum distributiones, aut à minoribus ad maiora ascendimus, aut à maioribus ad minora descendimus, aut hæc inæquabili varietate distinguimus. Harum prima maximè naturalis est ratio, & ad historicam prope narrationem accedit; cum seruetur ordo temporum, & ita res disponuntur vt euenerint: vt primo loco ea dicantur quæ ortum alicuius præcesserunt, cuiusmodi sunt genus, patria, parentes, & si qua præcesserunt indicia à Deo, vt multa sunt in Io. Baptista, & alijs sanctis; inde, quæ ad vitam spectant, vt sunt educatio, pueritia, studia; tum res in vita gestæ atque virtutes. Denique mors si quid habet illustre, & quæ mortem consequuntur. Qui ordo aliquando pro varietate locorum, & personarum inuertitur, & est secunda forma vt à nonissimis ordiamur tanquam recentissimis; quem ordinem commodè seruamus, cum postrema vim habent excitandi auditores, vt reliqua attentius audiant, sic enim personam quam laudamus autoritas, sæpe apparet esse illustrior. Tertia est cum handquaquam habetur ratio temporis, sed ad quædam summa capita, siue facta, siue dicta referimus: vt si laudaturus aliquem sanctum, dicam quomodo se gessit circa Deum piè, circa proximos iuste, circa se ipsum sobriè. Quarta forma est cum à minoribus ad maiora fit transitus, & ad maxima habitata ratione dignitatis rerum, vt semper oratio crescat, proponendo vtiliora, gloriosiora, magis necessaria. Quinta est cum res varias, & inæquales conteximus, vt si proponam in laudem S. Iob quam fuerit in rebus aduersis fortis, quam in prosperis moderatus, utrobique idem, simplex, rectus, ac timens Deum. Hac autè inæqualis varietas, ait Cicero, fit cum parua magnis subnectimus, vt etiam ipsa appareant magna, vt cum obscura & dubia dilucidis ac certis, lata tristibus, vt Christum passim & resuscitatum proponam, & simul tristitiam cum gaudio iungam. Comparatio vel maximè in exoratiuibus valet, & aliquando oratio tota ex comparatione contexitur, vt si Io. Baptistam cum Elia, nouus Adam Christus cum veteri, Maria cum

Ordo in Exoratiuone.
In Partit. orat.
Prima forma.
Secunda forma.
Tertia.
Quarta.
Quinta.
Comparatio.

Kk 2 Eua,

Lib. 19. de
Civitat. c. 18
Alius Ordo
tenendus in
exornationi-
bus .

Eua, lex nona cum veteri cōparetur, ac præferatur. Sic Chry-
sost. comparat & præfert Monachum Regi, & Augustinus quã-
to digniores sint virtutes Christianæ Philosophicis. Potest etiã
Orator hæc interdum tria capita rerum sibi proponere, Primò
vt explicetur aliquis locus scripturæ qui ad rem faciat, desum-
ptus vt plurimum ex Euangelio vel Epistola instantis dici, so-
lent enim Euangelia ea, legi in Sanctorum celebritatibus, que
aliquid doceant vel contineant, in quo Sãctus qui colitur, ex-
cellens habeatur & singularis, propter quod dici etiam solet.
Non est inuentus similis illi qui conseruaret legem excelsi, post
tractatum scripturæ locum, ac thesim aliquam, amplificare ali-
quot capita virtutum eius Sancti quem laudat poterit, osten-
dens quã ei conueniant, quæ supra in communi illa thesi dis-
seruit, illud semper ante oculos habens, vt concio ad Dei ma-
gnificandam gloriam omnis accomodetur; quod enim præci-
pitur etiamnum militantibus, id etiam gratum est & maximè
acceptum emeritis ac beatis; sic luceat lux vestra coram homi-
nibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem ve-
strum qui in cœlis est. Tertio debemus transire ad locos suaso-
rij generis, excitando ad imitationem laudatarum virtutum,
quod est præcipuum in concionibus Christianis, maximè ad
promiscuam multitudinem, nuda enim ac sola laus non mul-
tum apud vulgus proficeret.

Matth. 5.

In genere Suasorio & Consutatio. Cap. III.

Ordo ex tri-
plici genere
Bonorum.

IN genere suasorio ordo etiã nasci debet ex locis proprijs
huius generis, quos supra annotauimus, nam suasio tunc
fit cum bonum & expetendum id ostendimus, quod suadere ni-
timur. Quare proponendum est triplex genus boni, & primo
loco posset tractari vtile, quia hoc plerosque capit; Deinde ho-
nestum, quò pauciores mouentur, nisi alius ordo Oratori pro-
item plerique iucunditate ducuntur, nisi alius ordo Oratori pro-
temporis & personarum ratione conuenientior videatur, cum
alijs quæ his annexa sunt, vt ibidem explicauimus. Hanc me-
thodum egregiè seruat noster Pater Hieron. Platus in libro
quem inscripsit de bono statu Religionis, ad hæc enim tria ca-
pita reuocat omnia quæ docet. Præter hos locos habemus
alios vnde argumenta duci diximus propria Theologis: ex quibus
item potest obseruari dispositio. Aliquando enim possumus
ad suadendum, totam concionem in hæc tria capita partiti, scilicet

Aliæ formæ,

licet

licet quàm id quod volo suadere, in Dei gloriam cedat. Secundò quam ad ædificationem Ecclesiæ, Tertio quantum valeat ad nostram vtilitatem. Aliàs proponam alia tria, præceptum Dei, promissionem Dei, ac opem præsentem eius, minasque contrafacientibus intentatas. Quæ deinceps omnia scripturis, auctoritate patrum, ac sapientum, rationibus, & exemplis confirmabuntur. Si verò quid dissuadendum est, ordo desumetur ex contrarijs omnino locis. Primò de turpitudine rei agendû, quod fiet, si ostendatur quàm rectæ rationi honestatiq; aduersa sit, quantam habeat infamiam coniunctam, ac dedecus. Secundò labefactanda erit vtilitas, ostendendo damna tam publica, quàm priuata, labores, molestias, pericula quæ impendunt. Tertio ostendendum rem non posse fieri, vel ægre admodum ex defectu causarum efficientium, vel adiuuantium: quamquam raro incidit causa nostro. Oratori, in qua tertius hic locus propriè valeat; tamen recte & ille traduci poterit ad dehortationes à vitijs, ostendendo quàm difficile suis cupiditatibus improbi potiantur: quàm fieri omnino nequeat, vt id quod in vitijs querunt, idest veram delectationem ac satietatem inueniant; & alia modi eiusdem. Ad suasorium genus reuocantur etiam consolationes: in quibus item ordinem parient loci, quos ijs proprios supra descripsimus. Cum verò oratio instituitur funebris, non est necesse, vt tota in laudibus defuncti insumatur, nec tota in consolandis amicis sit, sed ad vtilitatem audientium referri etiam debet. Pronus est ordo quem ibidem significauimus, vt primum, locus aliquis communis tractetur accommodatus tum dignitati demortui, tum vtilitati auditorum pro ratione temporis ac loci. Deinde aliqua virtutes defuncti exponendæ. Tertio conuertenda oratio ad consolandos presentes. Quartò hortandi sunt ad aliquam virtutem, vel piû opus. Sic Hieron. de obitu Nepotiani, primo agit de morte Christi deuicta, deinde varijs exemplis docet, quatenus sit viro Christiano dolendum in morte amicorum, & digreditur ad laudes Nepotiani. Rursum redit ad consolandum. Heliodorum ostensa miseria vitæ humanæ. Solet etiam ferè semper principio adhiberi aliqua deploratio index humani in Concionatore sensus, & apta per misericordiæ motum præparandis auditoribus ad excipienda hortamenta virtutum; lege quæ dicta sunt lib. 5. c. 16. ne eadem repetamus.

In Dissuasione Ordo.

In consolatione dispositio & iunctura.

Ad Heliod.

Ordo in consolatione.

Oratio quæ in genere confutatorio versatur ad confutandû aliquod falsum dogma, opinionem erroneam vel hæresim, de-

bet ex duplici capite, sicut argumenta, ita & ordinem sumere, scilicet ex confirmatione veri dogmatis, falsique confutatione. In primis verò dilucidè & integrè ostendat sophismata & errorem aduersariorum, sumendo ex Scripturis, Patribus, traditione, Concilijs, decretis materiam, tam ad confirmandam veritatem, quàm ad labefactandum errorem. Hac in parte poterit legere eos, qui controuersias contra hæreticos scribunt, qui eo modo quo diximus veritates Catholicas roborant, & hæreses confutant. Alibi tamen diximus abstinendum esse ab hac diligentia, & labore, ubi hæreses non vigent. Si verò habenda concio sit, vt à peccato aliquo homines corrigantur, ordinem assignabunt loci ijdem qui in dissuasorio genere; scilicet, turpe, impium, inutile, perniciosum, iniucundum, difficile. Item loci theologici, argumentando ex Dei voluntate, & præceptis quæ violantur, ex Dei minis & pœnis, quàm sit contrarium Ecclesiæ, ex Scripturis in quibus multa præferuntur apud Prophetas. Hæc de collocatione pro singulis concionum generibus dixisse sufficiat, vt viam aperirem ad alia eiusmodi præstanda; sed vnum prius dixero quàm absoluam, nempe cõmuniter in concionibus hæc genera misceri, & fieri quoddam genus ex his, vel omnibus, vel pluribus mixtum, licet in vno aliquo genere magis sita sit concio, & tunc iudicio & prudentiæ Concionatoris, quæ methodus sit seruanda relinquatur. Iam dicamus de dispositione seruanda cum Euangelium tractandum sumimus.

Methodus in tractando Euangelio. Cap. I V.

Primò Paraphrasis.

Poteſt Euāgelicæ historicæ contextus multis modis proponi atque tractari. Primò, aliquando breuiſſimè exponitur totum Euangelium per modum Paraphraſis cuiusdā, quod aliqui prætermittere nunquam ſolent, ſed niſi valde preſſè fiat referendo ſumma capita, & cum lepore & claritate poſſet eſſe moleſtum, niſi propria loci & auditorum ratio id poſtulet. Nā in paruis oppidis & gratiſſimum ſolet, & commodiſſimum eſſe, rudiores enim hoc modo faciliè historias Euangelicas diſcunt. Secundò, alias Euangelium totum percurritur & explicatur per modum Homiliæ, quæ eſt quaſi ſermo valde familiaris, & tanquam patris ad ſuam familiam, adhibendo aliquas licet modicas amplificaciones, & exhortaciones, vt faciunt multi Patres, Auguſtinus, Greg. Chryſ. in Homilijs & plerique alij.

Secundò Homilia.

Solet

Solet autem hæc ratio, habere tres partes; primò præparationem per modum exordij disponentis auditorem; secundò partem didacticam, in qua docetur aliquid circa sensum literalem; tertio exhortationem morum, cum aliqua præcantiuncula ad Deum cum se se offert occasio. Tertio, distribuimus in aliquot membra totum Euangelium, ac per se, singula consideramus; & quodlibet membrum habet suas distinctas considerationes, & doctrinam morum, etiamsi inter se non habeant connexionem. Hic modus sua varietate potest aliquo modo delectare, præsertim cum in multiplici argumento facile sit, quedam in singulis partibus spectabiliora inuenire: sed non videtur valde utilis si multum varietur, cum populus magis detineatur ostentatione illa variarum mercium, quàm fructu pascatur. Multi hanc viam sequuntur, quia facilis est, nec indiget magno ingenio: sine magno enim negotio licet ex aliqua catena Euangelij decerpere, vnde concio eiusmodi statim coaceruetur. Quartò, videtur habere plus grauitatis & ingenij, si instituat de vna quapiam re disputatio, eaque tractetur per aliquas considerationes ex ipso Euangelij contextu cratas ad vnam eandemque doctrinam pertinentes. Habet hic modus commoditatem multiplicem; Nam & aliquot Euangelij partes explicantur suis locis, & proponitur tractatio vna bene contexta, atque ordinata, suis constans & absoluta partibus. Ad hæc facile amplificationes recipit, & affectuum per motionem, vnde & persuasio in qua est finis nostri Oratoris, existit. Denique hic modus est doctis, iuxta ac rudibus valde accommodatus; sit exemplum in tertia Dominica Quadragesimæ: Posset hic agi de regno tyranico Dæmonis, de quo Euangelium loquitur, & tria occurrunt, primò nomina huius tyranici, dicitur enim in Euangelio Dæmonium mutum, fortis armatus, & spiritus immundus; secundò, locus vbi exercet suam tyrannidem, qui est mundus & anima peccatrix, qui locus in Euangelio tribus etiam nominibus exprimitur, vocat enim eum ibi Christus regnum schismaticum ac diuisum, atrium, & domum vacantem, scopis mundatam, & ornatam; tertio modi quibus regnat, qui etiam sunt triplices, scilicet vt reddat suos subditos cacos, surdos, ac mutos. Quintò, sæpe ipsa Euangelica historia habet suam methodum & partitionem, vt in Euangelio Epulonis satis bona methodus, & forma concionis est, si de culpa & pœna diuitis Epulonis agatur, deque patientia Lazari in vita, & requie in morte: vel ita dicamus; tria hic

Tertio Distributio Euangelij in capitula.

Quartò Reductio Euangelij ad vnum aliquod capitulum.

Quintò Methodus ex ipso Euangelio.

Luc. 16.

K k 4 docen-

docentur, primò vtriusque conuersatio in vita præfenti; secundò veriusque migratio; tertio vtriusque status post hanc vitam.

Sicut in Dominica prima post Epiphan. diuidam Concionem in tria membra; in primo considerabo Christum à parentibus amissum; in secundo Christum quæsitum, in tertio Christum inuentum. Sextò nonnunquam potest sumi vna quæpiam in Euangelio sententia, & ordinari concio examinando verba, thematis; exempli gratia sit sententia, Diliges Dominum Dei tuum ex toto corde. De tribus possum dicere; primo de acta dilectionis ex præcepto, super verbo diliges; secundo de obiecto diligendo, qui est Dominus, & Deus, & tuus; tertio de modo dilectionis, scilicet ex toto corde, tota mente, &c. Si velim

agere de confessionis conditionibus super illo themate, tres ostendite vos Sacerdotibus, proponam quatuor quæ his verbis innuuntur; primo, Ite, significat accelerandam esse confessionem, & non prorogandam; secundo, ostendite, docet simplicitatem ac sinceritatem in confessione tenendam; tertio, vos, accusationem sui, non excusationem peccati, neque aliorum culpam aperiendam; quarto, Sacerdotibus, obedientiam præcipit confessario præstandam. Item in illa verba, quarite primum Regnum Dei & iustitiam eius, & hæc omnia adiciuntur vobis; explicabo quid nomine Regni Dei intelligatur, videlicet gloria Dei, & nostra futura beatitudo; secundo quæ sit iustitia Regni huius, tertio quomodo primum quærendum sit Regnum Dei & iustitia eius, quia hæc prima ac summa sunt; quarto ut omnia terrena sint additamenta & adiuncta quædam minimè æstimanda. Eodem modo: Estote prudentes sicut serpentes & simplices sicut columbæ, agam de simplicitate prudente; secundo de prudentia simplici; hanc methodum seruant in multis sermonibus D. Thomas, Bonau. Bernard. Septimò tota historia Euangelica vel maior pars, potest referri & trahi ad vnâ aliquam sententiam præcipuam Euangelij, vt in Euangelio Lazari, Ecce quem amas infirmatur, de Christi amore in Lazarum, quem amorem agnoscimus ex testimonijs tum Sororum, & Euangelistæ, & ipsiusmet Christi, tum Iudæorum, & sollicitudine & alijs, vt sunt lachrymæ Christi, ex affectu vocis resuscitantis. Octauò, nonnunquam vna sola vox, quæ in Scripturis vario modo accipitur, vel in bonam partem, vel in malam, occasionem præbet, vt methodum certam sequamur: verbi gratia in festo D. Iacobi, in verba Calicem meum bibetis, potest fieri sermo de duplici Calice de quo Scripturæ agunt, scilicet Mundi

Luc. 2.
Sextò vna
sententia E-
uangelij po-
test sumi.

Matth. 2.

Luc. 17.

Matth. 6.

Matt. 10.

Septimò ad
vnâ sententiã
totum Euan-
gelium.

Ioan. 11.

Octauò ex
vna voce to-
tum Euan-
gelium potest
referri.

Mundi vel Babylonis, & Christi, sic in Euangelio Samaritana de duplici sapientia Mundi, & Dei, sub simbolo aquæ cum in Scripturis utrumque significet, & sic de duplici ira bona & mala in Euangelio, Ego dico vobis non irasci. Eodem modo super Euangelio: Erat nauis in medio mari, posset considerari nauis vel vt Ecclesiam figurat, vel vt animam. D. Bernard. Septem panes quos Christus multiplicauit, docet esse miserationes Dei septem. Nonò, animaduertendum est quis sit præcipuus Euangelij scopus, & finis, & de eo potest agi, & tunc explicabuntur partes aliquæ Euangelij circa illum, verbi gratia in primo die Cinerum intendit Christus docere intentionem rectam, quam in omnibus operibus tenere debeamus. De hac potest haberi Concio, & optima methodus erit illa quam ipsum tenet Euangelium, dū de mala docet, Nolite fieri sicut hypocritæ tristes, & nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, de bona autē, tu autem cum ieiunas, unge caput & thesaurizate thesauros in celo. Decimò in parabolis nō est difficilis via, primò venari & explicare oportet scopum parabolæ, Secundò philosophari ex symbolica theologia exponendo similitudinem parabolæ, cum re quam involuit, vt verbi Dei cum semine, Christi cum vite, Dei cum sole. Tertiò applicare ad mores, & ad persuadendum quod Christus intendit. Vndecimò aliquando locus Euangelij habet diuersas expositiones Patrum, & methodus poterit esse ipsa loci tractatio secundum diuersas expositiones. V.g. Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Scribarum, quoniam dupliciter interpretes exponunt, agam de iustitiâ Christianâ excellentia dupliciter, primò quam debeat Iustitia Euangelica, sicam iustitiam Phariseorum & hypocrisim superare, Deinde quam antecellere etiam debeat iustitia Christiana, iustitia Veteris legis. Duodecimò, ex Euangelio potest sumi occasio tractandi aliquam materiam, prout populi necessitas exiger. Itaque frequenter Sanctos Patres in suis ad populum concionibus, factitare videmus qui opportunitatem de necessarijs rebus agendi, non tam ex Euangelij cursu expectant, quam ex ipsa populi necessitate captant. V.g. super Euangelio. Quis ex vobis arguet me de peccato, possem agere de confessione: In Euangelio Dominicæ quartæ in quadragesima de misericordia: de penitentia, super Viri Ninuute surgent & cat. Quod si fortè res qua tractatur ab Euangelica historia valde discederet, ratio reddenda esset, cur ea de re agat, ne videretur Concionator iudicio peccare. Decimotertiò, Denique potest Concionator primò

Matth. 10.

Serm. 2. de Eu. 7. panum.

Nonò Circa scopū Euangelij.

Matth. 5.

Decimò in parabolis similitudinem collatio.

Vndecimò Ordo iuxta diuersas expositiones.

Matth. 5.

Duodecimò Materia.

Ioan. 8.

Matth. 12.

Decimoter-
tio locus ali-
quis commu-
nis.

primò totam Evangelicam historiam breui explicatione per-
currere, secundò aggredi locum aliquem communem, vtilem
immorando in rebus maioris ponderis, ea enim in quibus im-
moramur melius harent. Cicero monet Oratorem, vt cum na-
tus fuerit aliquem locum firmissimum suæ causæ, in eo commo-
retur, in eum omnes ingenij neruos intendant, tertio descendat
& applicet ad particularia; Alloquatur, peccatores terreat, bo-
nos consoletur, hortetur, affectus moueat prout materia exi-
git. Quarto ad perorationem veniat, per aliquam amplificatio-
nem, & exhortationem.

Dispositiones varia concionum vniuerse loquendo.

Cap. V.

Primò thesi-
cum hypo-
thesi.

Annotabo hic aliquas formas, & dispositiones cõmunes,
quæ diuersis concionibus, vt occasio sese offert iudicio
Concionatoris applicari possunt, in quocunque sint genere siue
habeatur concio de Evangelio, siue de qualibet materia. Pri-
mus modus esse poterit vt primo loco tractetur thesis aliqua
vniuersalis, secundo descendatur ad hypothesim V.g. de ieiunio
loquar in genere, deinde de ieiunio quadragesimali. Thesi ser-
uiunt loci communes, hypothesi multæ circumstantiæ particu-
lares. Secundò in plerisque locis possum sequi ordinem quatuor
causarum: probandum mihi est V.g. animam nostram debere
in omnibus Deo adherere, & ad Deum confugere, & à Deo pen-
dere ex illo themate, Mihi autem adherere Deo bonum est,
ostendam id, primo quia Deus est sola causa & principium ani-
mæ nostræ, quare opus habet pendere à causa sua, secundo quia
est finis noster ad quem semper tendere debemus, tertio quia
anima rationalis vt imago Dei debet continuum relationem
ad Deum representatum habere, ad eum conuersa esse eum
spectare semper; quarto ex parte causæ materialis, quod mul-
tas ob miserias ope Dei indigemus. Sic locuturus de Ecclesia
vel Regno Dei examinabo has easdem quatuor causas. Tertio,
Aliquando potest materia tractari hoc ordine, vt primò dicantur
ea quæ ad essentiam rei pertinent, secundo quæ ad circum-
stantias & accidentia: V.g. in mysterio Incarnationis & Nati-
uitatis, primo ipsum mysterium Verbi incarnati, quantum ad
vniõnem, & assumptionem, secundo circumstantia loci, tempo-
ris, modi. Sic de confessione, & sacramentis, primo essentia
confessionis & præcepti, secundo modus & circumstantia con-
fessio-

Secundò or-
do quatuor
causarum.

Tertio quæ
ad substantiã
& quæ ad cir-
cunstancias.

passionis. Sic de iudicio vniuersali & particulari. Quarto, vbi
 aliquis actus ex diuersis obiectis potest considerari, vt locutu-
 rus de misericordia Dei, tractabo de triplici eius misericor-
 dia, scilicet in peccatores, Penitentes, & Iustos planè multipli-
 ti. Super verba, Reddite quæ sunt Dei Deo, dicam quid Deo,
 quid proximis, quid nobis debeamus reddere. Quinto si virtus
 vel actio bona sit suadenda, ex multis locis & argumentis, qua
 valent ad hoc, assumam ferè tria efficaciora, vt si velim persua-
 dere Eleemosynam dicam primò quàm ea nos Deo similes red-
 dat, secundo quàm sit homini propria, & conueniens maximè
 homini Christiano, tertio quantis priuilegijs cumuletur à Deo
 in presenti & futura vita. Sum concionaturus de ieiunio qua-
 dragimali assumam tria capita examinanda, ex multis quæ
 legi in scripturis, & apud Sanctos Patres, scilicet antiquitatè,
 necessitatè, ac vtilitatè. Sexto posset proponi materia tra-
 ctanda per modum quaestionis; & circa eam possem diuersas
 afferre sententias, non dico quaestiones scholasticas, abstrusas,
 & acutas, neque opiniones scholasticorum diuersas, nam hoc
 nullo modo esse faciendum in concionibus ad populū satis ali-
 bi monuimus, sed possum imitari ipsorum ordinem. V.g. ago
 de causa peccati, dicam aliquos referre ad influxus cælorum,
 aliquos ad malam complexionem, alios ad malam educatio-
 nem, alios ad tentationes demonum, & tamen veram causam
 alijs confutatis dicam esse malam hominis voluntatè. Si pro-
 ponatur quaestio de causa tribulationum, non est fortuna vel ca-
 sus, vel fatum, non sunt causæ naturales, non Dæmones, non
 semper peccata, sed Deus ipse est qui immittit. Septimò cum
 ago de aliqua virtute, aut vicio ex multis de quibus disputant
 Theologi & Philosophi, vt sunt nomina diuersa, natura, spe-
 cies, gradus, actus, proprietates, indicia, causæ, effectus, con-
 traria, remedia, seligam duo vel tria, quæ tractem, V.g. de ef-
 fectibus Sacramenti in illa verba, qui manducat me, viuert pro-
 pter me. De effectibus Orationis, multum valet deprecatio iu-
 sti assidua. De causis & conuenientia passionis Christi: oportet
 exaltari filium hominis. De gradibus humilitatis & peccati
 alicuius. De speciebus gulæ, ac superbiæ. De triplici iusti-
 tia commutatiua, distributiua, & punitiua in iudicibus. De di-
 uersis nominibus Spiritus Sancti, quæ eius proprietates & affe-
 ctus significant. Octauò aliquando acturus de aliquo subiecto,
 sicut dixi de sententia ex Euangelio supra, eligam vnam ali-
 quam sententiam & thema scripturæ, & colligam ordinem ex
 eius

Quarto actio
 aliqua.

Matt. 22.
 Quinto Eli-
 gere aliquot
 argumenta
 præcipua.

Sexto Quo-
 stio cum sen-
 tentijs.

Septimò Ex
 tota doctri-
 na pauca ca-
 pita.

Ioan. 6.
 Iacob. 5.
 Ioan. 3.

Octauò Sen-
 tentia scri-
 pturæ expli-
 cado verba.

eius

Gen. 17.

eius verbis V.g. sum acturus de memoria Dei continua & eha
praesentia ob oculos mentis habenda, sumam verba, ego sum.
Deus omnipotens, hoc primo loco examinabo, secundo. Am-
bula coram me, quid hoc sit, tertio & esto perfectus, quantum
in hoc exercitio inest perfectionis. Sic de iudicio Dei futuro

Sap. 3.

verba Salomonis sufficientem habent methodum: Accipiet ar-
maturam zelus illius, induet pro Thorace iustitiam, pro galea
iudicium certum, acuet diram iram in lanceam ubi exponam
quatuor considerationes, & hic modus tractandi & ordinandi

Nono Ali-
quid per si-
militudine &
allegoriam.

concionem est facilis, est grauis, est utilis. Nono potest cono-
tota saepe continere vnã aliquam similitudinem, quæ rem po-
nat ante oculos vel parabolam vel allegoriam, vel actum ali-
quem humanum, & per considerationem earum rerum con-
derabo aliquid spirituale, vt si de confessione agam tanquam
de medicina, ubi consideratur medicus qui est confessarius, in-
firmus id est penitens, Morbi, peccata, ac medicina remedia,
& poenitentia peccatorum, vt considerat Guglielmus Parisien-
sis, vel vt est medium pacis & reconciliationis, quam Sacer-
dos vt arbiter facit inter Deum & peccatorem, vt est apud eum
dem, sic in die resurrectionis describam arcum triumphalem
in sepulchro vnde Christus surrexit, sumpto themate ex Isaia,
& erit sepulchrum eius gloriosum. Sic iudiciũ vniuersale pro-
ponam sub Symbolo libri signati septem sigillis, quæ tunc ape-
rientur. Sic de poenitentia describam exercitum Dei expugna-
tem ciuitatem peccati. De oratione acturus dicam eam esse
mercaturam & negotiationem, maximè nobilem, homini pro-
priam, & lucri plenam. Lege apud D. Bernar. parabolam de
filio Regis, ubi ad similitudinem parabolæ filij prodigi, de-
scribitur aliquis defecisse a Deo, & graphice describuntur om-
nia quæ concurrunt ad eius reductionem, incipiendo a timore
vsque ad charitatem, & quomodo pater cælestis eum in suam
amicitiam receperit. Solet hæc methodus esse grata, & redde-
re attentum auditorem si aptè describatur. Quamquam pro-
banda non videtur quorundam sollicitudo, qui nisi huiusmodi
aliquod simulacrum reperiant existimant se nihil reperisse.

Cap. 11.
Apoc. 1.

Decimo non erit valde a superiore absimilis qui sequitur mo-
dus, tamen quia materia distinguuntur placet separare. Is est
si proponatur ante oculos mentis aliqua pictura, siue aliquod
emblemata, siue imago, in qua describantur quæ alicui rei spiri-
tualis conueniant, sicut Ezechiel vidit statum viri perfecti, &
Apostolici sub figura quadruplicis animalis habentis quatuor
facies

Decimo Ali-
qua pictura
vel Emble-
mata.

Cap. 1

Apostolici sub figura quadruplicis animalis habentis quatuor
facies

facies quæ significant quatuor proprietates viri spiritualis, sic Chrysoft. fusè & graphicè auaritiã describit. Tertull. ingeniosè describit imaginem patientiæ: Bernar. ponit quadrigam auaritiæ, ac superbiæ, vbi explicat & rotas & equos, & Aurigam, sic ego si velim agere de qualitatibus Christiani Sacerdotis proponam Aaronem indutum vestibus suis, quibus utebatur cum ingrediebatur in Sanctuarium, quæ vestes optimè representant virtutes boni Sacerdotis, eodemque modo possunt excogitari emblemata, & imagines variæ virtutum ac vitiorum. Ita fieri potest concio aduersus mundum sub typo infamis Ciuitatis habentis suum regem, suos milites, suos muros, plateas, vias, hortos, fontes, suas scholas, sua tribunalia, suas leges. Undecimò potest describi & ornari aliquando in tota concione egregium aliquod exemplum, & historia grauis & accommodata ad persuadendum quod volumus. Sit mihi futura concio de obedientia quam præceptis Dei debemus, tractabo de obedientia Abrahæ in immolando filio, vbi non deerunt multæ circumstantiæ considerandæ, quæ omnia applicanda sunt ita vt populum ad obedientiam præceptorum inducam, V.g. præcepti grauitas & difficultas, Abrahæ promptitudo & filij, proponam Angelum monentem, præmium obedientiæ & alia. Abundat nostra Ecclesia illustrium virorum ac mulierum exemplis. Duodecimò, Potest tractari aliqua concio per Symbolicam theologiam, quæ applicat rebus spiritualibus corporata & sensibilia, sicut sæpe Scriptura sacra facit, vt cum dicitur: Ego sum lux Mundi. Vos estis sal terræ, tunc enim inuentis proprietatibus lucis, salis, petriæ &c. optimè philosophari licebit, quam theologiam multi Patres sequuti sunt: ita loquar de sapientia super thematè: quatuor sunt minima terræ, & ipsa sunt sapientiora sapientibus, explicando ex his quatuor munera sapientiæ diuina. Decimotertiò, Possumus vnã scripturam cum alia cõferre, vbi explicamus aliquam doctrinam, præsertim iungendo nouum testamentum cum vetere vt simus ei similes qui profert de thesauro suo noua & vetera, vt quod est prædictum in illo, in hoc ostendamus impletum, & figuram figurato optimè respondere, vt si Sacramentum Eucharistiæ exponam sub figura manna, vel Christum crucifixum sub figura aëni serpētis. Decimoquartò, Potest tractari aliqua doctrina tanquam paradoxum aliquod, sicut D. Chrysoft. scribit librum, quod nemo læditur nisi à seipso, & S. Ambrosius quod solus sapiens liber, & quod solus sapiens diues. Sic possum dicere maiorè esse libertatem

In Matt. Hom. 29. de Patient.

Vndecimò exemplū vel historia.

Duodecimò, Symbolica Theologia.

Ioan. 8. Matth. 5. Prou. 30.

Decimotertio Paradoxum.

Decimoquarto Ethymologia nominis.

ratem Ioannis Baptista in carcere positi & ligati, quam Herodis in suo regali solio, & medicitatem Lazari esse diuitias, opes Epulonis esse mendicitatem, vbi oportebit remouere difficultates quæ apparent, & veritatem firmis argumentis stabilire in exemplorum, tum scripturarum; Felix est & insignis in huiusmodi rerum tractatione Chrysoftomus, & ipse maxime poterit exemplo esse. Decimoquintò, etiam ipsa Ethymologia nominis præbebit non materiam solum, sed etiam ordinem quem tenere debeam, vt si locuturus de Ioanne sumam thema Ioannes est nomen eius. Vbi primò dicerem, iam esse tempus gratiæ Euangelicæ, cum hæcenus fuerit lex quæ gratiam non dabat, & hic erit locus communis; Differentia scilicet inter legem veterem ac nouam, cuius præ foribus adstat Ioannes gratiam præferens, cuius imaginis pulchritudinem depingam. Secundo ostendam quanta fuerit in Ioanne diuina gratia, tum viuendo sanctè, tum occumbendo fortiter. Tertiò dicerem ad morum institutionem debere nos omni operi nostro, hoc nomen imponere, vt etiam Ioannes sit nomen eius, totū Deo attribuamus, nequaquam nobis. Sic si super nomen Iesu velim tractare ostendam quod Christus quantus quantus est, Saluator est totus, in verbis, actionibus, oculis, manibus, cogitationibus, habitu, doctrina, morte, Sacramentis, semper & vbique saluat nec aliud habet munus. Decimosexto, solet arridere nonnunquā vt quasi dialogus fiat in ipsa concione. Grauis Concionator olim solebat introducere D. Paulum, & aliquem Corinthium, V. g. vel Ephesium vel Romanum vnum interrogantem, respondentem alterum; Qui dialogus potest dupliciter fieri, primò vt solus Concionator loquatur, referens colloquiū inter personas quas inducit, vel verè habitum, vel suo ingenio factum. Secundo vt ipsæ personæ loquentes introducantur, vt fecit Gerson in dialogo vbi exponit cantica canticorum. Si quis in die Annuntiationis vellet vti hoc modo, posset inducere in prima parte colloquentes Angelum & Christianum hominem, vt Christianus quærat, Angelus incarnati verbi mysterium explicet, & in Secunda parte concionis, rursus Gabrielem, & Mariam vt habet Euangelij historia. Hic tamen concionandi modus habet difficultatem quia oportet maxima prudentia vti, ad seruandū decorum personarum, ac rerum cum grauitate loci. Si quando placet Oratori vti hac methodo meminerit vbique se Oratorem sacrum agere, non poetam, & in templo non in theatro in suggestu non in Scæna versari.

Partis

Decimoquin-
tò Concor-
dia vel Con-
ciliatio Scri-
pturarum.

Luc. 1.

Decimosex-
to Dialogus.

Partes Concionis & Exordiorum ratio. Cap. VI.

Partes Orationis quas integrantes vocamus quanquam ad inuentionem aliquo modo pertineant, cum in singulis partibus inuentionem rerum locum habeat, quia tamen ordinem ex sese continent, & efficiunt, ad dispositionem merito referuntur. Solent autem ab artis Rhetoricæ professoribus enumerari sex orationis partes, Exordium, Propositio, cui annectitur Diuisio, Narratio, Confirmatio, Confutatio, Peroratio, sapienter autem docet Aristoteles ex his partibus, necessarias, dumtaxat propositionem ac probationem, ceteras interdum pro ratione Orationum posse abesse: quod multo magis est verum in Ecclesiasticis huius tractatibus nostris, in quibus raro habet locum narratio, quæ proprie distincta pars sit: rarius confutatio, sæpe & superuacaneum Exordium est, cum res ipsæ de quibus agitur materia sua tam graues sint, vt ipsæ per se & attentum, & beneuolum, & docilem satis reddant auditorem, quarum rerum gratia exordia præmitti solent. His adde quod & Aristoteles, & Cicero & alij in deliberationibus, quo plerumque in genere nos versamur, eandem ob causam quod auditor suapte sponte paratus accedat, aut nulla exigant exordia, aut quam breuissima. Itaque multo frequentius licebit nobis exordia abstinere. Si quis etiam ab Euangelij narratione alicubi incipiendum censeat, illa loco exordij satis est, vt scilicet post breuè paraphrasim propositis capitibus rei explicandæ, statim confirmationem aggrediatur. Patres sapissimè nullo vtuntur, Sanctus autem Chrysost. etiam purgare se aliquando coactus est, quod longioribus vteretur. Sunt qui docent. Exordium post totam præparatam concionem excogitandum esse, quia cum debeat esse ex proprijs, & nasci ex visceribus causæ, melius poterit cõtioni aptari, ita videtur sentire Antonius seu Cicero, secundò de Orat. quanquam Fabius id ait debere obseruari quantum ad inuentionem, vt post alia omnia inuenta de exordio cogitentur, quamuis primo loco scribendum putet exordium. Nostrorum concionum exordia maximè eo diriguntur, vt dociles faciant Auditores, tamen etiam beneuolentia & attentio sæpe captanda est.

Exordium debet esse breue. Est enim vitium facile, cuius notabile prolixitas eius. Præterea etiam inde præfagiunt ipsam concionem longiorem futuram quod attentioni & beneuolentia

Exordium nõ
semper ne-
cessarium.

An exordium
parandum an-
te alias par-
tes.

Breue.

tia

- Proprium.** *tiæ conciliandæ multum solet officere. Debet esse proprium, vt iam dicebam, & ex causâ visceribus natum, non commune omnibus concionibus, seu vulgare, sed bene coherens materiæ tractandæ, & non separatam, sed quod eius dignitatem & utilitatem aperiat. Contra quâ faciunt multi qui volumina exordiorum habent, ex quibus modo hæc, modo illa suis concionibus assuunt; Debet esse graue, modestum, ac verecundum, nam sese audacem statim ostendere, vitium est contra naturam exordij abalienans auditores, cum facere beneuolos debeat. Nam cum omne vitium in Concionatore offendat, maximè offendit audacia, quia argumentum est ipsum de se alte sentire, & auditores quasi turbam contemnere. Cicero exordium inquit sententiarum & granitatis plurimum debet habere, & omnino omnia quæ pertinent ad dignitatem in se continere, proptereaque id optimè faciendum est quod oratorem auditori maximè commendat, splendoris & festiuitatis & concinnitudinis minimum, propterea quod ex his suspicio quædam apparatoris, & artificiosæ diligentia nascitur quæ maximè orationi fidem, Oratori adimit authoritatem. Sic Cicero; quid nos dicemus, momenti habere in Concionatore Christiano, si tantum Cicero habere in ciuili oratore existimauit? tamen videmus iam apud multos peruersum quandam morem inductum, vt exordia sint omnino magnificentia elocutionis adornata, nitore sententiarum egregiè perpolita, verba sonora, & sesquipedalia contineant, & multo ornatiora, & magis apparata quàm reliquæ sint concionis partes, vt videantur exordia, apud aliquos solum ad speciosam fieri ostentationem, & esse holosericum quoddam late splendens frustum, vulgari panno assutum, denique in atrum desinens piscem, mulier formosa supernè. Videtur autem vtile in exordio sub finem significare quem fructum ex ea concione colligere oporteat, sibi que & populo scopum qui spectandus sit, a Concionatore præstitui, quod supra monuimus, nec piguit vt rem magni momenti in memoriam iterum reuocare, vt hoc ipsum in concione ipsa reuoluat sapius mente, quod & fieri potest per apostrophem ad Deum petendo vt ad eum scopum omnes præparet ac perducatur.*
- Loci Exordiorum.** *Loci ex quibus exordia solent duci sunt, res ipsa de qua agendum est, ostendendo eius dignitatem ac necessitatem, & quid eius cognitio nobis emolumenti sit allatura, ratio temporis, loci, personarum quæ sunt audituræ, persona dicentis. A circumspectantia personarum. Greg. Nazian. facturus verba de cura pauperum*
- Lib. 1. de Inuen.**
- In eos qui nimis ornate exordiuntur.*

perum habenda initium sumit: Viri inquit fratres & commenda-
 tici, omnes enim pauperes sumus, ac diuina gratia indigi, ta-
 meti alius aliu præcedere videatur, hunc de pauperum amo-
 re sermonem accipite. Chrystomus à loco Flauiani Episcopi
 orditur laudem, quoties, ait, ad Sedem hanc derelictam & ma-
 gistro vacuam respicio, simul & doleo, & gaudeo, doleo quod
 abesse video patrem, gaudeo quod pro salute nostra profectus
 sit: A laude vel gratiarum actione. Chrysoft. saepe in suis homi-
 lijs laudat auditores, quod alacriter ad res diuinas audiendas
 conuenirent. Sape etiam exorditur à laudatione Sacrae scriptu-
 ra, quam nunc dicit esse epistolam Dei ad nos missam, inde col-
 ligens quo pacto audienda sit: nunc pretiosum thesaurum, nunc
 spirituale conuiuium. Est locus hic à laude Sacrae scripturae &
 Verbi diuini grauis & vtilis, & saepe aptus. Potest autem in-
 terdum ipse diuinus Scriptor ex quo concionis thema desumit-
 ur, laudari. D. Petrus prædicaturus Christum, multitudini tu-
 multuanti, non statim incipit à prophetia loelis, sed prius remo-
 uet falsum rumorem, à quibusdam sparsum eos qui varijs lin-
 guis loquebantur multo plenos delirare. Viri, ait, Iudæi & qui
 habitatis Hierusalem (hac appellatione captat beneuolentiam,
 erat enim hæc popularis appellatio) notum vobis sit & auri-
 bus percipite verba mea, sic attentionem facit, non enim hi ebrj
 sunt. Ab aliquo interdum euentu incipitur, nonnunquam ab im-
 pedimento quo minus auditores prompto animo audiant, sub-
 mouendo illud statim in exordio sicut fecit D. Chrysoft. in ho-
 mil. quod nemo læditur nisi à se ipso, quia enim quod erat tra-
 ctaturus videbatur paradoxum & improbabile, ob id hinc exor-
 dium sumens ita loquitur. Scio quod crassioribus quibusque &
 presentis vitæ illecebris inhiantibus nouus videatur hic sermo
 molter ac mirus, & deridebunt nos fortasse, si tamen paululum
 nobis patientiæ tribuant hi quibus absurda videntur quæ lo-
 quimur, ipsi postmodum palinodiam canent. Sic acturus contra
 frequentiam iurandi, sumit initium ex Christi verbis, Sit, ait, ser-
 mo vester est, est, non, non, vt inter Christianos tanta sit fides
 tantaque simplicitas, vt nunquam sit opus iureiurando. nisi ad
 necessitatem veritatis, reuerentia adigamur. D. Basilijus popu-
 lum exhortaturus ad placandum Deum iratum incipit ab illa
 sententia. Leo rugiet quis non timebit? Deus locutus est, &
 quis non prophetabit? Aliquando aliqua prophetia, seu figura
 veteris testamenti breuiter accommodata rebus tractandis lo-
 cum exordij habere poterit. Non nunquam aliquod axioma,

Homil. 3.
ad pop.
Anth.

Hom. 1. in
Genes.

Act. 2.

Hom. ne-
mo lædi-
tur, nisi
à seipso.

Orat. de Iu-
ramento.

Amos 3.

L 1 & com-

& communis doctrina Theologorum, aut Philosophorum si ad rem valde faciat, vel etiam commune prouerbum idem presbit modo non sit sententia difficilis aut longa. Non tamen placet vt exordium sumatur ab aliqua fabella, vel faceta quapiam re, cum debeat habere plus grauitatis, quam leporis & festiuitatis. Nonnunquam in causa graui, & tragica principium sumi potest ex abrupto, sicut Dauid. Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? & alibi: Quid gloriaris in malitia qui potens es in iniquitate? Isaias ab exclamatione & contestatione cœli & terræ orditur in re grauissima. Audite cœli & auribus percipe terra, filios enutriui, &c. Potest exordium sumi ab aliqua parabola, vel exemplo, vel historia. Si velimus hortari vt peccatum vel contagium mali statim propellamus à nobis, referri poterit historia ex Actibus de vipera manui Pauli adhærente, quam ille statim in igne excussit, ita nos principium veneni à nobis abijciamus antequam cor & viscera penetret. Hodie solet esse maximè vsitatum ab aliqua similitudine principium concionis facere, quæ faciat ad rei tractandæ eodem modam explicationem V. g. in die Sexagesimæ vbi Euangelium est de verbo Dei, possum dicere meritò Verbum Dei in scripturis, alias comparari pluuiæ, igni, malleo, &c. hodie verò semini. In die Purificationis possum ostendere historiam huius diei representare nobis cœlum quoddam vbi Christus velut Sol clarissimus splendeat, Luna Maria, stellæ Simeon & Anna prophetissa. In prima Dominica Aduentus sicut quæ in morte hominis contingunt, non solum terrent infirmum, sed etiam circumstantes, ita in mundi consumatione &c. In festo S. Crucis posset introduci similitudo de Insignibus principum, quæ ipsorum causa & respectu honorantur, Christi autem insigne, crux est. In die primo Quadragesimæ Chrysostr. sic orditur. Iucundum quidem est nautis ver, iucundum etiam agricolis, sed neque nautis, neque agricolis ita iucundum est veris tempus, vt his qui philosophari volunt, iucundi sunt ieiuniorum dies, spirituale animarum ver, & fidelissima tranquillitas, non tamen placet vt eandem semper teneamus exordiendi formam, vt faciunt quidam semper ab simili ordientes. Qui solent vt introductione in concionibus possunt eam loco exordij adhibere, sicut idem Chrysostr. interpretatur psal. ad te Domine leuavi oculos meos, exordium sumit ab eo quod vtile sit premi aduersitatibus. In festo dedicationis templi possum ordiri à cultu Dei ad id enim templa sunt ædificata. Quando conciones sunt de Euangelio pos-

Exordium ex abrupto.

Psal. 2.

Psal. 51.

Cap. 1.

Act. 28.

Exordium ex similitudine.

Luc. 8.

Hom. 2. in *Genesim.*

Psal. 122.

sane loco exordij colligi summa capita totius Euāgelij, vel cer-
 tē ea quæ explicanda suscipiuntur. Eset etiā bona exordij for-
 ma si in ipso exordio fieret ratiocinatio quædam Rhetorica cō-
 stans ex propositione, ratione, assumptione confirmata ratione,
 & conclusione, præsertim quando huiusmodi argumentatio es-
 set quasi quædam introductio parans viam ad quæstionem no-
 stram, & statum ipsius concionis. Denique commodus & faci-
 lis exordij modus est paucis aliquot sententijs grauiter enun-
 ciatis, ea quæ tractanda sunt describere breuiter, ac dilucidē
 adhibita aliqua figura Rhetorica, & significando in illa dictio-
 ne aliquod saltem principiū motus, ad quod valebit si aliquan-
 do ad Deum precantiuncula, vel ad B. Virginem vel Sanctorum
 aliquem adiungatur: Nonnunquam habebit locum exordij ip-
 sa simplex propositio, vel diuisio futuræ concionis, quod in con-
 cionibus ad principes magnos, & auditores admodum sapien-
 tes solet sæpe laudari. Duo vel tria hodie tractabimus expli-
 cando illa, & paucula verba addendo si opus sit ad attentionē
 conciliandam. D. Chrysostr. sæpe loco exordij ponit simplicem
 propositionem rei de qua est acturus. Homil. quæ est de humi-
 litate. Ne altum sapiamus, inquit, o homines, ne inflemur, cum
 simus cinis, & puluis, fumus & umbra; Homilia contra dedi-
 tos delicijs, dicam, ait quot molestias habeant delicijs inhæren-
 tes. Insinuationes, vt Rethores vocant in exordijs nostris lo-
 cum per raro habent. In genere tamen purgatiuo sæpe sunt ne-
 cessariæ, præsertim cum apud infideles dicendum est, hi enim
 quoniam præoccupati sunt prauis opinionibus, voluntate quo-
 que plerumque ab Oratore alieni, prudenti insinuatione sunt
 preparandi, vt & beneuole audire velint, & animum interim
 velut in æquo constituent iudicaturi cum audierint. Ad quæ
 efficaciter præstanda nihil validius quidem dici posse credide-
 rim quā id quod sæpe inculcamus, quia valet ad omnia vt Con-
 cionator charitate Christi plenus sit, illa docet, illa vrget, illa
 efficit, ex pleno enim & æstuantis pectore emicant flammæ, quæ
 obuia quæque corda apprehendunt, verèq; replicatur illud, si
 vis amari, ama. Sunt interdum necessariæ insinuationes apud
 ipsos quoque fideles si agendum sit aduersus aliquod vitium,
 quod vel latè pateat, vel inueteratum sit, vel non perinde æsti-
 metur vt debet, vt si factiones in Ciuitate essent, vel cum osten-
 dendum est iniuriam condonare maximi animi, maximèq; ho-
 nestam rem, & gloriosam esse. Si qua re populum Conciona-
 tor offendisset, vel alia causa haud satis haberet propitium,

L 1 2 magne

Homil. ad
Pop. Ant.
38.Ad Pop.
Ant. 55.Homil.
Insinuatio.quædam
quædam

magnæ est prudentiæ, videre quomodo satisfaciendum sit. Sæpe enim ipsum de ea re silentium, & constantia in prosequendâ concionibus animo simplici, atque composito genus est infimationis acerrimum, & artificium sapientia Christiana dignissimum.

Stylus exordij, non fit nimis elaboratus.

Compositio ac stylus exordiorum debet habere genus dicendi moderatum, nec debet esse ut diximus nimis elaboratum ac numerosum, ut faciunt hac ætate non pauci, qui etiam si alias partes simplici stylo tractent, tamen exordia ad exquisitam elegantiam comitant, & peccant; sunt qui & venustam descriptionem vel solis vel Auroræ, vel prati floridi, aut speciosa arboris, aut etiam laudati animalis statim ante oculos ponunt, quæ quàm sophistarum seseque venditantium declamatorum exordij apta sunt; tam abhorrent à vera Christianæ eloquentiæ forma. Hic enim fucus non excitat animos ad motum, & deuotionem, sed abstrahit potius, vel ad inanissimam aurium voluptatem, vel ad spectaculum ingenij, facundiæque dicentis: & attentionem, quæ tota in res, ipso statim initio, defigenda erat, ad obseruationem auertit phrasicularum artificij; leuissimæ, quod perinde est atque frigidam aquam super struem lignorum projicere, quam cremare in animo fit. Ut omitam quod multos ea quasi ostentationis prolusio offendat, & dicentis auctoritatem eneruet. Denique illa differentia tanta, quæ inter exordium & alias concionis partes cernitur, indecora est, & ut initio significauimus monstro per similes, & cordatis viris omnino vitanda. Pronunciatio etiam Exordij debet fieri voce naturali & temperata, de qua videre poteris infra cap. de Pronunciatione. Gestus etiam sint moderati, sed non omnino nulli. Quidam enim vtraque manu suggestum ita apprehendunt ac tenent, ac si ne fugerent, aut ne ruerent formidarent. Ad extremum dubitare quis poterit, an in fine exordij sit quiescendum, ut iam apud plerosque mos in Italia tenet. Aliqui aiunt omnino, alij contra negant; ego vtro modo fiat penè iuxta æstimo. Possemus tamè mediam viam tenere, ut non omnino in fine exordij interquiescas, sed respices tamen, quia populus videtur expectare illam morulam, eaque videtur utilis, & Concionatori ad vocem, & populo ad attentionem.

Pronunciatio exordij.

Proposi-

Propositio, ac Diuisio, & Introductio. Cap. VII.

Propositio ac diuisio nonnunquam distinguuntur, aliquando simul coniunguntur, potest enim propositio sine vlla partitione fieri, sæpe in exordio vbi auditor fit docilis, & post exordium ponitur partitio, nonnunquam propositio cum partitione fit, vt cum incipitur ab ipsa propositione quæ multa habet capita, vt si quis exempli gratia dicat super hodierno Euangelio tria tractabo capita, vel de humilitate dicturus in duobus præcipue immorabor capitibus. Putarem sæpe utile esse si partitio in fine exordij fiat, vt sic populo, excitetur maior cognoscendi cupiditas. Ita primum aggrediatur caput. Commune autem præceptum est, vt propositio, ac diuisio breues sint. Nam nec multa capita proponi debent, nec ita explicari vt sint veluti summaria orationis totius, quemadmodum iurisperiti faciunt in suis, vt vocant repertorijs. Nam qui ita summatim audiuit, iam se existimat concionem audiuisse totam, nec valde se præbet attentum. Atqui debent proponi ac diuidi membra generatim, vt auditor cum auditate explicationem eorum expectet. Eloque & verba graua esse debent, & multum significantia, adeoque dilucida & popularia vt omnes intelligant qua de re agendum sit. Nam fallit quosdam vana artificij affectatio, qui quoniam fortasse in Rethoricis figuris sustentatione laudari audiverunt, præclare se putat dicere, si auditor, quid agatur, quò cadere velint, suspensus inquirat ac diuinare non possit! At plane falluntur, nihil enim hoc est, nisi patientia audientis aburi, defatigare ingenium, odium colligere. Quidam etiam ita obscure proponunt, & adeo occultis inter se membra commissuris innectunt, vt nisi valde attentus auditor, & doctus deprehendere taxim nequeat. Id quoque vitium est, cometa ordinis bona corrumpens. Si enim non animaduertitur ordo, frustra est, nec memoriam iuuat, nec valet ad docendum, nec habet iucunditatem, quæ maxima solet existere, ex contemplatione proportionis, multarum inter se partium, & aliarum ex alijs nexu, & consequentia. Extent igitur & appareant membra, tamen sint quasi corporis vnius, non corpora plane disiuncta; si quis enim ita dicat primo explicabo vobis questionem Theologicam de iustificatione, secundo explicabo sententiam Euangelij Beati pauperes spiritu, tertio narrabo historiam, de quodam qui carnis tentationem superauit, quæ

Propositio, ac diuisio.

Diuisio sit clara.

Membra sint connexa.

ais per horam solum dimidium dicat, potius tamen tres conciones quam unam habeat. Quippe ex unico argumento, orationis spectari unitas potissimum solet. Verum est, sanctos viros propter aliquam necessitatem miscere nonnunquam diversas materias; ut Christus agit de iuramento & paupertate toleranda. Quod ipsum cuius licebit, si necessaria causa exiget. Sed necessitas quod aiunt lege non regitur. Vitiosa etiam partitio est cum unum ab altero membrum continetur, vel admodum parum distinguitur. Iam numerus capitum in qua facta partitio debeat, certus finiri non potest, cum ex ipsa re, nonnunquam ex auditorum captu prodeat. Iure tamen bina, vel terna vel etiam quaterna laudantur membra; si enim plura sint, vel longior æquo euadet concio, vel auditor a principio longa illa enumeratione terretur, & tanquam fatigatus attentione remittit. Quare prudenter qui coguntur paulo plura proponere, simul admonent breuem fore singulorum expositionem. Officit præterea nimis numerosa partitio auditoris memoria, atque docilitati, & ipse concionator periculum in ea memoria subit. Postremo etiam illud significandum est. Quamuis maxime laudabile & utile sit partitionem adhibere, tamè posse interdum omitti, vel quod argumentum omnino simplex eam non recipiat, vel quod commodius videatur, explicato vno capite introduci alterum, de quo si auditor initio fuisset admonitus, haud ita beneuolè accepturus fuisset, ut accepit iam priore tractatione admonitus.

Hom. 28.

Non sint multa capita.

Introductio an necessaria.

Aliqui post exordium & propositionem antequam quæ sunt dicturi confirmant Introductionem, ut vocant, interserunt. Non est autem aliud introductio, nisi breuis tractatio alicuius rei, quæ licet non pertineat ad argumentum præcipuum, est tamen ita connexa ei, ut inde ferè ducatur quod dicendum est. v. g. tractandum est mihi de beneficijs Dei erga hominem, erit loco introductionis, quod Deus cum sit bonum & summum bonum, sit sui communicatiuus, cum hæc sit natura boni, & hinc statim descendam ad Dei beneficentiam. Quidam sumunt introductionem hanc ex his quæ proxima concione dixerunt, & coniungant dicta dicendis. Alij ex prima radice aut origine negotij de quo agitur. Alij aliunde aut ex circumstantia sue personæ siue loci, siue finis, aut ex aliquo simili, aut ab aliquo insperato euentu, aut doctrina communi, & axiomatico philosophico, seu vulgari prouerbio; Quæ in re hæc mihi certa videntur. Primo nequaquam imponendam legem Concionatori ut hanc

hanc introductionem in omni concione adhibeat: sæpe enim, nulla eam necessitas postulat, solum replendæ, referendæque concioni aut nimium producendæ est utilis. Deinde sæpe necessariam esse quia peccatum est in exordio, nam si rectè aduertatur, non introductio, sed nouum exordium est, ita vt etiam post eam afferre partitionem plerique soleant. Id autem accidit cum exordium prius commune, separatum & otiosum fuit, quod & potuisse & debuisse omitti illa ipsa introductio id est, verum ac proprium exordium ostendit. Denique quando uere est necessaria breuem esse debere, nec longe petitam, & argumento quod tractamus valde coniunctam.

Narratio, Confirmatio, Confutatio. Cap. VIII.

Narrationibus nequaquam nos utimur, vt Oratores olim solebant in causis iudicialibus post exordium. Nobis sæpe occasio narrandi offertur in quacunque concionis parte, cum aliquod exemplum vel è sacris Scripturis, vel è Sanctorum gestis, siue ad mores siue ad amplificationem proferimus, figuratas & allegorias ex veteri testamento producimus accommodantes ad nouum, vel aliquid ex Euangelio historicum seu parabolicum explicamus. In pomeridianis tractatibus cum historicus liber explicatur commodè subiungitur exordium, vel exordij loco adhibetur pars historiae eo die tractanda. In concionibus matutinis, rudiores apud populos vt supra monuimus, vtiliter ipsa Euangelij, quod in manibus est narratur historia. In his verò narrationibus nihil ferè obseruandum occurrit præter id quod Rhetores de suis præcipiunt, vt sint breues, aperta, probabiles. Breuitas tum præsertim curæ esse debet, cum res est notior, nam quasi furtim, Narratio multum eripit temporis, & auditor facillè notat narrantem, cum videt in re quæ omnibus solet esse manifesta, multa verba, & multum temporis infumere. Nec tamè admonendum hic censeo, vt dū breuitas placet, caueatur obscuritas, satiusque est Quintiliani consilio vt aliquid narrationi supersit, quam desit, quod superuacanea cum tædio dicantur, necessaria cum periculo subtrahuntur. Hæc planè in iudicialibus propriè valent. Illud potius admonerim, ipsam quoque narrationis breuitatem ex ipso rei modo & ex fine propter quam adhibetur metiendam. Nam nec longa historia, cum vsum habet, aperte explicata in arcu cogenda est, nec breuis dilatanda aut nimis alte repetito principio,

Nostræ narrationes quales sunt.

Narrationis breuitas.

cipio, aut minutarum enumeratione rerum in quibus nulla vis insit, aut digressionibus interiectis. Aliter præterea narrandum cum exemplum profertur in summo ardore concionis, aliter cum antequam animus incalescat, aliter cum ad motum, aliter cum ad doctrinam, motus enim & ardor concionis, perbreuem, aculeatam, & potius indicatam quam explicatam, narrationem, doctrina subtilem magis atque distinctam requirit. Vbiq̃ diligenter videndum, ut quæ vim habent seu motus seu doctrinæ, obseruentur cum cura & exponantur. Debet deinde Narratio esse dilucida, quod fiet si ordo ac distinctio rerum, temporumque seruetur, si verbis proprijs utamur, nec immodicè verba ipsa coaceruemus si compositio sit, simplex nec fucata. Præterea iubent Rhetores debere narrationes fieri probabiles; nobis verò præter hanc alia prior cura debet esse, ut verè sint: Ideo non ex quouis Authore, sed magno cum delectu ex probatissimo quoque petenda quæ narramus exempla, nec facile noua euulganda miracula. Quia extat Pontificius canon aduersus eos qui falsa prædicant. In Concilio Coloniensi hæc habentur, Sanctorum historijs ne nimis immoretur Prædicator, quin potior pars Euangelio detur & Epistole explicandis, quod si fabulosa videtur historia ne attingat quidem, si verisimilis leuiter, eaque decerpatur, quæ imitanda videantur; Miracula quoque ne imprudenter iacentur, nisi quæ scripturis prodita, aut à non leuibus scriptoribus summa cum historia fide narrata fuerint. Vbi igitur certi erimus quod narraturi sumus, idonea autoritate niti tum id etiam adijciendū ut narrentur à nobis apertè ad inueniendum fidem; quod fit cum authoris prolato nomine, tum locorum ac personarum appositis nominibus, ac temporibus designatis, & ubi quid minus desideretur, probabilem rei causam afferendo. Addit his Aristoteles debere esse moratam ut exprimentur mores & affectus personis, ac rebus conuenientes, & animi proposita atque consilia, id est quam ob causam quidque fieret exponatur. Cicero vult eam etiam esse suauem, hoc autem fiet si adhibeantur admirationes natæ ex rebus magnificis, ac nouis, si narrando suspendamus animos auditorum ad auuiditatem reliqua percipiendi, si referantur exitus inopinati, si fiant descriptiones, quæ rem oculis subijciant, si inducantur colloquia personarum, si varij motus & affectus exprimentur, sermo & vultus & actio tota ijs consentiant, ut læta iucundè, tristia dolenter, seria grauius exprimentur. Verè hæc præcipiuntur, sed non omnes

Narratio dilucida.

Certa & vera.

Circumstantias ex Concilio Coloniensi.

Narratio morata.

Narratio suauis.

historia horum modorum capaces sunt, nec tales quibus locus postulat. Prudentis Concionatoris est ex historijs ea seligere, quae suo negotio maximè consentiant. Si paria cetera adsint, ex multis quae suppeditant, potissimum assumenda quae inopinatum exitum aut aliud habeant quod motu aliquo perfundere auditorem possint; dum tamen illud vitetur, quod nonnulli non satis effugiunt, ne dum volunt rem ita narrare, oculisque subijcere ac si gererentur, motusque ipsi varios actione exprimunt, in hystrionicam incidant leuitatē. Hæc de Narratione.

Tota spes persuadendi in confirmatione, atque confutatione posita est, cum enim nostra bene confirmamus, & contraria (si opus sit) dissoluimus, rectè munus nostrum vel exequimur, vel exequi conati esse pro viribus videmur. Itaque quærendæ sunt optimæ rationes, vt quod probare volumus bene confirmetur, nam & Christus Dominus cuius satis esse debebat auctoritas, rationes tamen afferebat, vt cum diserebat aduersus Phariseos de violatione Sabbathi, cumque à nimia rerum terrenarū sollicitudine reuocare volebat, & persuadere dilectionem inimicorum. Nimirum cum homo sit rationalis rationibus inducendus est. Cum aliquid multis argumētis probatur, immemorandum est in ijs quæ sunt efficaciora ad persuadendum, quemadmodū qui causas criminales in foro agunt, urgent præcipuas rationes, quibus victoria magis innititur. Confirmationi seruiunt omnia ea, quæ superius de Inuentione tetigimus, communes loci, argumenta argumentationes. Neque hic in præsentia aliquid addendum erit, nisi vt probationes congruât diuisioni iam factæ, quæ vt dixi, paucis constare membris debet, ac ferè non nisi tribus, quorum duo in priore concionis parte, tertium in posteriore transfigeretur. Singula autem capita sint, & argumentis suis benè firmata, & ordine suo disposita, habeant suam amplificationem, & applicationem aliquam ad actiones particulares. Cum ab vno capite est deueniendum ad aliud, transitioni locus est concludendo quod erit dictum, breuissimè, & proponendo quod sequitur, vbi etiam interdum breuis repetitio, vt in epilogo solet, adijcitur. Aucupari semper in huiusmodi transitu sententiam plus declamatoriam leuitatis, quam oratoriam grauitatis habet. Affectare autem obscuritatem vt supra diximus, est contra omnia bona quæ affert ordo, quæ pereunt cum ordo ipse non cernitur. Variari tamen interdum transicio poterit, & interim ipse auditor ad nouam attentionem breuiter præparandus est. Confutatio apud nos,

Confirmatio.

Dispositio.

Dispositio.

Confutatio.

nec

nec semper habet locum, nec tam raro, nã de Concionibus que ad alienos à recta fide habentur, & in refutatione sectarum, superstitionum versantur, dictum est supra. Inter Catholicos quoque monuimus, mentione hæresum abstinere. Monendus est præterea Concionator ne Catholicorum patrum sententias facile refutet, præstat solidam asserere doctrinam, & cibum populo quasi purgatum, & præmansum porrigere, quàm coram eo præparare ac mandere. Præter hæc alius est refutationis usus maximi momenti aduersus præuas vulgi opiniones, & falsas boni apparentis rationes; Nam cum voluntas non nisi boni specie ducatur ad opus, necesse est vt in eo laboret Concionator, vt falsam speciem, siue honestatis, siue voluptatis, siue utilitatis, quæ omnium peccatorum sementis est, elidat & extinguat. Rectè à sapiētibus tota bonæ institutionis ratio in eo ponitur fundamentum, vt assuescant homines gaudere quibus debent, itemque tristari quibus oportet, quod nunquam fiet nisi veras hausserint de malis & bonis opiniones; propterea igitur instructus sit concionator Christianus aduersus ea monstra; Cumque ad virtutem quampiam adhortatur, vel ad vitij fugam, expugnet impedimenta, & falsas rationes boni simulati, quæ cæcis mortalibus miserè illudunt, ostendendo veras notas sinceri boni, atque futuri, damna huius, & emolumenta illius explicando. Ex ijs locis quos ad affectus mouēdos assignauimus, colligendo ea que possint amorem, cupiditatem, & alios ad verum bonum motus efficere, pariterque ea quæ metum, fugam, odium, tristitiam, veri, mali, bonique apparentis ingenerant, iram quoque contra eos qui ad illud impellunt, verique boni adeptioni impedimento sunt excitando. Digressiones utilitatis gratia vel necessitatis possunt ac debent fieri. Greg. sacri tractator, ait, eloquij morem fluminis debet imitari; fluvius quippè dum per alueum fluit, si vallis concauas ex latere contingit, in eas protinus sui impetus cursum diuertit, cumque illas sufficienter impleuerit repente se in alueum refundit, sic nimirum, sic diuini verbi esse tractator debet, vt cum de qualibet re disserit, si fortasse iuxta positam occasionem congruæ ædificationis inuenit quasi ad vicinam vallem, linguæ vndas intorqueat, & cum subiectæ institutionis campum sufficienter infuderit, ad sermonis propositi alueum recurrat.] Sint autem egressus breues, nec admodum frequentes, & bene cohæreant quantum fieri potest, nec à proposita materia animos longè distrahant; vitium enim merito iudicari potest, si quacumque arrepta occasione inter dicendum facile

Digressiones
quales.

In epistola
quæ præmit-
titur ante li-
bros, in Iob
cap. 2.

facile a proposito digrediaris, ac veluti fragmenta diuersorum colorum vesti confarcienda temere agglutines. Ars enim hac ratione ac decorum laeditur, & quod consequens est, auditoris utilitas impeditur, quorum animi ad multa distracti, nihil habent certi quod sequantur, quod vnum apprehendant, teneantque constanter.

Perorationis modus . . . Cap. IX.

Epilogus tribus modis fieri potest, vel per adhortationem ad aliquam virtutem, vel per amplificationem earum rerum quae sunt disputatae, vel per repetitionem colligendo quae sparsim proposita sunt, aliquando etiam hi modi tres in vna eademque miscentur conclusione. Exhortatio afferre possumus nouam rationem vel breuem, & praeclaram ex scripturis aut sancto viro sententiam, quae quasi in corde omnium, & ore deposita, conseruet fructum totius concionis. Commoda etiam erit aliqua illustis & breuis historia, vel exempli narratio & descriptio. Saepè proderit elicere ex ipsa concione documentum aliquod vtile ad praxim, & auditoribus commendare, vt id domi repetant & exerceant. In amplificatione percommode accidet si excitentur affectus, obiurgando vitium aliquod, vel inculcando virtutem prout feret argumentum de quo actum est, addendo aliquas sententias breues, sed spirantes & efficaces & agendo magna cum vi, nec enim amplificatio debet esse frigida, praesertim in fine concionis; nec longa, ne defessis auditoribus fructus ex molestia pereat. Itaque cum apparet aliquo modo commotus audientium animus absoluat concionem. Repetitio apud multos & graues concionatores hodie vsu recepta est, qui in fine concionis, summa rerum dictarum capita colligunt. Sed ea si solum enumeratio sit, ieiuna & sterilis videtur tendere ad ostentationem memoriae; Evangelici Oratoris simplicitati contrariam, nec videtur communitè cum magna utilitate, nisi quando fuerit concio in genere parænetico, vel tanquam ad meditando, proposita capita repetantur, vel talis materia vt multum referat summam rerum in memoriam reuocare, alioqui solet relinquere auditorem frigidum etiamsi fuerit in ipsa concione commotus, propterea multi viri graues non probant consuetudinem eorum qui vt plurimum vel primam, vel secundam concionis partem enumeratione concludunt, cum praesertim nec secundum quidem praecipua Rethorum Epilogus vno tantum

Tribus modis fit peroratio.

Exhortandi triplex modus.

Repetitio in epologo qualis esse debeat.

tummodo fiat. Sunt qui ut cum maiore lepore id faciant (sicut ipsi existimant) occultare conantur artem, quod tamen minus placet. Nam si ita obscura est repetitio ut prorsus fallat, nullius est usus, si artificium apparet sicuti post paucas conciones contingit, illa affectationis species offendit. Cum autem repetitio & enumeratio hæc adhibenda est, videtur ita fieri debere ut Concionator nouo ac summo impetu conglobatis rationibus magis urgeat ad persuadendum, & quasi facto ægmine aggrediatur auditores, quæ validissima sint, ea maxime tanquam iacula intorquendo. Nam & Fabius monet quæ enumerantur dicenda cum pondere, & aptis excitanda sententijs, & figuris utiq; varianda, ne recta repetitio otiosa sit & esse debet breuis, ne iam non enumeratio, sed ut idē ait quasi altera fiat oratio. Commendatur cōcionis totius terminus quando vltima verba continent grauiē aliquam sententiā, quæ sua vi & dignitate animos excitet ad Dei amorem, ad peccati odium, ad timorē, ad Deum laudandum ad erubescēntiam præterita vitæ male actæ, denique quæ ad deuotionem maxime accendant, & memoriæ infideāt. Christus Dominus sermonem quem super montem habuit duplici similitudine terminauit, quæ hortatur ad opere complendum audita. Omnis qui audit verba mea & facit ea; similis est viro sapienti qui edificauit domum super petram, & contra qui audit & non facit similis est edificanti super arenam. Nazianzenus laudationes Sanctorum solet concludere oratione ad eum quem celebrat conuersa. Chrysostomus solet precari vltimis verbis aliquid boni Auditoribus, & concludit ut plurimum dans gloriam Sanctissimæ Trinitati. Ridiculum aut lepidè dictum nemo opinor sanus, concionis sacræ, clausulam faciet, ut auditores cum risu discedant, quos suspirantes ac gemebundos, demisso pallentique vultu, nouæ cōquentes, vitæ consilia abire oportuit. Bonus sæpe totius concionis terminus erit per apostrophen ad Christum vel ad Patrem aliquando, & ad Beatam Dei Matrem vel Sanctos præsertim in eorum festis diebus. Item aliquando poterit conuerti oratio ad peccatorem exorando, ut peccatum dimittat & ad Deum redeat. Bene quidam post exaggeratā peccati grauitatem, & pœnas inferni, & atrocem Christi passionem adiunxit. Creditis ne hæc vera esse, & concionem dimisit. Nec alijs malè cesserit, excitato ingenti terrore, sermonem repente abrumpere & quodammodo præ stupore obmutescere. Vtile est interdum admonere vltimis verbis ut statim semel orationem

Gravis sententia in vltima parte. Epilogi.

Matth. 7.

Vltima verba cōcionis.

nem Dominicam, & salutationem Angelicam, aut aliam pre-
cationem Deo offerant ad impetrandam contritionem, vel
emendationem certi alicuius vitij, vel aliud huiusmodi pro ar-
gumenti tractati ratione. Si quando videas commotos audi-
torum animos & tibi quoque feruor adsit, poteris absoluta
concione, & ea quæ additur precatiuncula, pauca ad hunc
modum verba subiungere. Eia fratres quisque apud se statuat
mortem potius subire quàm deinceps Deum offendere, vel quis-
que in corde scribat illud, malo mori quàm peccare.

E L O Q V V T I O

Tria dicendi genera, & eorum exempla sacra. Cap. X.

Quamuis plura alij dicendi genera enumerent, tamen ad
tria optimè reuocari, non solum Ciceronis, sed etiam D.
Augustini sententia est. Quæ verò alij præter hæc vocant gene-
ra dicendi, ea nos virtutes orationis dicimus, quales sunt per-
spicuitas, grauitas, vehementia, simplicitas, vrbalitas, & alia.
Sunt autem hæc tria genera, Submissum, Temperatum, & Gran-
de. Quamuis autem Christiani Oratores ex suggestu fermè nõ
nisi magna proponant, cum ea tractent quæ grauissima Dei My-
stera continent, & ad æternam salutem consequendam refe-
runtur, vel interitum animæ in totam æternitatem cauendum;
tamen non omnia grauitè sunt dicenda, sed cum docendus est
Auditor, submissum dicendi genus locum habet, temperato
vtendum cum aliquid laudamus, vel vituperamus: cum verò
reluctantes mouere volumus tum demum grande adinuendū.
Hoc genere Augustinus feliciter se vsum dicit, cum ageret de
re ad speciem non magna, de aqua frigida pauperi ex charitate
danda: Nonne, inquit, accidit, vt cum de hac re loqueremur
ad Populum, & Deus adfuit, vt non incongruè diceremus, tã-
quam de illa aqua frigida quædam flamma surrexit, quæ etiam
frigida hominum pectora, ad misericordiæ opera faciendâ spe-
celestis mercedis accenderetur? De his tribus generibus ita
idem Augustinus sentit. Genus submissum acumen requirit, &
locum habet cum aliquid est docendum, & quæstio aliqua
soluenda occurrit: Moderatum magis ornamenta recipit in-
laudibus, & vituperationibus; sublime requirit motus, & suo
pondere plerunque voces premit, & lacrymas exprimit. Idem
alij docent. Sene. in Epist. sublimi, ait, genere vtendum esse,
cum

4. Doctr.
Christ.
c. 17.

Virtutes ora-
tionis plu-
res.

Genus gran-
de.

Lib. 4. de
Doctr. Chri-
stiana, c. 19.

Loco citato
c. 23.

cum compellendus quis est, ubi verò non hoc agendum, ut velit, sed ut discat, ad submissiora verba veniendum est, facilius intrant, sed hærent, nec enim multis opus est, sed efficacibus, feminis modo spargenda sunt, quod quamvis exiguum sit, cum occupavit idoneum locum, vires suas explicat, idem facit ratio, non late patet si aspicias, in opere crescit: eadem, inquam, est præceptorum conditio, quæ femininum. Exemplum in triplici dicendi genere ponit Augustinus, ubi docet de vna eademque re magna, agi submissè, cum aliquid docetur, temperatè cum aliquid vituperatur seu laudatur, cum vero aliquid agendum est, & ad eos loquimur, qui hoc agere debent, nec tamen volunt, tunc ea quæ magna sunt, dicenda sunt granditer & ad flectendos animos congruenter, & subdit quid enim Deo ipso maius est? nunquid ideo non dicitur? aut qui docet unitatem Trinitatis debet nisi submissa disputatione agere, ut res ad dignoscendum difficilis, quantum datur possit intelligi? Numquid hic ornamenta, & non documenta quærentur? Porro cum laudatur Deus vel in se vel in suis operibus, quanta facies pulchra ac splendide dictionis oboritur in genere dicendi moderato? At si Deus non colatur, vel Dæmonia & creaturæ colantur, id verò, ut quàm impium sit, intelligant, atque ut ab hoc malo auertantur homines debet utique granditer dici. Apparent autem passim hæc dicendi genera in diuinis literis, & apud sanctos Patres horum sunt frequentissima exempla. D. Lucas. Primum quidem sermonem feci de omnibus, o Theophile, quæ capit Iesus facere, & docere vsque in diem, & quæ sequuntur multa stylo demisso dicuntur, qui est historicis frequens, sic Paulus. Dicite mihi qui estis sub lege, legem non legistis? Scriptum est enim quod Abraham duos filios habuit, vnum de Ancilla, & vnum de libera, sed ille qui de Ancilla secundum carnem natus est; qui autem de libera per repromissionem, quæ sunt per allegoriam dicta, & rursus Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini eius, non dicit & feminibus quasi in multis, sed quasi in vno, & semini tuo qui est Christus: hoc autem dico testamentum confirmatum à Deo Ambr. cum agit de Spiritu sancto rem magnam tractat, ut nimirum Spiritum sanctum Patri & Filio æqualem demonstrat: submissio tamen dicendi genere vititur, quoniam res suscepta, non ornamenta verborum, aut ad flectendos animos commotiones affectuum, sed rerum documenta desiderat, Et in principio statim primi libri ponit signum Gedeonis offerentis hædum, & Christo applicat, utique

Exemplum in
triplici gene-
re ex Aug.
4. Doctr.
Chr. c. 19.

Exempla sub-
missæ oratio-
nis.

Act. 1.

Gal. 4.

Gal. 3.

Lib. 1. de
Spiritu sancto.

turque hoc subtili dicendi genere. Commotus, ait, oraculo Ge
 deon, cum audisset quod deficientibus licet populorum milli-
 bus, in vno viro Dominus plebem suam ab hostibus liberaret,
 obtulit hædum caprarum, cuius carnem secundum præceptum
 agni, & azima super petram posuit, quæ vt virgæ cacumen,
 quam Angelus Dei gerebat, contigit, de petra ignis erupit, at-
 que ita sacrificium quod offerebatur absumptum est, quo indi-
 cio declaratum videtur, quod petra illa typum habuerit corpo-
 ris Christi, quia scriptum est, bibebant de spirituali, consequen-
 ter eos petra, petra autem erat Christus, iam tunc igitur in my-
 stero declaratum est quia Dominus Iesus in carne sua totius
 mundi peccata, crucifixus aboleret, & quæ sequuntur. Cypr. *de*
 docens in calice ex traditione miscendam aquam vino, inter *Sacramē-*
 alia. Sic ait Admonitos autem nos scias, vt in calice offerendo *to calicis.*
 Dominica traditio seruetur, neque aliud fiat à nobis, quàm
 quod pro nobis prior Dominus fecit, vt calix qui in commemo-
 rationem eius offertur, vino mixtus offeratur, & alia quæ in
 genere tenui & infimo sunt. Exemplum tēperatæ orationis do-
 cet Paul. seniore ne increpaueris, sed obsecra, vt patrem,
 iuuenes, vt fratres, anus vt matres, iuenculas vt sorores:
 & iterum obsecro vos, fratres per misericordiam Dei, vt exhi-
 beatis corpora vestra hostiam viuam, sanctam, Deo placentē,
 rationabile obsequium vestrum, & totum quod sequitur cum
 aliquo ornamento dicitur. Rursus nox præcessit, dies appro-
 pinquauit, abijciamus ergo opera tenebrarum. Et de filio Dei
 loquens, qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius
 portans omnia verbo virtutis, &c. Cui enim Angelorum dixit
 Deus, filius meus es tu &c. In Canticis hortus conclusus soror
 mea Sponsa, hortus conclusus, fons signatus &c. Et ecce tu
 pulchra es amica mea, oculi tui columbarum, & quæ sequun-
 tur. In eodem genere Cypr. Nunc, inquit, nobis ad virgines ser-
 mo est, quarum quo sublimior gloria est, maior est & cu-
 ra; flos est ille Ecclesiastici germinis, decus atque ornamentū
 gratiæ spiritualis, lata indoles laudis & honoris, opus integrū
 atque incorruptum, Dei imago, respondens ad sanctimoniam
 Domini, illustrior portio gregis Christi. Ambr. proponit Ma-
 riam eis in hoc genere, Virgo erat non solum corpore, sed etiā
 mente, quæ nullo doli ambitu sincerum adulteraret affectum,
 corde humilis verbis grauis, animi prudens, loquendi parci-
 or, legendi studiosior, non in incerto diuitiarum sed in præce pau-
 peris spem ponens; Et rursus: quando ista vel vultu læsit pa-
 rentes?

Exempla tē-
peratæ ora-
tionis.

1. Tim. 5.

Rom. 12.

Rom. 13.

Heb. 1.

cap. 24.

Lib. de ha-
bitu Vir.

De Virg.
lib. 2.

rentes? quando dissensit à propinquis? quando fastidiuit humilem? nihil toruum in oculis, nihil in verbis procax) Idem Ambrosius loquens de piscibus. Non laborat in maximis Deus, non fastidit in minimis, nec doluit natura parturiens Delphinos, sicut nec doluit cum exiguos murices, cocleasque produceret. Numera si potes omnium piscium genera, seu minorum, seu maximorum, &cæt.]

Exempla grã diloqui generis. Exemplum grandiloqui generis apud Isa. Audite cæli, & auribus percipe terra Dominus loquutus est, filios enutriui, & exaltaui ipsi autem spreuerunt me, & subdit: Vx genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequã, filijs sceleratis &c. Et addit vsque quo percutiam vos vltra? Hier. obstupescite cæli super hoc & portæ eius &c. Duo mala fecit populus meus, & alia. Et Paul. ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. In omnibus exhibeamus nosmetipsos in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, & multa in hunc modum subiicit, postea: Per arma iustitiæ à dextris & à sinistris, per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam, & alia his similia. Et subdit: Os nostrum patet ad vos, ô Corinthij, cor nostrum dilatatum est. Eodem modo granditer agit cum, ait; Scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, nã quos præsciuit & prædestinauit cõfor fieri imagini filij sui quos autem prædestinauit hos & vocauit, & iustificauit &c. Quid ergo dicemus adhæc? si Deus pro nobis & cum subdit; Quis nos separabit à charitate Christi tribulatio? angustia? an fames? an nuditas? In hoc genere grandis

Isa. c. 1. Cap. 2.

3. Cor. 6.

Rom. 8.

Serm. 1. de Inno. Augustinus loquitur de Innocentibus occisis. Nascente Domino ait luctus cepit non cælo, sed mundo, indicitur Matribus lamentatio grande martyrium crudele spectaculum &c.

Li. de habitu Virg. Cypr. contra mulieres quæ vultus, pigmentis colorant. Si quis, ait, pingendi artifex vultum alicuius, & speciem & corporis qualitatem æmulo colore signaret, & signato iam, consummatoque simulachro, manus alius inferret, vt iam formata, iam picta, quasi peritior reformaret, grauis prioris artificis, & iusta indignatio videretur. Tu existimas te impunè laturam tam improbæ temeritatis audaciam? Dei artificis offensam? & multa quæ sequuntur. Ambr. etiam contra easdem. Hinc, ait, illa vitiorum incentiua nascuntur, vt quæsitis coloribus oratione depingant, dum viris displicere formidat, & de adulterio vultus, meditantur adulterium castitatis, quanta amentia hic effugiem mutare naturæ, picturam querere? & dum verentur maritale

Lib. 1. de Virg.

ffale iudicium perdiderunt suum, & alia quæ vehementi dictione persequitur.

Sed etiam videndum quomodo triplici hoc genere vtendum, quod ex eorum inter se differentia facile apparebit; differunt enim vsu, materia, & dictione: Primò, vsu, quia submissum genus in probando, moderatum in delectando, vehemens in flecendo vsurpatur. Secundò, Materia, quia gratie rebus magnis ferit, infimum tenuibus, moderatum mediocribus. Tertio, Dictione, quia genus dicendi submissum requirit sententias acutas, crebras, eruditas, perspicuas, verba propria & communia, non multas figuras vel amplificationes, iuncturas, & periodos solutas ac breuiore, dictionem facilem ac dilucidam, pronuntiationem modestam, & distinctam, actionem, non illam quidem vehementem, sed non frigidam, verum sicut in re seria loqui solemus. Genus sublime exigit sententias graues cum emphasi, verba grandia, metaphoras illustres, Epitheta magnifica, compositionem aliquanto longiorem, figuras quæ seruiunt amplificationibus, & affectibus excitandis, vt sunt interrogationes, exclamationes, requirit actionem vehementem, vocem accommodatam rerum grauitati, vel indignitati; Genus moderatum inter vtrumque medium est; requirit sententias non sublimes, non infimas, sed mediocres verba suauia, ornatum & actiones, & omnia moderata. Illud etiam notandum, hæc tria dicendi genera in eadem concione intermiscenda esse ferè semper; ita vt in graui genere oranti, necesse sit interferere aliqua temperatè & submissè dicta, præsertim initio, vt ea quæ dicuntur granditer, ex eorum fiant comparatione grandiora, & tanquàm vmbri luminosiora reddantur. Neque verò diu potest ferre Auditor, si longa texatur oratio in vehementibus affectibus, quã obrem recurrendum est ad moderatum dicendi genus, vt rursus ad grande redeatur, & varietate dicendi non solum delectetur, sed etiam trahatur animus ad id quod suadet oratio. Qui igitur parat concionem reputet secum, qua in parte debeat vti genere demisso, vbi etiam moderato, vbi sublimes, eãque partem, vbi agendum demissè est, dilucidè cum aliquo acumine tractet, vbi moderatè, paulo amplius ornare poterit; cum verò granditer dicendum, quæret, quæ inuent ad vehementes motus: quòd si verba occurrant ornata, illa ex rerum & sententiarum grauitate nascantur, magis quàm arte, ita vt auditor non distrahatnr animus a rebus ad verba, sed potius a verbis feratur ad res. At cum in vitium ducat culpa: fuga si ca-

M m ret

Inter hæc tria genera discrimè triplex.

Hæc tria genera miscenda.

ret arte, affueſcat etiam in his tribus generibus ita ſe exercere, vt dum ſublime vult tenere, non efferatur in turgidum & inflatum, videtur enim hoc vitium affectare, ſed non habere grauitatem dicendi; Dum moderatum contendit aſſequi duo caueat vitia; alterum ne ſit genus dictionis diſſolutum ſine ſtuctura vagum & fluctuans; alterum ne ornatu nimio laſciuiat, & pigmentis inanibus eneruetur. Denique in demifſo genere videat, ne humi repat exiliſque, & ieiuna dictio ſit, neue potius fermo plebeius, quam perſonæ grauis oratio.

Eloquentio emendata & dilucida. Cap. XI.

Li. 8. c. 10.
Eloquentio-
nis quadru-
plex virtus.
Puritas ſer-
monis.

Eloquentio a it Fab. quadruplici virtute debet veſtiri, ſcilicet vt ſit emendata, dilucida, ornata, & apta; qui: us quatuor vitia contraria ſunt; barbarum, obſcurum, inornatum, ineptum. Pura & emendata erit, qua Grammaticorum præceptis conueniat, & verbis textatur lingua, qua vtimur communi vſu, receptis. Hæc autem cura negligenda Chriſtiano Oratori non eſt, ne ſi inquinatè loquatur, ac barbarè, vel contemnatur, vel riſum aliquando moueat, vbi non debet: ſed cura ſit moderata: Oportet proprietatem ſermonis, & vſum communem non reconditum, & putidum conſectari: Neque velim Concionatorem noſtrum occupari in lectione impudicorum librorum, & Poetarum, & admiranda militarium ſucceſſuum ludibria, deſcribentium, vt verba ſelectiſſima exquirat, imò monendus eſt, ne det occaſionem auditoribus ſuſpicandi tales ſcriptores leues, & minus pudicos ab eo tractari. Satis erit ex libris pijs, qui in manu ſunt omnium, obſeruare linguæ vim ac proprietatem, nec erit exercitatio inutilis aliquid in patrium ſermonem ex latino conuertere. Sermo naturalis omnium ſententia valde ad perſuadendum accommodatus eſt: ſed quantopere declinanda ſit in toto Euangelicæ eloquentiæ genere, affectationis ſuſpicio, ſatis alibi eſt dictum, nec diſplicet inculcare. Deinde claritas, ac diluciditas in tota oratione, & maxime in docendo peculiari ſtudio eſt à Concionatore curanda. Ariſtoteles hanc primam virtutem orationis ponit, & ratio eſt euidentis, nam ideo fermo eſt homini datus, vt ſenſa animi ſui alijs aperiat: quare niſi fermo intelligatur ſuo ſine carebit. Quod ſi prima ac ſumma orationis virtus eſt perſpicuitas, quis non videt quam ſit vitioſa ſi egeat interprete? Auguſt. Quid prodeſt, inquit, loquutionis integritas quam non ſequitur intellectus audientis,

Diluciditas.

*4 de Doct.
Chr. c. 10.*

diens, cum loquendi omnino nulla sit causa, si quod loquimur non intelligitur?] Eo etiam magis oratio ex suggestu sit clara necesse est, quod in alijs loquutionibus ait idem August. est cuique interrogandi potestas, vbi autem omnes tacent, vt audiat vnus, & in eum intenta ora tenent, ibi vt requirat quisque quod non intellexit, nec moris est, nec decoris, ac propterea debet maximè tacenti subuenire cura dicentis: solet autè ex motu aliquo inter auditores cognosci an satis perceperint, tandiuque immorandum est, quamdiu appareat eos percepisse.] Idque adeo necessarium est, vt rectè dictum sit à Cicerone neminem extulisse eum verbis, qui ita dixisset, vt qui adessent intelligerent, quid diceret, sed contempsisse eum, qui id minus facere potuisset. Meritò Laetan. & D. Hieron. notant Tertulliani obsecritatem, contra Cypriani perspicuitatem cōmendant. Debet autem esse ea diluciditas vt rudes, ac mulieres quātum fieri potest intelligant, quæ dicuntur. non enim paucorum causa doctiorum, negligenda est multitudo. Facit etiam hæc claritas ad delectandum, & attentum reddendum auditorem, & vt domum redeat instructus, non solum vt eorum, quæ audiuit, sit memor, sed vt opere exequatur, quod benè percepit.

Porro claritatem efficiunt verba propria, & vsitata, modo abstineatur à sordidis ne dum obsænis. Qui docet, ait, August. vitabit omnia verba quæ non docent.] Intelligat autem Concinator cum recens accedit ad aliquam ciuitatem sciscitandum sibi esse ex aliquo perito, num quæ ibi fortè vocabula sint, vitio aut vsu gentis turpe quiddam, aut aliud quàm alibi, significantiã vt possit cum vsus incidit, deuitare. Ipsa compositio periodorum sit naturalis, non obscurata hyperbolis, amphibologis, multitudine verborum. non habeat longas periodos, vocum transpositione circumductas, vtatur ordine & distinctiore, proponat vbi opus est, quid velit probare, nam propositio illustrat: transitiones adiuuant cum ipsæ cæcæ non sunt. Item, repetitiones, interrogationes, interpretationes rerum quæ obscuriores sunt, definitiones, partitiones, ac similes figuræ. Præterea vt dilucidè quis dicat non debet esse valde religiosus in quibusdam verbis omittendis, quæ licet, sint ornatiores minus tamen intelliguntur; qui appetit intelligenter loqui, inquit, August. aliquando negligit verba cultiora, nec curat quid benè sonet, sed quid benè indicet, quod ostendere intendit, & citat dictum cuiusdam prudenter monentis, cum de claritate ageret esse in ea quamdam diligentem negligentiam.] Hæc tamen

M m 2 (addit

Lib. 1. inst. c. 10.

Ad Paul. Epist. 13.

Quidnam faciat oratione dilucidã. 4. de Doct. Chr. c. 10.

Ibid.

(addit August.) sic detrahit ornatum vt sordes non contrahat.] Miler est, ait Fab. & vt sic dicam, pauper Orator, qui nullum verbum perdere potest.] Proderit item ad diluciditatem, præmeditari quibus verbis, quali modo debeat, quod dicit, explicare. Sententia item debent explicari, per interpretationes ac similitudines, & rationibus quoque corroborari; non enim benè docetur auditor, nisi ratio afferatur idonea, cui innitatur doctrina. Si sententia aut doctrina paulo difficilior tractatur vitium non est idem repetere. Nonnunquam ait Greg. Doctores Sancti crebrò repetunt, si qua obscurius dicunt, vt quæ occulta prædicant auditorum cordibus voce hac iterationis infundant.

26. Mor.
cap. 1.

Eloquentio ornata & apta. Cap. XII.

Lib. 8. c. 2.
Quid ornata
eloquentiæ
reddat.

VT sit ornata eloquentio, non est necesse eam in verbis habere elegantiam exquisitam, vt magis verba, quam res ornata ostendant; est certa eiusdem Fabij sententia; iacere sensus in oratione, vbi verba laudantur. Sed sint propria, & translata verba; Metaphora namque suo loco posita habet multum splendoris, & Scriptura sacra ijs sæpissimè vtitur, sit autè translatio facilis, non longè petita, rei de qua agitur, accomodata, nec tamen frequens, ne abundantia pariat fatietatè, adhibeantur & suo loco epitheta, quæ grauias, & significantias, & propria sint; cauenda tamen & hic nimia frequentia, quæ propria est Poetarum. Porrò passim adijcere superlata, præsertim vbi opus non est, potius orationem abiicit. Nolter B. P. Ignatius in familiaribus colloquijs fugiebat hoc tanquam vitium, quod sapit ostentationem, & leuitatem omnia admirantis, idem putarim in concione fugiendū, nisi rei grauitas aliud poscat. Putant aliqui in his consistere eloquentiam, cum verè nihil longius distet. Ea enim demum eloquentia est, quæ suum cuique rei pondus tribuit, non quæ cuncta hyperbolicè effert, aut minuit.

Aliqui ad ornandam concionem maximè in compositione ac stylo laborant, vt periodos habeant benè rotundas, ornatas, ac numerosas. Ego hoc labore nostrum Ecclesiastem magna ex parte, si non omnino leuauero, velim eum esse contentum.

4. de Doct.
Chr. c. 20.

stylo Ecclesiastico, & grati. August. de numeris loquens compositæ orationis, & numerosis periodis, ait, in nostris authoribus hoc mihi plus placet, quod ibi eos rarissimè inuenio: & idem

idem, Cauendum est, ait, ne diuinis grauibufque sententijs dū additur numerus, pondus detrahatur.] Multa diximus initio huius secundæ partis hac de re, sed detur quæſo etiam nunc facultas pauca quædam addendi, vt res omnium animis melius imprimatur. Audiamus quid magnus ille Rhetor Quintilianus ab Oratore suo requirat. Ornatus viri fit fortis, & sanctus, nec effeminatam leuitatem, nec fūco eminentem amet colorem, sanguine & viribus niteat, An ego fundum cultiorē patem, in quo mihi quis ostenderit lilia, & violas, & amenos fontes surgentes, quā vbi plena messis, aut graues fructu vitæ erunt? steriles platanos, tonsaq; myrtos, quā maritatos vltimos, & vberes oleas præoptarim?] Clemens Alex. affirmat orationē valde ornatā verborū floribus, esse conuiuū nullis ornatū epulis, bellarijs tantum & secundis mensis & condimentis quasi quibusdam adulterijs epularum instructum. Bas. vocum elaboratam posituram, numerorum conuenientiam, ad vnguē exploratam collocationem irridet; negatque christianis licere periodorum quasi fabros esse ac tornatores. Theodoretus, Laudat Pythagoræ dictum, qui oratores fucato eruditos artificio Syrenas nominabat, quæ dulci quidem sed pestifero cantu transentibus insidiantur. Nolim ergo Concionatorem laborare in compositione periodorum, quas artificiosa semper structura, circumacta, & inter se compræhensa, operoso fine connectat, quas quidem sicut scribunt, ita pronunciant ad verbum. Sed nihil magis affectum siue dicentis, siue audientis enervat: nam is qui dicit quia occupatur in periodis rotundandis, vel memoria repetendis, vt certis alligatus verbis quasi compedibus, mentem in affectum, quem vult excitare, incalescereque ipse, & libere ferri, minimè potest. Is verò qui audit & artificio abstrahitur à rei cogitatione, & opinionem apud se Concionatoris eleuat, ac denique moueri non potest, quia aptè ad motum Concionator non dicit. Quæ cum sæpius non uerim, nolo quispiam suspicetur me negligentiam suadere, & periodos omnino damnare. Nam nihil insultius est, nihil claritatis, & incunditati magis aduersum, quā oratio quæ dissoluta feratur sine vilo fine, nusquam insistens, nusquam sententiā absolvens, sed alia atque alia annectens puerorum more, qui non nisi per coniunctionem (&) sermonem norunt producere. scio conclusus aptè verbis sententias tanquam, amento, hastas fortius intorqueri. Video quid habeat grauitatis S. Leonis roanditas: quam etiā Ecclēſia preces fere, numerosè elau-

Lib. 3. c. 3.

Lib. 1. Str.

Li. 2. Exā.

Lib. de Grec. Afsect.

Numerus nō sit affectatus.



dantur. Non igitur numerum damno nisi, ut initio de eloquentia dixi, immodicum, corruptum, eneruem. Is autem est, in quo faciendo cura & labor apparet: qui non validius vibrat sensus, sed hebetat: qui auribus solum inani sono blanditur. Hic igitur planè repudietur. Adsit autem sua sententijs circumscriptio, verba non temerè fundantur, sed ita disposita ut clarius explicandæ rei, vel motui ciendo conueniant: vbiq; pietas, affectus, naturalis vis, & quoddam virile robur eluceat. Neque debet concio, imitari stylum, & modos loquendi Poetarum. Negat id Arist. Oratori suo, alijque omnes antiqui scriptores artis: tanto igitur magis interdictum est nobis. quanto disciplinæ christianæ sanctimonia, ethnicam superat gratitatem. Sit autem compositio & stylus æqualis & vniformis, seruata interim in varijs dicendi generibus sua eloquentione. Nam quod de exordijs supra dicebamus, hoc in alijs quoque orationis partibus quidam committunt, qui cum aliquantum selectis verbis, & aptis numeris dixerint, inde paulatim labuntur, ac tandem in abiectam compositionem desinunt. Denique quoniam Rhetores de numerosa oratione multa scribunt, ego his paucis contextus ero, curandum quidem esse, ut oratio habeat sua interualla, & respiraciones, cauendum tamen, primum à versu, Deinde ab affectato numero, illum solum dico esse laudabilem, qui sententiæ seruiat, & validius feriat, & altius infigatur. Ut semel de tota eloquentione dicam: habeat aliquam elegantiam sine affectatione, candorem sine fuce, grauitatem sine tumore. Splendeat aliquibus figuris tanquam coloribus, sit mediocriter acuta non hebes, non redundet luxuria verborum, sed neque sit sterilis, sit suavis, non ingrata, sit modicè accurata, non vilis nec abiecta, & humi repens. Ante omnia sit viuida, spirans, succi plena, & roboris: modo vbiq; sit etiam apta. Tum verò eloquentio apta est cum verba rebus, & res personis, loco, temporique respondent; & ut vno verbo explicem, cum decorum seruetur. Quæres, Decorum quid sit? Id nimirum quod decet. namque ut in vita decorum consistit in quadam æquabilitate omnium actionum prout personis, loco temporis, ac statui cuiusque conuenit, ita in concionando decorum est quadam æqualitas, seu proportio, & congruentia orationis, ut conuenit rebus, personis dicentis, & audientis, locis ac temporibus, cum grandia stylo sublimi, moderato mediocria; tenuia infimo, seu acuto exponuntur. Quo loco vera est Ciceronis sententia. In omni re posse quid deceat face-

Ornatus qualis esse debeat.

Apta eloquentio.

Decorum tenendum.

re, artis & naturæ esse, scire quid quemque deceat, prudentiæ, idque vt in vita, sic in oratione difficillimum esse. Igitur vt decorum seruetur spectanda est persona dicentis, sit ne iuuenis, an senex. Paulus Timotheum docens: senes, ait, ne increpaueris, sed obsecra vt patres. erat enim ille iuuenis: sitne persona primata, an publica. Episcopus & vir magnæ authoritatis, aliqua cum decore dicet, quæ non deceant alium: nouus concionator, an vetus sit; cuius etiã existimationis ac famæ. Deinde consideranda auditorum conditio. Aliter enim ad subditos, aliter ad Religiosos dicendû est, aliter ad sæculares, ad pueros, ad senes, ad mulieres, ad doctos. Huc spectat illud Eccl. Cum viro irreligioso tracta de sanctitate, cum iniusto de iustitia, cum timido de bello; Habenda est ratio temporis, nam tempore tristi læta proponere esset contra illud: Musica in luctu importuna narratio. Si quis in sancta hebdomada vellet in concione de Christi Domini passione ostendere omnibus latandum esse: quamuis pius etiam lætitiæ affectus elici ex ea possit, tamen tunc tempus non est, cum Ecclesia habeat omnia ad luctum, ad commiserationem, ad dolorem composita. Sed dicamus etiã qui sint in dicendo inepti, vt opposita iuxta se posita magis elucescant, & proximum virtuti vitium eã magis eminere faciat. Eplanæ sunt qui difficiles, & obscuras quæstiones tractant, qui effutunt inconsideratè, quæ non debent, qui longas digressiones assuunt, qui subtilia prædicant ad sese ostentandos, qui in rebus leuibus, & facilibus tempus terunt, qui res parum vtilis ac fuitiles congerunt, qui fabellas, & ridicula facile intermiscunt, qui varietatem in oratione non habent, qui genera dicendi non intermiscunt pro rerum quas tractant dignitate, & qui linguam Hebræam, vel Græcam nimis affectant, qui coaceruant epitheta, vel synonyma, qui nimium verbis ac syllabis inharrent, qui denique eandem rem satis intellectam crebrius inculcant. Præterea est inepta oratio quando genus dicendi non est qualitati rei, ac naturæ accommodatum, vt si genus orationis sublimè paruis rebus adhibeatur, lætum tristibus, asperum lenibus, modicum grandibus, submissum concitatis, supplicibus mordax, violentum iucundis; Hæc namque decorum non habent, sicut nec habitus triumphalis fœminas decet, & monilibus, quæ sunt fœminarum ornamento, viri deformantur. Est enim similis vesti oratio, & alia pueros, alia senes; alia viros, alia fœminas, alia magistratus, alia milites; vestium forma decet: Sique hæc permutes, vt senilibus pueros, muliebribus vi-

M m 4 ros,

Decorum
personarum.
1. Tim. 5.

Eccl. 37.
Decorum tē
poris.
Eccl. 22.

Inepti quia
sint.

ros, militaribus magistratus induas, non solum decorum sed etiam usus perit: Ita cum eloquendi genus pro multiplici rerum varietate varium ac multiplex sit, nisi fuerit accommodatum, & aptum, non modo res non illustrabit, sed potius obscurabit, ac destruet.

Figurarum usus, & exempla sacra Troporum.
Cap. XIII.

Figura multum valent.

Lib. 9. c. 3. in initio.

Tria circa usum figurarum.

Lib. 9. c. 3. in fine.

Figura in oratione, si loco apponuntur, sunt instar colorum in pictura. Nam quemadmodum hæc ubi delineata est, & solum adumbrata, longè abest à perfectione, tum autem perficitur, ubi singulæ partes excitantur, & distinguuntur coloribus suis. Ita iacet oratio simplex, ac plana, quam non conformant, illuminant, excitant figuræ. Eam ob rem, eas dicendi magistris, colores, lumina, flores, insignia orationis appellant. Et Fab. docet nò esse inter minima Oratoris vitia, si figuris careat, perinde ac si humanum corpus, honesta forma, & habitudine, seu proportionem destitueretur. Valent autem non solum ad delectationem, & attentionem, ac doctrinam, sed etiam vehementer ad motum. Nam rectus quidam dicendi modus, & valde vsitatus, sæpè non excitat attentionem, non afficit animum: at oratio quæ per tropos à propria significatione ad aliam cum virtute ac splendore sermonem commutat, & à communi, ac primum se offerente dicendi ratione remota, in aliam nouam atque artificiosam dictionis formam sese conformat, erigit aures commouet mentes; Prudenter circa figurarum usum tria docet Quintilianus. Primum est, vt figuræ subsit digna res, ac Sententia. Sunt, inquit, qui neglecto rerum pondere, & viribus sententiarum, si vel inania verba in hos modos deprauarint, summos se iudicent artifices, ideoque non desinunt eas necere, quas sine sententia sectari tam est ridiculum, quam quarere habitum gestumque sine corpore. Secundum, vt figuræ non solum opportune, sed etiam moderatè adhibeantur, alioqui non modo non ornant, sed ineptias Oratoris indicant; nam & vultus mutatio, inquit, oculorumque coniectus multum in oratione valent, sed si quis ducere os exquisitis modis, ac frontis, ac luminum inconstantia trepidare non desinat, rideatur, sic ait si crebrò his generibus utemur, puerili videbimur eloquutione delectari: quod verè dictum non rara ostendunt exempla eorum, qui totam benè dicendi rationem, & artem in cuiusdam verbi cre-

fra repetitione rati consistere, nullum finem repetendi faciunt infulse plane, ac pueriliter, & ineptissime. Tertium, ut habeatur ratio rei, quæ tractatur; Nam ubi atrox causa est, quorsum similiter cadentia? cum in his rebus, cura verborum deroget affectibus fidem, & vbiemque ars ostendatur, veritas abesse videatur. His positis cum harum figurarum frequentissimus sit usus in sacris literis, & apud Christianæ Religionis Sactos Patres, valeantque multam ad omne Christiani etiam Oratoris munus, allatis nostrorum exemplis placuit illustrare hanc partem minimè contemnendam, imò vero necessariam.

Præter exempla autem, pauca erunt adijcienda, quia hæc ijs scribuntur, qui vel ab adolescentia, quæ de figuris dici possent, ex Rethorum officinis hausserunt, vel nullo negotio possunt per sese cognoscere. Ac primo loco constat diuinos libros abundante varijs tropis: quorû aliqui assumi solent significationis gratia, alij magis ad decorem & ornatum.

Inter præcipuos tropos est verborum translatorum usus, græcè metaphora; quæ non est aliud, ait, August. nisi de re propria, ad rem non propriam, alicuius verbi usurpata translatio. Duricitur autem tum ab animatis ad inanimata, tum ab his ad animata. Porrò illæ metaphoræ illustriores videntur, quæ ad res sensus expertes traducuntur, significando in ijs aliquem motum, atque operationem viuentium, præsertim sumptæ ab hominibus; ut, obstapescite cæli; Omnis creatura ingemiscit, & parturiet, flumina plaudent manu. Quid est tibi mare quod fugisti? S. Augustinus. Cernitisne quò tendat, quo manus porrigat hæc disputatio? Sed & aliundè sumptæ magnam venustatem, atque vim habent: & passim in scripturis occurrunt. Quare fremuerunt gentes? Tunc exultabunt omnia ligna sylvarum. Si sumptero pennas meas diluculo. Torrente voluptatis tuæ porabis eos. Sub umbra alarum tuarum protege nos. Apposita est gemina illa Leonis Papæ, cum ad Petrum conuersus ait; Ad hanc ergo Urbem, tu Beatissime Apostole Petre, venire non metuis; & syluam istam frementium bestiarum, & turbulentissima profunditatis Oceanum constantior, quam cum supra mare gradereris ingrederis. Aristoteles laudat metaphoras quod multum habeant perspicuitatis, iucunditatis, & dignitatis. maximè eas commendat, quas vocat secundum energiam, id est quibus res inanimas induimus tanquam animatas. Rationem quare translatio multum auditores delectet, affert Cicero quia in oratione apparet ingenij specimen quoddam, dum quæ ante pedes

Translatio.

Lib. 2. contra mendacium c. 19.

Hier. 2.

Rom. 8.

Psal. 97.

Psal. 113.

De natura

& gratia

c. 20.

Exempla translationum.

Psal. 2.

Psal. 95.

Psal. 138.

Psal. 35.

Psal. 16.

Serm. 1. de

Apost. Petro et Pau

lo.

3. Rhet.

c. 2.

Quare translatio multum delectat.

delectat.

delectat.

delectat.

delectat.

delectat.

delectat.

delectat.

delectat.

delectat.

delectat.

delectat.

delectat.

delectat.

delectat.

delectat.

delectat.

delectat.

delectat.

delectat.

delectat.

delectat.

delectat.

delectat.

delectat.

delectat.

delectat.

delectat.

delectat.

delectat.

delectat.

delectat.

delectat.

delectat.

delectat.

delectat.

delectat.

delectat.

3. de Orat. pedes sunt transilit, & alia longè repetita sumit, ipse verò auditor in verbis translatis alio ducitur cogitatione, neque tamè aberrat, quæ maxima est delectatio, vel quia omnis translatio ad sensum ipsum admouetur; Ex Aristotele autem ratio est, quia non solum qui audit ex verbis translatis plura intelligit, sed etiam discit per quamdam ratiocinationem conferens rem de qua est sermo, cum ea, ex qua sumitur translatio, & animaduertens proportionem, & concludens quodammodo hanc esse illam: Nihil autem est, Aristotelis sententia quod ita delectet, sicut est facilè discere. Propterea ille præcipit, vt metaphora neque ex obuijs sint, neque ex nimium reconditis, quia per illas vt nimium faciles, nihil videmur addiscere; per has vt obscuras, vel nihil discimus, vel cum labore. Laudat autem eas maximè in quibus proportio cernitur; Nam cum omnes in aliqua proportione sitæ sint, in quibusdam tamen ea planius elucet, cum vicissim liceat permutare: vt cum dicimus stellas flores cæli, flores terra, stellas, & vt ille ait: Scutū Bacchi est phiala, Martis phiala est scutum. Et alibi: seruus est instrumentum animatum, instrumentum est seruus inanimatus. Quo genere ita delectatur Aristoteles, vt ne in Acroamaticis quidem absint.

Metaphoræ illustriores secundum Aristotelem.

Phys. 4.

Nam locum dicit esse vas immobile, vas autem mobilem locum. Debet igitur id vnde ducitur metaphora habere similitudinem, ac proportionem cum re ad quam accommodatur. Quod si interdum durior aut audacior sit, solet molliori, appositis particulis, quodammodo, vt ita dicam, & similibus. Videndum est autem ne ex humilibus rebus petantur, aut sordidis, aut quæ menti sædas species obiectent. Exemplum translationis sit ex Cypr. Dominus, inquit, prudentes nos esse iussit ne aduersarius vigilans, & semper insidians vbi in pedibus obrepserit, de scintillis conflet incendia, de paruis maxima exaggeret, & dum remissis, flatu molliore, blanditur, procellis excitatis ruinas fidei, & salutis, ac vitæ naufragia moliat.

Lib. de zelo, & liuore initio.

Allegoria.

Translationi adiungitur sermo per allegoriam, cum aliud verbis dicitur aliud significatur; Nec multum differt Allegoria à metaphora, nisi quod hæc miscet translata cum proprijs, illa vtitur translatis per totam orationem. Sed Allegoria, sicut & metaphora, de vicino sumitur: quod si longius obscuriusque sumatur, tunc allegoria degenerat in Aenigma. Hic autem dicendi modus per allegorias est vtitatissimus in sacris literis. Ioan. 4. Leuate oculos & videte, quia regiones albæ sunt ad messem, Abraham

Abraham duos filios habuit, vnum de Ancilla, alterum de libera, quæ sunt per allegoriam dicta. Cuius ventilabrum in manu sua est, & purgabit aream suam. In chamo & freno maxillus eorum constringe. Vineæ facta est dilecto meo in cornu filio olei. Item, egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Sint lumbi vestri præcincti. Basil. Oportet mentem velut gubernatorem affectibus præfidere, & carnem velut nauigium inscendere, & cogitationes velut clauos crudite circumuerrere, & vndas generosè conculcare. Ambr. attollat licet emissus latebris coluber perfidiæ caput, & serpentinis euomat venena pectoribus. Illustris quoque est illa, quam S. Basil. fusè persequitur, vbi mortem S. Ioannis Baptistæ vocat tragediam; Hanc, inquit, tragædiâ decollationis, Diabolus excitaui, Herodes confecit, Herodias saltauit, Baptistæ descendit in certamen, Euangelista narrauit, nimirum vbi diabolus victoriam desperauit in Ioannem, vertit arma, & Herodianis affectibus pro armis vsus viam aperit ad Baptistæ mortem. Eandem cædem Ioannis Baptistæ tanquam ludum gladiatorii, aut bestiarum describit B. Petrus Chrysologus. In areâ ait vertitur domus; Mensa migrat in caueam: sicut de pransoribus, spectatores: funere mutatur conuiuium: fit cibus cædes, & vinum transit in sanguinè; Finis apponitur natali, in ortu exhibetur occasus: conuiuium in homicidium commutatur: Organa tragediæ personant secularem, intrat bestia in puellam, quærit amputare, non saltare: discurret fera, non femina: spargit iubas per ceruicem, non capillos: membra dilatat anfractibus: sæuitiæ crescit augmentis: fit grandis crudelitate, non corpore: & singularis fera vsque dum capiat prædâ: fremit ore, dentibus frenat: Ferrum non suscipit, sed producit. Allegoriæ affinis est Ironia, quia illa aliud vult significari, aliud dicit, hæc autè contrarium vult intelligi, sæpe ad irrisionè accommodata, vt clamate voce maiore, forsitan autè longius abest, aut dormit, vt excitetur. Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est. Est etiâ huic similis Antiphrasis. Benedic Deo, & morere. His etiâ similis est Parabolæ, Paræmia, Aenigma. Parabolæ satis ex Euâgelij notæ sunt. Homo quidâ fecit cœnam magnâ, & misit seruos suos. Simile est regnû cœlorû decem virginibus. Sagenæ missæ in mare. Thesauro abscondito. Negociatori quærenti bonas margaritas. Paræmiæ sunt illæ. Canis reuertès ad vomitû. Nunquid & Saul inter Prophetas. Luc. vtique dicetis mihi: Medice cura te ipsû. Super arenâ ædificare. Enigma est. De comedente exiuit cibus, & de

Gal. 4.

Luc. 3.

Psal. 31.

Isa. 5.

Isa. 11.

Luc. 12.

Basil.

In 2. cap.

Luca.

Orat. 15.

Serm. 127.

Ironia.

3. Reg. 18.

Gen. 3.

Iob 2.

Luc. 14.

Matt. 25.

Matt. 13.

1. Pet. 2.

1. Reg. 10.

Luc. 4.

Matt. 7.

Enigma.

& de

- Iudic. 14.* & de forti egressa est dulcedo; Sanguisuga duæ sunt filia, quæ dicunt affer, affer, Antequam obtenebrescat Sol, & lumen, & Luna, & reuertantur nubes post pluuiam, quando commouebuntur custodes domus, florebit amygdalus, impinguabitur locusta, dissipabitur capparitis, & totus ille textus, vbi de fenestris loquitur. Sunt etiam tropi Metonymia, & Synedochæ. Exemplum primi est. Auribus percipe terra: vbi id quod continet ponitur pro ipsis hominibus, qui sunt in terra. Exemplum secundi est. Verbum caro factum est: vbi caro, quæ est pars, ponitur pro toto. Conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas in falces: vbi id, quod sequitur significat id, quod præcedit: scilicet erit pax, quando instrumenta bellica in instrumenta pacis vertuntur. Peccator videbit & irascetur; vbi vnus ponitur pro omnibus. Rursus ad tropos pertinent. Antonomastia, Epithetum, Periphrasis. Exemplum primi; Cum videritis abominationem, id est Antichristum. Rex virtutum dilecti, id est filij. Sic pro Paulo ponitur Apostolus, pro Christo Redemptor, pro Moysse legislator. Exemplum secundi. Misericors, & miserator Dominus, longanimis & multum misericors. Et, quam bonus Israel Deus his, qui recto sunt corde? Exemplum tertij. Pro Iob. dicam: vir simplex ac rectus, timens Deum & recedens à malo. Bas. vocat auarum fraudatorem, raptorem bonorum Dei, & pauperum. Scimus quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, id est corpus. est enim circumloquutio quædam. Hactenus de Tropis.
- Ser. 2. in Diuites Auaros*
2. Cor. 5.

Figuræ verborum, & exempla sacra. Cap. XIV.

- I**am figurarum quoque præcipuarum afferam exempla, & à figuris verborum exordiamur. valde frequens est Repetitio, & multipliciter fit, prout varijs locis ponitur vox, quæ iteratur. Aliquando enim reperitur in initio, vt Paulus: Periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in solitudine, periculis in falsis fratribus. Seminatur in corruptione, surget in incorruptione; feminatur in ignobilitate, surget in gloria; feminatur in infirmitate surget in virtute, feminatur corpus animale, surget corpus spirituale. Vox Domini super aquas. Vox Domini confringentis cedros. Vox Domini concutientis desertum. Illa est perelegans, qua Ecclesia vititur ex Greg. in vigilia Paschæ. Hæc nox est, qua peccatorum tenebras purgauit. Hæc nox est in qua destructis vinculis mortis, Christus ab
- Infe-

Inferis victor ascendit. Hæc nox est, quæ hodie per vniuersum mundum &c. vide longe pulcherrimam apud S. Nazianzenum in repetitione vocis popule mi, quam deinde concludens incredibilem, inquit, ex vobis, hoc frequenti, & sæpe repetito nomine voluptatem capio. Illa etiam S. Leonis præclara, dum repetit. Traxisti Domine omnia ad te &c. Nonnunquam repetitio in fine fit; Paulus: lapidati sunt, secti sunt, in occisione gladii mortui sunt. Aliquando vtrobique. Gaudete in Domino semper, iterum dico gaudete. Greg. implet Spiritus sanctus puerum, & Cytharedum facit: implet pastorem armentarium, & Prophetam facit. Aliquando idem verbum in tota periodo cum gratia repetitur. Ber. accipiunt curas, vt viuant sine curis. Similiter cadens & similiter desinens est illud Augustini. Comparans diem natalem Martyris cum ipsa morte. Illo die, ex fastidioso matris utero in hanc lucem processit, quæ oculos carnis illecebrat: isto autem die ex profundissimo carcere in illam lucem discessit, quæ visum mentis illustrat. Ad prætiosam mortem iuste viuendo venit, ad gloriosam vitam iniuste moriendo perrexit. Ber. clamat mundus, ego deficio; clamat caro, ego inficio, clamat Dæmon, ego decipio, clamat Christus ego reficio, similis est Geminatio, siue Conduplicatio, cum varijs modis verba iterantur, vt habeat oratio maiorem vim. Cōsolamini, cōsolamini. Confurge, confurge. Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas, cisternas quæ continere non valent aquas. Gradationis exemplum est apud D. Paulum. Tribulatio patientiam operatur: patientia probatorem: probatio verò spem: spes autem non confundit. Hugo. Cogitatio praua delectationem parit: delectatio consensus: consensus operationem: operatio consuetudinem: consuetudo necessitatem: August. Creatus est homo, vt summum bonum intelligeret: intelligendo amaret: amando possideret: possidendo frueretur. Hieronymus, Lucerna, lampadis comparatione, pro nihilo est: lampas stellæ comparatione, non lucet: stellam lunæ confer, cœca est: lunam soli iunge, non rutilat: solem Christo confer, tenebræ sunt. Agnominatio est. Tu es Petrus, & super hæc petram ædificabo Ecclesiam meam. Ber. Dæmon futuram hominis gloriam vidit, & inuidit. Cypr. oculi tibi non sunt, quos Deus fecit, sed quos Dæmon infecit. Synonima plura ponuntur aliquando ad maiorem vim, vt sequens vox sit, quasi prioris interpretatio. Diligam te Domine fortitudo mea: Dominus firmamentum meum, & refugium meum,

*Orat. in Ap
pulsu. Aegi
pt. Episc.
Serm. 8. de
Pass.
Heb. 11.
Philip. 4.*

Geminatio.

*Isa. 40.
Isa. 52.
Jerem. 2.
Gradatio.
Rom. 5.*

*In Apo. ad
Pamach.*

Agnomina-
tio.

*Matth. 16
De habitu
Virg.*

Synonima.
Psal. 27.

- meum, & sæpe fit iteratio non verbi tantum, sed plurium idem significantium. Non habitabit iuxta te malignus, neque permanebunt iniusti ante oculos tuos. Nonne dissimulaui? nonne filii? nonne quicui? Antitheta sunt, quæ ex contrarijs constant, vel differentibus, quæ ad inuicem opponuntur, & multis modis, non in verbis solum, sed etiam in sententijs ponuntur.
- Psal. 5.* vt. Ecce tu pulchra es amica mea: ecce tu pulcher es dilecti mi. Sicut lilium inter spinas sic amica mea inter filias. Sicut malus inter ligna sylvarum, sic dilectus meus inter filios hominum. Paul. Maledicimur, & benedicimus, persecutionem patimur & sustinemus, blasphemamur, & obsecramus. si secundum carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis viuetis. Illa pulcherrima. Quod in præsentibus est momentaneum, & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternæ gloriæ pondus operatur in nobis. *Psal. 124. de Diuite & Lazaro.*
- Psal. 36.* Diuite & Lazaro. Diues bysso, Pauper squallore: auro Diues, Pauper fetore: Diues plumbo decumbebat signate, iacebat durissima Pauper in terra: Diues ructabat epulas, fame pauper anhelabat: fundebat vina Diues, Pauper lachrymas: fatiatus Diues proiebat panes: micæ Pauper esuriens non habebat. Vfus oppositorum magnam habet & ventositatem, & vim, & magnam nobis suppeditat syluam Christiana Religio, cum ea coniugimus, quæ sibi aduersari videntur, siue de Christo Domino loquamur, siue de sanctis Martyribus, siue de contemptu rerum terrenarum, & exempla apud Sanctos extant plurima. Paul. nonne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi? Et cum infirmior, tunc fortior fio. Sic humilitas Christiana dicitur gloriosa, sic diues paupertas, dicente Paulo: tanquam nihil habentes, & omnia possidentes. Huc facit locus Gregor. Nazianz. qui virum philosophica mente præditum similem dicit arbori, quæ vt est in fabulis excisa floret, aduersus ferrum certat, morte viuit, & sectione pullulat, & cum absumitur crescit, sic Philosophus afflictionibus inclarescit, ac vitæ molestias virtutis segetem existimat, contrarijsq. rebus ornatur.
- Correctio.* Correctio, cum corrigimus quod dictum est, & aliud loco eius ponimus. Interrogame, & ego respondebo tibi, vel potius ego interrogabo te, & tu responde mihi. Greg. Quid igitur miramur, fratres, Mariam venientem, an Dominum suscipientem? *ham. 33. in Euang.* suscipientem dicam, an trahentem? sed melius dicam trahentem

tem & suscipientem. Diminutio. Manus Domini tetigit me, plus significat, quam vox dicat, & Paulus. Post celebrata resurrectionis premia amplissima, concludit. Itaque, fratres mei dilecti, stabiles estote, & immobiles, abundantes in opere Domini semper, scientes, quod labor vester non est inanis in Domino: significans non modo non inanem, sed supra modum fructiferum esse. Reticentia. Si cognouisses, & tu. Anima mea turbata est valde: sed tu Domine vsque quo?

Diminutio.
Iob. 19.
1. Cor. 15.
Reticentia,
Luc. 19.
Psal. 6.

Figura sententiarum, & exempla. Cap. XV.

Apud aliquos qui figuras sententiarum enumerant, multae referuntur, quae ad locos argumentorum, vel argumentationes pertinent magis; vt sunt Definitio, Descriptio, Diuisio, Distributio partium, Enthimema, Dilemma, Expositio, Enumeratio; Aliquae praeterea a nobis positae sunt, cum de amplificatione, de affectibus, & de partibus orationis loquuti sumus, vt sunt: Incrementum, Congeries, Comparatio; Item sententiae, similitudines, exempla, Apologi, Parabolae. Praeterea inter figuratas sententias, merito ponimus omnes illos dicendi modos, seu figuras, in quibus a communi forma dicendi, ita discedimus, vt, cum possemus aliter dicere, tamen ex arte recipiat oratio nostra diuersum quasi habitum ab vsitato, & ordinario. Hoc enim est figurate loqui. Possent multa afferri exempla, nec videntur omnino tacenda, quia haec sunt, quae faciunt illustrem concionem, & excitant motus animorum. Habent orationes, aliquid figuratae loquutionis, cum inter dicendum significamus nos aliquid optare, & in votis habere, vt Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, & Veinam attendisses ad mandata mea, facta fuisset sicut flumen pax tua. Cum adhortamur. Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum. Dehortamur. Nolite fieri sicut equus & mulus. Comminamur. Vae qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam, & potandum vsque ad vesperam. Exultamus. Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Iesu meo. Commiseramur. Quomodo sedet sola Ciuitas plena populo, facta est quasi vidua Domina gentium. Expostulamur. Vsque quo, Domine, clamabo ad te, & non exaudies? Obiurgamus. Haecine reddis Domino popule stulte, & insipiens? Detestamur. Mihi autem absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Obsecramus. Obsecro vos ego

Multae species figuratae loquutionis.
Hierem. 9
Isa. 48.
Isa. 1.
Psal. 31.
Isa. 5.
Habac. 2.
Thren. 1.
Habac. 1.
Deut. 32.
Gal. 6.
1. Cor. 10.
Paulus

res, & quasi personas conuertere. Sed præter has quædam sunt
sententiarum figuræ, quas vt præcipuas, & in oratione, si re-
ctè adhibeantur, maximè dominantes paulò fufius illustrari
debet exemplis. Sit prima ex his Emphasis. Quid est homo
quod memor es eius, aut filius hominis? Me igitur non timebi-
tis, qui posui arenam mari terminum suum? Puer natus est no-
bis, & filius datus est nobis. Hæc figura orationi magnam
vim adhibet, cum verba, vel Scripturæ sacræ, vel alia ponderā-
tur diligenter, adhibito etiam eo modo pronuntiandi, & ge-
stuum, quem res ipsa exigit. Apostrophe etiam ad omnes affe-
ctus, tam lenes, quàm graues multum valet. Quid est tibi mare,
quod fugisti? & tu Iordanis quia conuersus es retrorsum? Et
filij hominum vsquequo graui corde? Vtitur Apostrophe ad ab-
sentes cum descriptione quadam efficaci D. Bern. Vbi appellat
ad Tribunal Christi Iesu Tuum (inquit) Domine Iesu tribunal
appello: tuo me iudicio seruo: tibi committo causam meam.
Domine Deus Sabaoth qui iudicas iuste, & probas renes, &
corda, cuius oculi sicut fallere nolunt, ita falli non possunt: tu
vides qui tua, vides qui quærunt, & sua] Egregia item est il-
la eiusdem ad corpus. Propterea noli ò corpus, noli præripere
tempora: potes enim impedire animæ salutem suam, operari
non potes: Et paulo post. Nobilem hospitem habes, ò caro, da
honore hospiti tanto &c. D. Chryf. alloquitur crucem, & vin-
cula Sanctorum Petri, & Pauli. Apostrophe cum fit ad Deum,
debet fieri cum magno affectu, & reuerentia, ac dulcedine in
verbis, & voce, ac gestu. Si fiat ad Christum in Sanctissimo Sa-
cramento, & opportunè, & cum affectu fiat, alloquendo Do-
minum ac si præsens oculis cerneretur, vt auditores aduertant
sibi Deum adesse præsentem, vix dici potest quantus motus,
se excitari possit, in animis omnium. Apostrophe ad Christum
crucifixum, cum fit in fine concionis, vel aliàs, non debet esse
longa, nec fiat in omni concione, aut nimis crebrò, sed vbi Cõ-
cionator sentit se aliquo modo commotum, vt & alios commo-
ueat. Cum Apostrophe ad homines fit, siue obiurgando pec-
catorem, siue familiariter quodammodo interrogando, & cõ-
municando quæ ad eius animam spectant, siue interdum lau-
dando, si locus requirat, debet apparere in Concionatore sin-
cera amoris significatio, ac desiderium, ac zelus salutis eo-
rum. Multum valet tempestiua exclamatio. Paul. ò altitudo
diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei: quàm incomprehensibi-
lia sunt iudicia eius. Et ò generatio incredula, quamdiu vos

Emphasis.
Psal. 8.
Hier. 5.
Isa. 9.

Apostrophe.
Psal. 113.
Psal. 4.
Epist. 1.

Serm. 6. de
Adu. Do-
mini.
Homil. de
SS. Petro,
et Paulo.

Exclamatio.
Rom. 11.
Matth. 17.

N n patiar

Serm. 48.
ad fratres
in vere.

patiar? Augustinus, ò auaritia abyssus insatiabilis, semper famelicis, semper doles, semper tristaris in cunctis? ò pelus interminabilis, ò famelica rabies, ò rabies omni fine carens, Locum ferè habet post rei narrationem, vel probationem: interdum, cum res magna proponitur in media narratione per parenthesis interijcitur, explicando affectum quem tota narratio continet. Post narrationem subijcitur Acclamatio, græcè Epiphonema quæ sententiam continet. Cum exarierit in breui ira eius, beati omnes qui confidunt in eo Euf: Em: quàm beata ætas, quæ nec dum Christum potest eloqui, & iam pro Christo meretur interfici. Hyperbole. Aquilis velociore, Leonibus fortiores: Venit Ioannes Baptista neque manducans, neque bibens; Qui modus loquendi non continet mendacium, sed significat rem, de qua est sermo, tantam esse, vt explicari nisi per excessum, non possit. Ambr. agens de S. Agnetis ætate, fuit ne in illo corpuscule vulneri locus? Et quæ non habuit quo ferrum reciperet, habuit quo ferrum vinceret. Nouum martyrij genus, nondum idonea pœnæ, iam matura victoriæ.

Epiphonema
Psal. 2.
Euseb. de
Innoc.
Hyperbole.
2. Reg. 1.
Matth. 11.

Sequuntur aliæ figura Sententiarum. Cap. XVI.

Transitio.

Transitio est figura, quæ ad ordinem ac diluciditatem necessaria sepe est, non solum utilis. Valet etiam ad docilitatem captandam, & renouandam attentionem, quia relicit animum auditoris, Aristoteli in suis libris frequentissima, & viris doctis. Diximus paulò ante nonnihil de ea. hæc addantur quasi exempla. simplicissima est vt si dicam: satis multa de primo capite: veniamus ad alterum. Illæ magis artificiosæ sunt, satis multa de malis, quæ ab ira proueniunt, nunc de commodis dicamus, quæ mansuetudo affert. Si præcesserit sermo de alicuius virtutis nobilitate, V. g. castitatis: Atqui frustra erit omnis sermo de excellentia castitatis, nisi quædam attexamus contra luxum in cibo, ac potu, & vestitu, vel magna sunt quæ diximus, longè maiora quæ restant dicenda. Vidimus quæ fugienda, iam quæ facienda videamus. Vidimus mali grauitatem, quæramus opportuna remedia. Nihil videtur posse addi ijs quæ diximus de peccati grauitate, & tamen leuissima solâ attigimus. Audite iam quod præcipuum est, & similia prout ordinis ratio fert. Chrysoft. Nec verò peccata solum purgat oratio, sed pericula etiam grauissima depellit. Præoccupatio, multi dicunt quis ostendit nobis bona? Signatum est, & cat.

De orãdo
Deo lib. 1.
Præoccupatio.
Psal. 4.

Nunquid iniustus est Deus? Absit. Interrogatio: quæ fit multis modis. Affirmantis est. Nonne Deo subiecta erit anima mea? q. d. omnino ita erit. Quare fremuerunt gentes? ridentis est. Quid gloriaris in malitia qui potens es in iniquitate? indignantis est: Domine Dominus noster quam admirabile est nomen tuum? admirantis est. Quid retribuam Domino pro omnibus? dubitantis est. Quare tristis es anima mea? Corrigentis, vel adhortantis est. Aliquando fit interrogatio cum responsione, quam vocant Subiectionem. Hieron. Paupertatem times? sed beatos pauperes Christus appellat. Laborem times? at nemo Athleta sine sudore coronatur. de cibo cogitas? sed fides famem non timet. quo in genere, quia pulcher est, quãuis abundemus nostris, nolo tamen locum Senecæ omittere, ubi hortans ut si quid ab aliquo patimur, excusemus, ait Puer est? ætati doneatur: nescit an peccat. Pater est? aut tantum profuit, ut illius iã iniuria ius sit; aut fortassis ipsum, hoc meritum eius est, quo offendimur. Mulier est? errat. Iustus est? necessitati, quis nisi insipiens succenset? læsus est? non est iniuria, pati, quod prior feceris. Iudex est? plus illius credas sententiæ, quam tuæ. Rex est? Si nocentem punit cede iustitiæ, si innocentem, cede fortunæ. Mutum animal est, aut simile muto? imitaris illud, si irasceris. Morbus est, aut calamitas? ergo leuius transiliet sustinentem. Deus est? tam perdis operam, si irasceris, quã cum illum alteri precaris iratum. Bonus vir est, qui iniuriam fecit? noli credere. Malus? noli mirari.]

Commoratio cum circa idem diu moratur oratio. Misere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam: rursus, Et secundum multitudinem miserationum tuarum, Iterum addit, Amplius laua me, Et adhuc à peccato meo munda me. Tibi soli peccaui. Præceptum est Ciceronis, ut quando locum aliquem præ manibus habemus, in quo præcipua vis persuasio- nis est, ibi commoremur, & varijs eum sententijs modisque versemus. Recè & modo laudatus Seneca de oratione sui Phi- losophi loquens, respondet. Hunc (inquit) illorum affectum, (loquitur de contemptu pecuniæ) ubi videris, vrge, hoc pre- me, hoc onera, relictis ambiguitatibus, & syllogismis, & cauil- lationibus, & cæteris acuminis irrisi ludicris. Dic in avaritiã, Dic in luxuriã. Cum profecisse te videris, & animos audien- tium affeceris, insta vehementius. Verisimile non est quantum proficiat talis oratio, remedio intenta, & tota in bonum au- dientium versa.] Adijciamus & Plin. minoris, qui magnus

N n 2 sanè

Rom. 3. Interroga- tio.

Psal. 61.

Psal. 2.

Psal. 51.

Psal. 8.

Psal. 115.

Psal. 41.

Subiectio.

Epist. 1. ad

Heliod.

Lib. 2. de

Ira c. 30.

Comoratio.

Psal. 50.

Epist. 108.

In loco ne-

cessario, &

gravi debet

oratio persi-

stere, & com-

morari.

Epist. 108.

In loco ne-

cessario, &

gravi debet

oratio persi-

stere, & com-

morari.

l. 1. ep. 20.

sanè fuit Orator, sententiam. Præuaricatio est transire dicēda: præuaricatio etiam cursim, & breuiter attingere, quæ sunt inculcanda, infigenda, repetenda. Nam plerisque longiore tractatu vis quædam, & pondus accedit: utque corpori ferrum, sic oratio animo non ictu magis, quàm mora infigitur.] In libro suo Ecclesiastes toties redit ad eandē sententiam, quod omnia sint

Ad Demetr.

Contra Iulianum.

Sustentatio.

vanitas, & afflictio spiritus. Hieron. finem iungo principio, nec semel meminisse contentus. Ama scientiam scripturarum, & amabit te sapientia Nazian. diu immoratur, quod studia humaniorum literarū Christianis interdixit Iulianus, & hoc maximè vrget. Sustentatio est, cum suspensos aliquandiu tenemus auditorum animos ad excitandam expectationem, antequam rem dicamus, ut clarius, ubi audierint, eius vim naturamque intelligant: ut si dicam. Accusauerunt Pharisei Christi Discipulos, at quo crimine? Num quod graue aliquid commiserint, & pessimo plebem exemplo offenderint? Num quod templum violauerint, Moisen execrati sint? Quid fuisse putatis criminis? Non lauant manus cum panem manducant. Vbi quid magnum, & inexpectatum dicere volumus, figura hæc apta est.

Extenuatio.

1. Reg. 24.

Concessio.

Psal. 138.

Extenuatio. Reg. Quem persequeris Rex Israel? canem mortuum, & culicem vnum. Concessio est cum aduersario aliquid concedimus ex his, quæ obijcit; Proba me, & scito cor meum, & vide si via iniquitatis in me est. August. quò vobis ambulare vias difficiles & laboriosas, quærite quod quæritis; sed ibi quærite, ubi est: beatam vitam quæritis in regione vmbre mortis? sed ibi non est. Bern. ubi concedit Abbates Cluniacenses habuisse facultatem à Sede Apostolica, sed nihil hoc eis profuturum apud Deum. Inuersio, cum quod obijcitur assumimus pro nobis. Etiam Domine, nam & catelli comedunt de micis, &c.

Epist. 1.

Inuersio.

Matt. 15.

Lib. 8. de

Prouid. in

fine.

uerbio uti solent, ut quibus non auferunt vitam, dedisse se dicant; sed in Vrbe illa, non tam hominum fuerunt hæc beneficia, quam legum: interfici enim indemnatum quemcunque hominem, etiam duodecim tabularum decreta vetuerunt. Ex quo agnoscitur, quod magna illic prærogatiua Dominicæ religionis fuit, Vbi ideo tantum seruis Dei licuit euadere, quia à pagano iure defensi sunt, ne Christianorum manibus trucidarentur.] Reticentia est, cum aliqua dicimus, & alia significamus taceri à nobis. Hieron. Prudens lector intelligit quid taceam, & quid magis tacendo loquar. Cypr. pudet, (ait) referre, quæ dicun-

Reticentia.

Li. De Spe

Etaculis.

& quid magis tacendo loquar. Cypr. pudet, (ait) referre, quæ dicun-

dicuntur, pudet accusare, quæ sunt, agentium strophas, adulterorum fallacias, mulierum immunditias, scurriles iocos, parafitos sordidos . Est item figurata loquutio libertas quædam *Iob 7.* bona in loquendo . *Iob .* Quare posuisti me contrarium tibi ? *Iob 21.* Nunquid bonum tibi videtur &c. Quare impij viuunt &c.

Descriptionum species, & prudentia in eis seruanda.

Cap. XVII.

Postremo loco earum figurarum exempla subijciam, quæ orationem maximè illustrant, & amplificant, & magnam vim ad commouendos animos habent. Ex sunt, quæ rem ante oculos ponunt, describentes res, personas, actiones, & facta, quæ communi vocabulo dici possunt Descriptiones. Huc pertinet Prosopopeia, cum persona introducitur. Ætopeia, quæ mores exprimit, ac describit. Imago, quæ ad modum picturæ rem colorat, ac depingit. Sermocinatio, cum sermo personæ datur, seu veræ, seu fictæ. Euidencia, quæ rem euidenter sub oculis ponit, quæ dicitur Græcis *ivexyia*. Hæc enim in descriptionibus curare oportet, vt rem euidenter representemus, ita vt videre videantur oculi, & aures audire, id de quo est sermo, tanquam non narretur, sed in conspectu ipso geratur. Non enim facis efficit (inquit Quintilianis) neque, vt debet, planè dominatur oratio, si vsque ad aures volet, atque ea sibi iudex, de quibus cognoscit, narrari credit, non exprimi, & oculis mentis ostendi.] Et paulo post, modum ita describendi ponit, cum ait. Atque huius summæ (iudicio quidem meo) virtutis, facillima est via. Naturam intueamur: hanc sequamur: omnis eloquentia circa opera vitæ est: ad se refert quisque, quæ audit, & facillimè accipiunt animi, quod agnoscunt] illud aduertendum est, solere quosdam Concionatores terere tempus in descriptione rerum inutilium, & his delectationem aucupari curam. Nunc Aurora in quadriga describitur, aurea refulgēs coma. Nunc irati maris tempestas, Nunc gemmeus camporū ornatu, Nunc floridus gemmarum splendor, Nunc lusciniæ cantus, & alia modi eiusdem. Platō. irridet eos poetas, qui in eo positi sunt, vt curruum fragorem, ventorum sibilum, grandinis strepitum, tubarum clangorem, voces canum, & auium expriment, probas autem, & honestas hominum actiones negligant. Multo æquius quàm Poetæ irridendi sunt illi, qui loquentis Dei referentes personam, & tempore abutuntur, & suo mun-

Na 3 nere,

In quibus rebus Descriptiones fieri debent.

Lib. 8. c. 3.
Energia quo modo fiat.

Descriptio- nes leues fugiendæ.
Lib. 3. de Repub.

nere, dum describunt confictum armorum, apparatus palatii, triumphum Imperatoris, venationis industriam, plantarum & animalium formas, & alia eiusdem generis, cum (vt idem subiicit plato) prohibitum sit insanire, aut insanientibus se similem reddere. Non equidem nego aliquas huiusmodi descriptiones apud Sanctos Patres nonnunquam reperiri, sed id faciunt, vt ex his aliquid spirituale manifestum appareat, & motum animorum excutiant, non vt eloquentiam in rebus vanis exercent. Quare in applicatione earum rerum sensibilibus toti sunt, quod cum fructu, & cum gratia etiam fit. Sed multi hodie prope accommodatione neglecta, & utilitate posthabita, id solum artificiosis descriptionibus agunt, vt aures oblectent audientium, suamque facultatem ostendent, & si quid applicant, id parum est, cum in similitudine multum artis adhibeant, & de his hic loquor. Quid quæso hæc ad euangelizandum? Quid nugis ad Seria, & Sacra? Quid agit ars histrionica, & Poetarum nequæ in suggestis Christianorum, vnde Christus crucifixus predicari debet? An desunt eloquenti graua argumenta, in quibus ingenium, & linguam occupet, & quantumcumque habet facultatis, exhauriat? An angustus est ad spatium diuinæ scripturarum campus? An desunt inter homines vitia, quæ corrigantur, quibus ciuitates Diaboli, iniquorum opera, accensæ sunt longè vehementius, quam fornax Babilonis? Quanto vtilius, & nobilius sese exercent, describendo statum miserabilem peccatoris? Luctas in morte? Martyrum pugnas aduersus tyrannos? Dæmonum tentationes? peruersos mores hominum mundanorum? religiosæ vitæ tranquillitatem? Christi patientis labores? damnatorum pœnas, & sexcenta alia, quorum exemplis referta sunt Sanctiorum Patrum volumina? Sed ponamus aliquot descriptionum exempla, quæ non puto molesta legentibus fore, tum quia id existimo in Concionatoris facultate præcipuum, vt norit, quæ dicit, quasi ante oculos ponere, atque euidenter ostendere, tum vt è scripturis, ac Patribus habeat, vnde hanc, vt Fabius vocat summam virtutem imitetur.

Descriptiones locorum Actionum Personarum ac Morum.
 Cap. XVIII.

Cap. I.

Primò solent fieri aliquando rerum descriptiones, vt locorum temporum, regnorum, rerum creaturarum denique omnium. In lib. Hæster describitur conuiuium Assueri.

Instit Rex septem diebus conuiuium præparari in vestibulo hor-
 ti, & nemoris, quod regio cultu, & manu constitum erat, & pen-
 debant ex omni parte, tectoria aerei coloris, & carbasini & hya-
 cintini, sustentata funibus byslinis, atque purpureis qui eburneis
 circulis inferti erant, & columnis marmoreis fulciebantur: Le-
 dent quoque aurei, & argentei super pauimentum smaragdino,
 & pario stratum lapide dispositi erant, quod mira varietate pi-
 ctura decorabat: bibebant autem qui inuitati erant aureis po-
 culis, nec erat qui nolentes cogeret ad bibendum. Isa. 30. descri-
 bitur Inferni baratrum sub nomine Tophet, Præparata est ab-
 heri Tophet à Rege præparata, profunda, & dilatata nutrime-
 tum eius ignis, & ligna multa, flatus Domini, sicut torrens sul-
 phuris succendens eam. Ambr. Describit Reipublicæ benè cõ-
 stitutæ formam in Apibus, & earum Regis dignitatem, & obe-
 dientiam, quam ei præstant omnes exactissimam. Post hæc, exer-
 citia quoque earum circa flores colligendos, & mellis opus.
 Processus est (inquit) per rura redolentia, vbi inhalantes horti
 floribus, vbi fluens riuus per gramina, vbi amæna riparum, &
 illic ludus alacris iuuentutis; illic campestre exercitium, illic
 curarum remissio; opus ipsum suaue floribus; de herbis dulci-
 bus fundamenta prima castrorũ ponuntur. Quid enim est aliud
 castrum, nisi quædam castrorum species? Denique ab his præsepi-
 bus apum, fucus arcetur, quæ castra quadrata tantum possunt
 habere, in quibus minuta, ac rotundæ cellulæ connexionione sui
 inuicem fulciuntur. Quis Architectus eas docuit hexagonia
 illa cellularum, indiscreta laterum æqualitate componere? ac
 tenues inter domorum septa ceras suspendere, stipare mella,
 & intenta floribus horrea nectare quodã distendere? Sic Dei
 magnificentiam & gloriam ostendit.

Secundò, Aliquando fit descriptio actionum variarum. Iob 39. describit equum paratum ad bellum, gloria narium,
 eius terror: terram vngula fodit: exultat audacter: in occursum
 pergit armatis; contemnit pauorem: nec cedit gladio: feruens,
 ac fremens sorbet terram: nec reputat tubæ sonare clangorem:
 vbi audiuit buccinam, dicit vah: procul odoratur bellum, ex-
 hortationem Ducum, & vlulatum exercitus. Isa. 3. descriptio
 est luxus, ac superbix muliebris, & pœnarum, ob id eis impen-
 dentium. Pro eo, quod eleuata sunt filix Syon, & ambulauerunt
 extento collo, & nutibus oculorum ibant, & plaudebant, & am-
 bulabant pedibus suis, & composito gradu incedebant, decal-
 nabit Dominus verticem filiarum Syon, & Dominus erinem.

N n 4 earum

Li. 5. Exã.
c. 21.

Descriptio-
nes actionũ.

*Serm 8. de
Sanctis.**I. De Elia,
et 1er. c. 8.**Ia Ditescen-
tes.**De Nabu.
c. 5.**Vlt. lib. de
Sacerd. in
fine.**Descriptio
personarum.
Iof. 9.*

earum nudabit. In die illa auferet Dominus ornamentum calceamentorum, & lunulas, & torques, & monilia & cat. Et erit pro suaui odore factor; & pro crispanti crine caluitium; & pro fascia pectorali, cilicium. August. describit necem Sanctorum Innocentium. Grande martyrium, inquit, crudele spectaculum, eximitur machæra, & nulla interuenit causa, sola stridet inuidia, testis est ipsa natura, quæ pugnabat in martyres, cum tyrannus iaciaret infantes. mater crines capitis dissabat, quæ ornamentum capitis amittebat, pugnabat mater, & carnifex, ille trahebat, illa tenebat, & alia quæ sequuntur. Ambros. item describit curas & sollicitudines famulorum, qui seruiunt Dominis gulosis in parandis cibarijs. Obsonator, inquit, est, qui antequam luceat, fores pulsat alienas, & tanquam bellum imminet, excitat dormientes, turbatum vides; anhelantem aduertis: interrogas quæ causa turbationis? Poscit, inquit, Dominus meus, ubi vinum melius vaneat, ubi phasianus pinguior, ubi piscis recentior: curstat per diuersa, & cum inuenit, summo cursu properat: & post pauca: Curritur ad coquinam. Fit ingens strepitus; fit tumultus, tota exagitur familia; maledicunt omnes, quod nulla eis requies. tandem aliquando dà requiem coquo; Sileat aliquando domus à multis perturbationibus huc illucque discurrentium; vacet fumo, & semiustulorum nidore non coquina; sed carnificina; putes prælium geri, non portari prandium, ita sanguine omnia natant. Basil. Describit historiam cuiusdam mendici vendentis vnum ex filijs in summa ægestate; quam etiam narrationem habet Ambros. & vterque summa eloquentiæ vi ad excitandam in pauperes misericordiam, & odium contra diuitum crudelitatem vitur. D. Chrysostr. vt ostendat periculum, quod animarum pastores suscipiunt, describit maximi belli apparatus: dein ipsas prælij calamitates; inde colligens quanto grauius sit bellum, quod nobis inferunt tartaræ Demonum Phalanges, quanto acriores impetus: cui tamen bello Sacerdos imperitus, ac rudis præficatur.

Tertiò, Personarum sæpe sunt descriptiones. Ios. describuntur Cabaonitæ, quasi peregrini de longe venientes. Tulerunt sibi cibaria, saccos veteres afinis imponentes, & vtres vianarios scissos, atque confutos, calceamenta que perantiqua, quæ ad indicium vetustatis pittatijs consuta erant, induti veteribus vestimentis panes quoque quos portabant ad viaticum, duri erant, & in frustra comminuti. Isa. 30. proponitur Dei iudicis

dicis persona . Ecce nomen Domini venit de longinquo , ardens furor eius , & grauis ad portandum , labia eius repleta , sunt indignatione , & lingua eius quasi ignis deuorans . spiritus eius quasi torrens inundans vsque ad medium colli , ad perdendas gentes in nihilum . Describitur Esther cum duabus ancillis cap. 15 . cum supplex accessit ad Assuerum : & Iudith c. 10 . cum sua Abra ad Olophernem . 1 . Reg. 17 . Persona describitur Goliath . Et egressus est vir spurius de castris Philistinorum , nomine Goliath altitudinis sex cubitorum , & palmi , & cassis ærea super caput eius , & lorica squamata induebatur . Porrò pòdus lorice eius quinque millia siclorum æris erat , & ocreas æreas habebat in cruribus , & quæ sequuntur , stansque clamabat aduersus phalngas Israel : quare venistis parati ad bellum ?

Quartò , maximè autem solent personarum mores cum fructu describi ; tam in bonum , quàm in malum , significando proprietates earum singulares . Prou. 6 . Homo apostata vir inutilis ; graditur ore peruerso ; annuit oculis ; terit pede ; digito loquitur ; prauo corde machinatur malum ; & omni tempore iurgia feminat . Chrysof. depingit viri mansueti mores ex vna parte , & irati ex altera ; comparans iratum foro , vbi est multus euntium , & redeuntium clamor , camelorum , mulorum , argentarijs , & ararijs vtrinque eudentibus . At mitis solitudinis , ac montis vertici similis est , auram habenti suauem , purum radium , pura fontium fluentia , multas florum amenitates , ac plantis vernantium pratorum , & hortorum floribus frondentium , & aquis viridantium , irriguis , vbi aues canoræ concentum efficiunt musicum , & zephyrus arborum folijs sensim aspiras , & rosæ , ac violæ , ac flores se leniter inclinantes , & aqua à vertice montis per riuos spontè defluens , & subiectis lapillis quieto sono sensim obmurmurans voluptatem oculis hominum ingerit . Subijcit Chrysof. applicationem ; neque enim , ait (& notet Concionator verba) vt prata describeremus , nec vt ad ostentationem verba produceremus hanc attigimus similitudinem , sed vt appareat , quanta sit viri mansueti , & longanimis voluptas , qui zephiri lenitatem , & quietem imitatur , & admonitio eius , nihil habens austerum canoras aues imitatur , & alia ibi amplificat . D. Bern. describit detractores hoc modo . Aliorum acta curiosè obseruant , derogandi non imitandi causa ; torquentur in bonis seniorum suorum , malis pascuntur . Videas ambulare seorsum , conuenire sibi , & sedere pariter , moxque laxare procaces linguas in detestandum susurrium : vna vni coniu-

Descriptio
morum .

Hom. 29.
ad Pop.
Antioch.
contra ira
scntem .
Irati & mansueti descriptio .

Serm. 24.
in Cant.
Descriptio
Detraкторis .

coniungitur, nec spiraculum incedit in eis, tanta est lidido detrahendi, audiendive detrahentem. ineunt familiaritatem ad malè dicendum; concordēs ad discordiam, conciliant inter se inimicissimas amicitias, & pari, consentaneæ malignitatis affectu, celebratur odiosa collatio, sicut egere quondam Herodes & Pilatus in die Dominicæ passionis. Inuidum describit multis verbis Cyprianus Vultus minax; toruus aspectus, pallor in facie; in labijs tremor: stridor in dentibus; verba rabida; effrenata conuicia; manus ad cædis violentiam prompta, etiam si a gladio interim vacua; odio tantum furiatæ mentis armata.] Iratum verò depingit Sen. Vt autem scias non esse sanos, quos ira possedit, ipse illorum habitum intueri: nam furentium certa indicia sunt. Audax, & minax vultus; tristis frons; torua facies; citatus gradus, inquietæ manus; color versus, crebra, & vehementius acta suspiria; ira irascentium eadem sunt signa; flagrant, & micant oculi, multus ore toto rubor, exastuante ab imis præcordijs sanguine: labia quatiuntur; dentes comprimuntur: horrent, ac subriguntur capilli: spiritus coactus, ac stridens, articulorum se ipsos torquentium sonus; gemitus, mugitusque, & parum explanatis vocibus sermo præruptus, & comploræ sapius manus; & pulsata humus pedibus, & totum concitum corpus, magnasque minas agens: fœda visu, & horrenda facies deprauantium se, atque intumescantium: nescias vtrum magis detestabile vitium sit, an deforme.]

Descriptiones per Imaginem, & sermocinationem. Cap. XIX.

QVINTO, sæpissimè descriptio fit cum apposita similitudine, vt magis appareat; & solet dici Imago latinis, & apud Græcos. Matth. Quoties volui congregare, sicut gallina congregat pullos suos sub alas, & nolui. Iob. Ecce Behemoth quem feci tecum, fœnum quasi bos comedit, fortitudo eius in lumbis eius, & virtus illius in umbilico ventris eius: stringit caudam suam quasi cedrum, nervi testicularum eius perplexi sunt: ossa eius velut fistulæ eris: cartilago eius quasi laminæ ferreæ: sub umbra dormit, in secreto calami, & in locis humentibus, & alia. D. Chryf. in primam ad Cor. 9. habet descriptionem peccati: si quis, ait, rex barbarorum seruus fiat, omnium est miserimus, sic qui in peccato viuunt; barbarum namque peccatū est, & subiicit, si quis pictor effingeret, non sanè mihi errare videretur, si in hunc modum id pingeret; fœminā quandam inf-

Descriptio
Inuidi.
In libr. de
zelo & liuore.

Lib. 1. de
Ira. c. 1.
Descriptio
Ira.

Descriptio
per Imaginē.
Matth. 23
Iob 40.

Descriptio
peccati.
D. Chryf.
Hom. 9. in
1. ad Cor.

in feræ similitudinem, barbaram, ignem efflantem, horrendâ, nigram, quales externi poetæ scyllas effingunt, Innumeris enim manibus, nostris insidiatur cogitationibus, & inopinantes aggredditur, omnia dilacerat more canum, clanculum mordentium. Et consequenter in particulari depingit aliquem ex peccatoribus, quem (inquit) vultis priori loco pingamus, num cupidum & rapacem hominem. Vide ipsum Chryostomum si placet. Nazian. loquens de matre Machabeorum: Non secus ac auicula, inquit, pullos suos arripiente angue, aut alia quapiam insidiatrice bellua, circumuolabat, stridebat, obsecrabat, certantes adiuuabat, nihil denique, non dicebat faciebatque. quo illos ad victoriam paratiores, instructioresque redderet. cruoris guttas rapiebat, fragmenta membrorum excipiebat, reliquias adorabat, hunc colligebat, illum porrigebat, alium parabat. Aug. proponit quandam tabulam, quam contra Epicureos ponentes finem in voluptate, ad ingerendum eis pudorem proponebant alij Philosophi, quam supra proposui in alium finem, nec est necesse repetere. Ad eundem modum, ait (Augustinus) posset depingi tabula, ubi virtutes, humanæ gloriæ seruiant; licet enim ista gloria delicata mulier non sit, inflata tamen est, & multum inanitatis habet: Vnde non ei dignè seruit Soliditas quædam, firmitasque virtutum, vt nihil prouideat prudentia, nihil distribuat iustitia, nihil toleret fortitudo, nihil temperantia moderetur, nisi vnde placeatur hominibus, & ventosæ gloriæ seruiatur. Hugo volens ostendere aliquorum Deum (vt Paulus ait) esse ventrè; dicit horum templum esse coquinam, altare mensem, ministros esse coquos, sacrificia pecudes, aues, pisces cum varijs odoribus, & saporibus, loco thimiamatum. Est eadem figura apud Ambr. ubi Herodem alloquens, cum ei Io. Baptistæ caput allatum est, ait, Intrare, Rex acerbissime, tuo spectacula digna conuiuio: porrige dexteram, ne quid seuitiæ tuæ desit, vt inter digitos tuos riuus defluat sacri cruoris. Cerne oculos in ipsa morte, sceleris tui testes, auersantes conspectum deliciarum: clauduntur lumina, non tam mortis necessitate, quam horrore luxuriæ. Os aureum illud exanguis sententiâ ferre non poterat conticescit, & adhuc timetur. Sexto, Sapissimè in his describendi modis datur personis sermo, seu verè, seu fictè. Prou. 1. Sapientia foris prædicat: in plateis dat vocem suam: in capite turbarum clamitat: Vique quo paruuli diligitis infantiam, & stulti, quæ sibi sunt noxia cupient? conuertimini ad correptionem. Sap. 2. Dixerunt Impij apud se cogitantes non rectè: exiguum, & cum tædio

Hom 7. de Mach.

Li. 5. de Ciuit. c. 20.

Ibidem. Descriptio Vanagloriæ.

De Claustro Animate lib. 2.

c. 9. Descriptio Culæ.

Lib. 3. de Virgin.

Descriptio cum sermone natione.

dio est tempus vitæ nostræ, venite ergo & fruamur bonis, quæ sunt, utamur creatura tanquam in iuuentute celeriter. Sic possumus introducere Christum eleemosynam petentem. Da mihi ex eo, diceret Christus, quod tibi dedi. Quid enim attulisti, quando venisti? Omnia quæ creauit, creatus, hic inuenisti: nihil attulisti, nihil hinc tolles. De meo mihi quare non donas? tu plenus es, & pauper inanis est. Primordia vestra attendite: ambo nudi nati estis. multa hic inuenisti, nunquid tecum aliquid attulisti? De meo, quæso, da, & reddo: habuisti me largitorem. facito debitorem, habeam te feneratorum. Pauca mihi das plura reddam; terrena mihi das, cælestia reddam: temporalia mihi das, æterna reddam: te ipsum tibi reddam, quando te mihi reddidero. Idem August. per Profopopeiam inducit Ecclesiam Philadelphiam, se, suamque causam defendentem. Ambros. Introducit mare, quod conqueritur contra auarum, & inquietum mercatorem. ò inexplebilis auaritia mercatorum cedit tibi pelagus, & mare inquietudinem tuam non potest sustinere, toties recurrentibus mercatoribus exaratum. Erubescere Sidon (ait Mare) hoc est, meos fluctus negociator arguis, cum sis ipse fluctibus inquietior. Erubescere velut pudore, quoniam periculo non moueris. Verecundiores venti sunt, quam nostræ cupiditates: illi habent otia sua, nunquam vestra quærendi studia feriantur aliquando otiosa tempestas est, nunquam vestra nauigia otiosa sunt. Versatur vnda sub remige, quando quiescit à flamine] Est & elegans

Lib. 1. contra Epist. Parm. c. 6 De Elia & Ierunio c. 19.

Lib. 2. de Virgin. Profopopeia.

eiudem Ambrosij Profopopeia. loquens de Beata Tecla proiecta Leoni ad deuorandum. Cernere erat lingentem pedes bestiam, cubitare humi, tuto testificari sono, quod virginis corpus violare non posset, Ergo adorabat prædam suam bestia, & propriæ oblita naturæ, naturam induerat, quam homines amiserant. Videres quadam naturæ transfusione, homines feritate indutos sauitiæ, imperare bestia: bestiam exosculatam pedes virginis, facere quod homines facere deberent; tantum habet virginitas admirationis, ut etiam Leones mirentur. non impastos cibus flexit: non citatos impetus rapuit; non stimulos ira exasperauit: non vsus decepit assuetos: non ferus natura possedit: Docuerunt religionem, dum adorant martyrem: Docuerunt castitatem dum virgini nihil aliud nisi plantas exosculantur; demissis in terram oculis tanquam videret.

In epist. de obitu Blefilla.

Hier. introducit Blefillam mortuam alloquentem matrem suam, Paulam.

Paulam. Si vnquam me amasti mater &c. Iterum introducit Christum ad eandem Paulam sermonem habentem. Irascris Paula, quod tua &c. Sicut etiam Basil. in hom. super illa verba diuitis, qui nocte se alloquens dicebat. Quid faciam? destruiam horrea &c.

Memoria. Cap. XX.

Memoria quam sit Concionatori necessaria palam est. qui enim ab ea multum laborat, vix ad hoc munus idoneus iudicari potest: sed cum à natura magis, quàm ab arte pendeat, nec multum præceptis inuuetur, paucis hanc partem absolvam. Quæ de artificiosa memoriæ locis, & imaginibus traduntur, si cui placent ex authoribus petat, fortasse commodius plerisq. succedet, si non alligent sese huic arti; sed ipsimet sibi, vt res feret, signa aliqua forment. Hæc mihi communia videntur fore subsidia. Primum. Cura, vt quæ dicitur es rectè intelligas. Cum enim memoria intellectiua non aliud sit, quàm vis quadam retinens, & conseruans, quæ intellectus percipit, difficile retineri possunt, quæ non benè percepta sunt. Frequenter etiam versare necesse est, quod recordari vis, quia consuetudo est altera natura, & Aristoteles lib. de Memoria, & Reminiscencia ait: memoria est positio sub ordine, & frequens meditatio per reminiscenciam. Secundò. Aduerte, in rebus, quas dicitur es, methodum, & ordinem aliquem vel naturalem, vel quem ipse ex arte posueris. Si enim rectè diuiseris, non facile reolendo ordinem rerum, aberrabis: quæ etiam rectè composita sunt, memoriæ serie sua ducunt. Tertiò. Vbi est commodum licebit ordinem in alphabeti notare literis, & priuatim cum varij citandi sunt numeri, proportionem interea aliquam obseruare, quod mihi sæpè vsui fuit. Quartò. Proderit in membranis vbi concionem scripseris, capita rerum ad marginem adijcere literis claris, vel etiam in breue compendium totam concionem colligere, tantum capita excerpere. Quod enim manu scribitur, quasi memoriæ imprimitur. Ne sis autem addictus verbis, tanquam ex scripto pronuncies. Nam posset ea cura inter dicendum anxium, & titubantem reddere, valdèq. turpe est in publico dicentem hære, præterquam quod, vt sæpè diximus, quæ memoriter pronunciantur, non possunt cum ea vi proferri, qua opus est, neque auditorum animis benè imprimi, maximè cum vitia reprehenduntur.

Que nam iuuare possint memoriæ.

Inteilgentia & ordo iuuant.

In summa capita redigere

Tempus memoria aptū.

tur. Animadvertunt auditores quasi cantilenam cani: quare nec commouentur, nec fidem adhibent dictis. Quinto. felige tempora addiscendi. Inter omnia vnicum est tempus matutinum, cum liberior curis est animus, & recens viribus: & corporis etiam habitus ad obsequendum animo, valde accommodatus. Quam ad rem modus in cibo, & potu semper est vitilis. Locum etiam delige ferme solitarium ab strepitu, & interuentoribus, segregatum. Bonum est voce submissa quasi murmure uti; quia & silentium affert alias cogitationes, & illa immurmuratio, expressioque verborum altius menti res infigit. Non tamen laudo, vt eodem die, ante concionem clara voce declames solus, ne accedas ad suggestum iam lassus, & exhausto prinatim affectu, frigidior in publico sis, vt ego euenire quibusdam comperi. Recte Fabius admonet, vbi longior oratio sit, ediscendam per partes, quæ tamen non sint perexiguæ, ne nimis multæ sint, quas deinde repetitus ordo confundat, nec debet memoria fatigari, sed interponi aliquod tempus, quo recreetur. Animus sit vacuus à curis: vacet ab alijs negocijs, quia in plura dispersa vis, minor est ad singula. Sit liber à perturbationibus, Mirum enim quantum hæ memoriæ turbant. Ipse plurimum obest nimius timor: quare futurus Concionator maturè exercendus, publica aliqua actione esset. Sed ipsa exercitatio quotidiana memoriæ, est præcipua, maximaque ars ad firmandam, augendamque eam, quæ excolendo, sicut alia omnia, augetur. Sexto. Vespere ante somnum tacitè summam concionis percurrere. eandem, vbi vigilaueris, recolere, puto esse percommodum, non tamen probarim, vt à cena, labores in ediscendo memoriter tempore destinato quieti. Importunus est enim labor, importuna vigilia. Quod si nocte etiam præcedente concionem, vigiles, postridie, neque animi, neque corporis vires ad agendum, dicendumque cum alacritate, vi, ac robore, quibus opus est suppetent.

Per partes addiscendū est.

Lib. 11. c. 3

Animus liber à turbatione.

Pronunciatio Emendata, & Dilucida. Cap. XXI.

Quata sit, in bona Pronunciatione vis.

Quantam pronunciatio habeat vim ad docendum, deletandum, mouendum, denique persuadendum ostendit maximus latinorum Orator, qui dixit actionem esse, quæ dominetur. & maximus item Græcorum, qui primas ei partes, & secundas, & tertias dedit. Quintilianus quoque affirmat mediocrem orationem commendatam viribus actionis plus habituram

bituram momenti , quàm optimam illa destitutam : non enim
 tam refert qualia sint , quæ intra nos composuimus ; quàm
 quemadmodum efferantur . Quis que enim , vt audit , mouetur ;
 & omnes affectus languescant necesse est , nisi voce , vultu , to-
 tius corporis habitu inardescant . Apparet id in histrionibus ,
 quorum actio adeo mouet , etsi spectator sciat fabulam agi .
 quid igitur fiet vbi fides adhibetur rebus tam serijs , tam gra-
 uibus , & ad salutem æternam tantum valentibus ; quas nosler
 Orator tractat , si eis cõmoda pronuntiatio , actioque vitam
 ac spiritum addat ? Vt autem actio talis sit , requirit in ea
 Quintilianus easdem virtutes quatuor , quas in Eloquutione
 eadem exposcebat , vt sit emendata seu pura , dilucida , orna-
 ta , & apta .] Puritatem habebit , si vox Concionatoris erit facilis ,
 urbana , non absona , non stridula , non rustica , non aspera , non
 dura : cum motus etiam membrorum , ac corpus , gestusque
 fuerit modestus , vrbani , naturalis , non affectatus , non agre-
 stis . Quando Concionator ita vocem moderabitur , ac motus ,
 vt neque in pronunciando , neque in gestu erret . nam si emittat
 sonum vocis nimis acutum , & supra quàm ipse possit , expre-
 ssam , vel si cælum nominet manu ad populum extenta , vel si per
 Apoptrophem auditores alloquatur , & tamen conuertat se in
 cælum , vel ad parietes , vel terga auditoribus vertat , vel si ni-
 mis agitet caput , profecto errata hæc contra emendatam actio-
 nem , solacisimos , & barbarisimos dixerim . Modus etiam pro-
 nunciandi huc pertinet ; nam quilibet , quantum potest curare
 debet , vt emendet pronuntiationem regionis , & patriæ , cum
 habet aliquid vitij , vt solent habere multæ nationes contra
 puritatem communis , laudatiq. sermonis .
 Secundo , vt sit dilucida , quantitas , & qualitas vocis efficiet .
 Et quidem quoad magnitudinem spectat , monet optime S. Au-
 gustinus , mensuram vocis esse auditorium . Quantum enim
 veri potest , curandum est , vt ab omnibus percipi possit , etiam
 ab his , qui in extrema parte confessus astant . Quare videtur
 bona esse illa regula , vt Concionator eos arbitretur se alloqui .
 Bas. orat. 6. de inst. & admon. Vocis (inquit) tonus medius est
 seruandus , vt neque lenitate sua auditum effugiat , neque in-
 tentionis magnitudine sit molestus , & licet de colloquijs agat
 priuatis , tamen etiam eadem quantitas , & mensura in publi-
 cis concionibus tenenda est . Obseruet autem quisque peni-
 tusque cognitam habeat naturam suæ vocis , vt probè teneat
 quantum eam contendere ; quantum possit attollere : aduigi-
 letque

Lib. 11. c. 4

Puritas vocis

Puritas in gestu .

Pronunciatio dilucida .
 Mésura vocis

Orat. 6. de Inst. & Admon.

letque inter agendum, ne supra vires intendant. Si enim fuerit violenta, offendet aures, & ipse non poterit in dicendo diu durare. Nec solum ipse diligenter hoc aduertat, sed etiam ab aliquibus, ex his qui audiunt iudicium quarat, praesertim in

Vocis qualitas.

1. De Offic. 2. 3.

vocibus, quae cum aliquo clamore, & vi proferuntur. Ad qualitatem autem pertinet, ut vox sit clara, non obtusa, sonora, non praepinguis, sit explanata, quae omnes literas, ac voces non tamen putide exprimat. Ambrosius requirit puram & simplicem vocem in omni loquutione, canoram autem esse (inquit) naturae est non industriae, sit tamen distincta pronunciationis modo, & plena succi virilis, ut agrestem, & subrusticum fugiat sonum, non ut rithmum affectet scaenicum, sed misticum sonet. Quidam prima periodi verba, vel primas literas dictionis elata voce proferunt, & inde eam in fine deprimunt, ita ut dictiones decurrant, ac deuorent, eaque re tum verba, tum sententiae pereant. Eleganter Cicero. Nolo, inquit, exprimi literas putidius, nolo obscurari negligentius, nolo verba exiliter exanimata exire, non ut inflata, & quasi anhelata grauius proferri. Monet etiam Quintilianus spiritum, nec debere citius recipi, ne sententiam concidat, neque eo usque trahi, donec deficiat.

Lib. 3. de Orat.

Ornata, & Apta. Cap. XXII.

Vocis varietas qualis.

Ut autem pronuntiatio sit ornata, debet varietatem habere, ut aliquando lenis, aliquando vehementior, modo intercisiva & lentior, modo accelerata, modo tranquilla, modo concitata; Nihil enim odiosius est iis, qui uno eodemque tenore totam concionem pronunciant, nihil auditorem molestius defatigat, quemadmodum varietas iucundissime recreat. Quod in eloquutione figurae sunt, quae loco adhibita ornatum ei pulcherrimum adferunt, qui legentem sine satietate delectat: id est varietas pronuntiacionis in actione, quae nouis semper quasi figuris aures, & animos audientium tenet. Et sane pronuntiatio debet naturaliter sequi res, quae tractantur & alia debet esse cum narramus, alia cum mouemus affectus, alia indignantis, alia commiserantis. Contra hanc varietatem pronunciant diu ferè tyrones siue ex timore, siue ex verecundia peccant. Sunt, qui lamentabilem ab initio vocem assumptione ad finem usque perducunt. Nonnulli post pauca verba statim à principio in clamores excedunt, perseverantque continenter, rati fortasse id

se id esse piè; & efficaciter concionari, quod re vera nec de-
 clamare quidem est. Planè hac in re velim, vt Concionator in-
 telligat, concionari nihil aliud esse, quàm aliquos de sua salu-
 te, ac perfectione publicè alloqui. Quando autem inter nos pri-
 uatim colloquimur, non eodem semper loquēdi modo utimur,
 sed alio narramus, vel docemus, alio interrogamus, vel respon-
 demus; aliter contendimus, vel indignamur; aliter consolamur,
 miseremur, aliter congratulamur. Idem igitur in suggestu præ-
 standum est, nisi quod uti oportet maiori aliqua vi, sicut & am-
 plificationes rerum, ac verborum sunt maiores, & vox magis
 extollenda est, quia multi sunt, quos alloquimur, vt ab omnibus
 exaudiri queat; Et inde fiet, vt pronuntiatio non solum orna-
 ta, sed etiam apta sit. Ea enim est apta, quæ varijs dicendi ge-
 neribus sese accommodat. Nam quemadmodum tria dicendi
 sunt genera, infimum, mediocre, sublime, ita gradus in voce
 præcipui sunt tres: grauis, cum aliquid sedata voce pronuncian-
 dum est, cui exaduerso opponitur Acutus, qui habet acrimo-
 niam; inter vtrumque est medius, cum loquimur voce clara,
 ac suauis, supra grauem aliquantulum, & infra acutum. Qui
 tres gradus, seu modi, vel Toni vt vulgò apud aliquos vocari
 solent, distingui, & exerceri debent, pro rerum, quæ dicuntur,
 varietate. Nam affectus vehementes, indignatio, & contentio
 requirunt genus acutum, & exclamationes: cum docemus, &
 narramus vsui est grauis, & familiaris, quietè agens, sicut do-
 cemus in scholis, non præcipitanter, sed nec frigidè, nec lentè,
 quasi verba de ore emortua cadant. Debet enim doctrina, non
 eam quidem vim, quàm motus requirit, sed tamen habere vim
 vt solent dicere, qui rem grauem & ex corde dicunt, & seriò
 loquuntur. Ad cohortandum, consolandum, exornandum, &
 quoties motus lenes sciendi sunt, media vox tenenda est, qui-
 bus in vocibus rectè variandis, debet Concionator ita exerci-
 tatus esse, vt sensim, & quasi sine sensu possit ab vno ad alium
 transire, quod non solum auditoribus vtile erit, vt vegeti sem-
 per, & quasi recentes audiant, sed ipsi etiam docenti proderit,
 vt minus in dicendo defatigetur: Nam vt, ait Aristoteles, què-
 admodum plus laboris habet via semper æquabilis, quàm si
 modò plana, modò aliquantulum decliuis, vel modicè erecta,
 fuerit; ita vox, quæ subindè variatur, minus est laboriosa di-
 centi. Quare eò accuratius, qui exercendis iuuenibus præsumt,
 dare operam debent, vt ij intelligant vim, naturamque harum
 inflexionum, & assuescant vocem ita affingere, prout rei affe-
 ctus,

Apta pronun-
 ciatio.

Tres vocum
 inflexiones.

In Problem.

o o etus,

Apta pronun-
ciatio in
Exordio .

ētus, qui excitandus est, ratio feret, vt tanquam ab narratione, exordientes initio, rem explicent voce per familiari, sed vuida: tum paulò acriori doceant, moxque aliquantulum lenes affectus impellant, ad extremum concitata, ac vehementi motus graues inflamment. Apta etiam erit pronuntiatio si sese accommodet diuersis partibus. Exordium enim plurimum voce sedata, & naturali pronuntiandum est, & ea voce; ad quam saepe redeundum sit, cum opus fuerit vocem variare inter dicendum. Qua in re præter eos, qui statim in clamores erumpunt, etiam peccant qui voce affectata, & quasi ficta vtuntur, naturalem sonum suæ vocis adulterantes. Aliqui, cum primum exordiuntur sese quodammodo in præcepta dantes, vno spiritu, rotum continenter euoluunt voce nimis accelerata, quod vitium est. Alij contra in aliud extremum incidunt, voce adeo lenta vtuntur, quasi iam lassii sint ipso primo ingressu orationis. Alij nimis submissam adhibent, tanquam, nescio quid sibi ipsi immurmurent, quod nolint exaudiri; Nonne, vt cæteræ orationis partes, ita exordium fit, vt exaudiatur? Imo ipsum etiam, partibus cæteris parare audientiam debet. Narrationes, pro rerum & personarum descriptionibus, variam vocem exigunt, variamque celeritatem, ac tarditatem. In docendo, per similes scholis adhibenda tractatio, sine languore, & frigore, sed cum neruis, ac pondere, vique moderata, clara voce, ac distincta, sine clamoribus ac tumultu. Ad excitandos graues affectus, vox debet esse acris, vrgens, vehemens, celerior, altior; ad lenes autem aliquantulum lenta, & producta cum aliqua morula, & modicè inflexa: Hæc enim vox leniter afficit animum, & lachrymas saepe ciet, si rerum, quæ dicuntur naturam sequatur, sitque naturali, & non adulterina arte afficta.

Pronunciatio familiaris, & sine cantu. Cap. XXXIII.

Fugienda om-
nis pronun-
ciatio non fa-
miliaris .

TAmetsi ex dictis facile est intelligere, quam fugienda sit ea pronuntiatio, quæ à naturali, & familiari longè discedit, & habet quendam sonum voce propè ad cantum inflexa, tamen dicendum est planius, Nonne irrideretur in priuatis congressibus salutando aliquem, vel quippiam petendo, vel priuatum quempiam monendo, si quis hoc modo, & tali voce vteretur, quali pueros vti videmus in classibus grammaticæ, cum memoriter poetarum carmina coram alijs recitant, vel præcones in edictorum suorum publicationibus in foro? Atqui fug-
gestus,

gestus, quod sit altior, nequaquam debet immutare modum dicendi naturalem. Præterquam quod, non possunt aures sine molestia, quempiam ita loquentem, vel ad breve spatium audire. Neque solum molesti sunt, qui ita dicunt: sed etiam, quod ipsismet experimento licet animadvertere, ubi semel ei se tenore velut navigio permisere, vix sui potentes sunt: Porro vel intuitu auferuntur, & peregrè voces inflectere, & in alium transferre modum queunt. Pronunciatio autem familiaris, habet præterea illud emolumentum, ut si cui vox minus dulcis, & aliquantulum aspera sit, non ita offendet; minus enim apparet asperitas, & naturali illa conformatione, gratiaque lenitur. Statim igitur in ipso orationis initio Concionator modum vocis assumat, quo solet inter domesticos uti, ita tamen, ut possit ab omnibus exaudiri: & præmeditetur, cum suggestum ascendit: nam si initio aberret, non facile se corriget. Existimet se habiturum non declamatoriam orationem, sed familiarem, ac domesticam exhortationem, & sedeat tanquam Doctor, & non deambulet in pulpito, quasi in venatione clamaturus: De cantu verò. (Ait Quintilianus) inutiliusne adhibeatur, an sædus se nescire, sed idem asserit quemdam obscuriorem cantum è Ciceronis sententia posse aliquando permitti. Fortè sit, qui in nostris concionibus credat habere gratiam, & vim; mihi certè nullo modo videtur, eiusdem opinionis video esse multos viros prudentes, qui de hac facultate rectè sentiunt, qua propter reprehendendus magis est, quam laudandus, nisi perraro admodum fiat, & modico tempore, & modicè deflexa voce, in amplificatione aliqua, & motu, vnde statim ad naturalem vocem reuertitur fiat. Nec videtur accommodatus ad movendos animos, nisi in musica, quæ vario concentu, & plurium vocum modulatione, aures demulcet, & cor afficit: sed in cõmuni alloquutione, & in suggestu non experimur eam vim habere. Imò sæpe frigide auditur, & soluuntur potius cantu affectus, nisi forte quando est excitatus auditor, ut tenera, & dulcis vox cantus in Concionatore valde commoto penetret ad audientium corda; sed tunc etiam, nisi fallor, pronunciatio accommodata rebus, & affectui, qui tractatur, magis quam cantus afficeret. Præter hæc admonendus est Concionator, ne nimis crebro passimque per totam concionem clamores edat: qui enim sæpe clamat defatigatur, cumque opportunum erit edere clamorem non facile poterit. Deinde auditores etiam defatigantur, & cum habeant assuetas aures clamoribus, non facile ubi

Vox qualis assumenda statim ipso Concionis initio.

Cantus in concione absurdus.

Non multi sint clamores.



opus est commouentur. Tertiò, Qui crebris clamoribus sunt dediti, non possunt commodè docere. Pauca ferè afferunt, eaque confusè, & sine ordine effundunt. Tempestiui tamen clamores peritiles sunt, præsertim si vox sit clara, dulcis, robusta, non aspera, non obtusa, non exilis & nimium acuta, & si habeat à natura vim quamdam, quæ penetret cor audientis, & afficiat, & quod caput est, ex animi sensu, spirituque, ac rebo clamor erumpat, in re graui, quæ probè explicata probataque rationibus sit. Hoc inquam modo si adhibeatur clamor, mirabiles motus efficiet.

Celeritas, & tarditas indicendo fugienda.

Cap. XXIV.

Vitium est, si nimis in dicendo Orator festinet, quasi quæpiam insectantem irrequietus fugiat. Vbiq; meminerimus consuetudinis naturalis. An homines in usu communi ferunt, si quis cum præcipiti celeritate loquatur, præsertim ubi negotium magni momenti agitur? Scio habere nescio quid admirationis apud multitudinem, illum quasi torrentem facundia. Sed audi quam huic vitio notam adscribat S. Hieronymus, Verba, inquit, voluere, & apud imperitum vulgus, sui admirationem facere, indoctorum hominum est. Nihil tam facile, quam vilem plebeculam, & indoctam concionem lingue volubilitate decipere, quæ, quicquid non intelligit, plus miratur.] Indoctorum hominum dicit esse, sui que admirationem captantium, & plebeculam vilem decipientium: ac verè decipitur, cui solidam frugem expectanti, inanes, ac personantes silique porriguntur. Audi etiam Senec. Audisse te scribis Serapionem Philosophum; cum isthuc applicuisset, solere magno cursu verba conuoluere, quæ non effundit, sed præmit & vrget: plura enim veniunt, quam quibus vox vna sufficiat. Hoc non probo in Philosopho, cuius pronuntiatio quoque sicut vita, debet esse composita. Nihil autem ordinatum est, quod præcipitatur, & properat.] Videtur autem densa illa, & præcepto oratio, ingenti imbri similis, qui repente effusus terram eluit, non humefacit: vel similis mari, continuis fluctibus agitato, ubi vnda vndam trudit, ac proruit, nec vlli requies, aut mora est, sed statim ab alia superueniente propellitur. ita planè dum antecessentem præmit sequens, & aufert, vt nihil auditor arripere

*Ad Nep.
Epist. 2.*

Epist. 40.

riperet & seruari possit. Vnde fit, vt huiusmodi conciones ad-
miracionem apud vilem plebeculam, vti ex S. Hieronymo dixi-
mus, nihil tamen fructus pariant, & possit quidem auditor te-
stis esse, multa se audiuisse, quid tamen audierit referre ne-
queat. Addit Seneca huiusmodi orationis cursum, nihil habe-
re utilitatis, inanitatis, & vani multum: nam oratio (inquit)
quæ sanandis mentibus adhibetur, descendere in nos debet:
remedia non prosunt, nisi immorentur, lenienda sunt, quæ me-
exterent, compescenda quæ irritant, discutienda quæ fallunt
inhibenda luxuria, corripienda auaritia, quid horum raptim
potest fieri? Quis Medicus ægros in transitu curat?] Rursus
affirmat ne voluptatem quidem habere vllam, talem verbo-
rum, sine delectu ruentium strepitum, sed vt pleraque (inquit)
quæ fieri posse non crederes, cognouisse satis est, sic istos qui
verba exereuerunt abunde est semel audiuisse.] Neque ta-
men dum celeritas fugitur, in contrariam incidendum est tar-
ditatem, vt ita dicas, quasi verba adnumeret. Optimè enim
in eadem Epistola idem Seneca. Sic habeto (inquit) istam vim
dicendi rapidam, atque abundantem, aptiorem esse circulan-
ti iudices, quàm agenti rem magnam, ac seriam. Aequè stil-
lare illam nolo, ac currere, nec extendat aures, nec obruat,
nam illa quoque inopia, & exilitas minus attentum audito-
rem habet tædio interruptæ tarditatis, facilius tamen insidit,
quod expectatur, quàm quod præteruolat.] Et infra Q. Ha-
terij in dicendo cursum, longè abesse vult ab homine sano:
Nunquam (inquit) dubitauit, nunquam intermisit. Semel in-
cipiebat, semel desinebat.] Et contra laudat Fabianum, quia
disputabat expedite magis, quàm concitate, vt possis dicere
facilitatem esse illam, non celeritatem.] Idem habet præce-
ptum alibi. Sicut currere non debet, ita neque stillare, ne vi-
deamur ipsi nos audire, & circumspicere nostrum sermonem.
Nam tarditate illa extenduntur aures, affectus omnes languē-
scunt, & auditores, dum supini securique mouentur, oscitatio-
ne soluantur. Itaque optima est moderatio, vt liceat etiam
respirare cum opus est. Sic recreatur Orator, sic auditor re-
suscitur: Orator facile vocem à contentione, & clamore ad se-
datum, & naturalem modum remittit, & prout expedit, va-
riat, quod alij efficere non possunt, quemadmodum per procli-
uè currentium, non vbi visum est, gradus sistitur, sed incitato
corporis impetu se rapit, ac longius quàm voluit effertur, sic

Epist. 32.
om. 8. 207
-aspul. 208
-aspul. 209
-aspul. 210
-aspul. 211
-aspul. 212



illa dicendi celeritas, nec in sua potestate est, nec decora orationi Evangelicæ quæ ponere debet verba non projicere.

Fugienda elevatio, ac depressio vocis, & quod naturam sequi debemus. Cap. XXV.

Q Vintilianus docet, Primam rectè pronunciandi rationem esse æquabilitatem, ne sermo subsultet imparibus spatijs, & sonis, elata summis, acuta grauibus commiscendo. Huic pronunciationis virtuti contrarium est vitium eorum, qui inter concionandum, modo attollunt, modo deprimunt vocem, itaut vdatim fluere videatur, vel claudicare perenni inæqualitate variata. In hoc vitium ducit plerosque contrarij vitij fuga: Nam dum vnum eundemque perpetuum in dicendo tenorem declinant, plus æquo permutant: Existimant alij conferre plurimum varietatem illam ad motum, sed toto errant cælo, quia hic modus dicendi, vt ita dicam arcuatus, planè insulsus est, & ad omnia Oratoris officia ineptissimus, cum non sit commodus vt doceat, neque vt delectet, neque vt moueat. Tollit enim illa æqualis inequalitas doctrinæ diluciditatem, dum multa clamoribus obscurantur, eademque molestiam simul maximam parit, facilè enim cuius est obseruare inter auditores, nihil esse quod eis magis in Concionatore displiceat, quàm cum intentis in eum auribus non possunt percipere quid dicatur. Ad hæc si displicet illa perpetua æquabilitas, quam vnitionum aliqui vocant, necesse est vt hæc constans inconstantia displiceat multò magis, quia peius naturallem loquendi modum corrumpit. Quis enim vnquam in humanis congressionibus hunc modum vel tenuit, vel audiuit. Atqui iam superius admonui, sed inculcandum rursus, eam vniversè loquendo, seruandam pronunciationis regulam, vt quisque ita dicere statuatur, & conetur, vt ipsa nos docet natura in quotidianis sermonibus loqui, cum sanè haud aliter concionari debeamus, ac loquimur, nisi elata magis voce, curaque maiore ob amplitudinem loci, & auditorum multitudinem. Quamobrem magnus potest meritò iudicari error, deprauare vsu loquendi, quem à natura sumus edocti magistra, cum iuari ab arte natura, ac perfici debeat, non vitari. Multos ego animaduerti, & quidem bono ingenio, qui si naturam sequerentur, quod facillimò negotio præstare possent, optimè

In concione vox, & modus loquendi maximè naturalis seruandus.

optimè pronunciant, cum tamen artificij specie decepti, multum laborent, vt quod habent boni, perdant, multumque in voce ac gestu peccent, quæ non solum viris prudentibus, sed etiam omnibus manifesta sunt. Si vis appositè, & aptè dicere, pro suggestu, audi, & obserua homines in foro, & inter se loquentes: audi ipsas inter se colloquentes mulieres, vel narrantes aliquid, vel indignantes, vel conquerentes, vel commiserantes, vel stentes vel hilares, & nullo negotio discas, quomodo sint varij affectus, varijs modis, ac variata voce, ac gestibus exprimendi: sequamur ergo eam rationem, quam natura ipsa, nemine docente, præscripsit, nec committamus, vt quod in nobis ingenij, doctrinæ, facundiæ est, vitio iudicij, & studio prauo artis tunc pereat, cum ferrè fructus debebat.

A communiturba discendum est.

De Gestibus. Cap. XXVI.

Multa quæ hætenus de pronuntiatione diximus, in gestum quoque conueniunt: & ipsum alioqui pronuntiationis vocabulum vtrumque solet & gestum, & vocem complecti. Sunt tamen pauca de gestu etiam propriè indicanda. Non debet esse valde artificiosus, ita vt appareat ea in re Cōcionatoris cura. Nam ea ostentatio significat aliquid leuitatis, & multum detrahit pietati auditorum: sed debet esse naturalis, ac simplex, vt videatur, omnino natus, & ex rebus quæ dicuntur, & ex affectu dicentis. Nimia gesticulatio vitio verti debet, cum nec decorum id patiatur, & scœna potius, quàm sacri suggesti actioni conueniat. Domitius Afer Manlium, quemdam multum in agendo discursantem, salientem, manus iactantem, togam iacentem, ac reponentem, non agere dixit, sed satagere. Actio enim Oratoris est, satagit autem, qui frustra miserèque conatur. Cicero in Oratore præcipit, vt Oratoris status sit erectus & celsus, rarus incessus, nec ita longus, excursio moderata, eaque rara. Actio ergo non debet esse scœnica, vel histrionica, vt si quis describens venatorem, cum velit omnino representare: non militaris, seu gladiatoria, quasi sese in palestra, & agone exerceat. Caput hand leuiter circumagat, quasi esset porta in cardine, sed cum modestia & grauitate; braccia non vltra caput extollat; Manus, si cum decoro moueantur, valde actionem ornant, vt prudenter dicit Quintilianus, ceteras partes loquentem adiuquare, hæc verò prope est (ait) vt ipsæ loquantur; Digitos non iacet, ac

Gestus naturalis sit non sit valde artificialiosus.

Motus membrorum, & corporis qualis.

Manus.

disparet, vt dici possit digitis micat ille trifulcis. Manuum haud frequens coplosio audiatur. Nō vno tantum vtatur brachio, tanquam alterum debile sit, nec crebrius suggestum feriat, nisi in re graui, & atroci. Nam nimia illa percussio impedimento est, ne verba aliqua, quæ vim ad commouendos animos habent, exaudiantur: exurdat aures, obdurat affectus. Non nimis corpus abijciat, ac submittat. Non saltitet, nam abesse (inquit Fabius) à saltatore plurimum Orator debet. Bracchia, & corpus nimium extra suggestum projicere habet aliquid indecori. Collum nec debet in altum erigi, quia sic fatigatur vox, neque pectori mentum affigi, quia minus claram reddit vocem presso gutture; Non contrahat rugas in fronte, & naribus. Labiorum nulla trepidatio, nullus nisi ad loquendi ministerium, eorum motus sit, isque non multus. Fabius reprehendit frequentem, & concitatam in vtramque partem suggesti mutationem, quasi Orator esset in lintre. Non curset aut deambulet per suggestum, quasi per porticum, ne vt olim quidam & ipse interrogetur quot millia passuum declamarit. Adde quod peccata melius exaggerantur manibus, capite, oculis, voce, quàm deambulatione, tanquàm res fieret per transitum, non serio, consistendum est in gradu, quasi collato pede, oculi non deberent circumferri, quasi velit Orator omnes agnoscere, aut notare. Habent autem oculi magnam vim in dicendo, quia sunt indices animi, vt rectè Plinius dicat, in oculis animum inhabitare. Ibi apparet amor, odium tristitia, gaudium, ira, misericordia; Vultus accommodari debet rebus, nunc fenerus, nunc hilaris, nunc tristis, in omnibus grauis, ac maturus, vt nunquam habeat aliquid dissolutum, aut indecorum, quod oculos offendat videntium. Nam in ceteris sui generis partibus Orator docet, mouetque, quia auditur; in gestu motuque & oculorum, ac vultus habitu, quia videtur. Unde, & hæc tantò sunt acriora, quantò segnius irritant animum demissa per aures, quàm quæ ipsis subiiciuntur oculis. In suggestu ita debet moueri, vt quantum fieri potest, habeat semper conuersam faciem, & os ad omnes auditores. Quidam rectum potius respiciunt, ac parietes, quasi ibi essent aures: alij dum se ad dexteram, vel ad sinistram conuertunt, alteri parti auditorum terga obuertunt; hoc præterquàm quod inurbanum est, facit, vt qui in ea parte sedent, vix quid dicatur, percipiant, & suspicari possint sese contemni. Sic igitur noster Ecclesiastes in medio suggestu consistat, vt omnes auditores quantum fieri potest,

Totius corporis motus.

Collum.

Frons.

Deambulatio.

Oculi.

Li. 11. c. 37
natur hist.
Vultus.

Vultus ad Auditores sit conuersus.

potest, eius os intueri queant. Eodem modo cum se ad Imagi-
nem crucifixi, vel ad Sanctissimum Sacramentum vertit, ita
subducere se, atque componere debet, vt aliquo modo faciem
ad maiorem partem auditorum conuersam habeat. Denique
In toto hoc genere actionis imitetur eum quem Philo Iudæus
loquens de Alexandrina Ecclesia sub D. Marco, quam tamen
iple suam Iudaizantem esse putabat, vt alibi tetigimus ita de-
scribit. Tum (ait) progressus in medium natu maximus, &
sacerarum literarum peritissimus, vultu ad grauitatem compo-
sito, voce moderata, non sine magna prudentia, secus quam
Oratores, aut ætatis nostræ Sophistæ ostentatores eloquen-
tiz, verba facit, vt quibus magis cordi sunt exquisitæ senten-
tiz, diligensque & accurata literarum enarratio, quæ non sum-
mis infidat auribus, sed per auditum penetret in animum, ibi-
que firmiter inhæreat. Certè talis grauitas & modestia decet
eum, qui tam grauem personam sustinet, & in quem oculi om-
nium sunt coniecti, vbi si quid peccatur tam multi testes no-
tant, vt quod in suggestu committitur in foro rideatur, & in
priuatis tectis materia nugarum fiat, qui debuit esse grauita-
tis magister, & morum.

Lib. de vi-
ta Cont.

Finis Libri Octauus.



P A R S